1555

[illegible]



DE CHRISTO IESV ABSCON-DITO PRO SOLEMNI-TATE CORPORIS EIVS-DEM DOMINI NOSTRI, LIBRI SEX.

QVIBVS VNIVERSVM FIDEI & religionis christianæ negocium continetur.

AVTORE R. P. F. BARTHOLOMAEO Ferrariense Dominicano, hæreticæ olim prauitatis inquisitore.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS.

M. D. LV.

REVERENDO, AC MVLTIS NOMINIBVS OBSERVANDO DOMINO D. IOANNI TRIVISANO SANcti Cypriani Muriani abbati

F. FRANCISCVS VICEDOminus Ferrariensis Theologus Franciscanus. S. D.





RODEVNT quottidie, transferuntur, innouantur, cuduntur libri, quorum nonnullis lectorum animi, & studia onerantur non minus, quâm scriptorum tituli, & nomina honorentur. Præclara (non inficiir) lucent ingenia, ad literas animi

accenduntur, ueritatis secreta panduntur, uirtutis ardua, et innaccessa illa uia teritur, frequentissimoque studiosorũ numero completur. Audet iam quisquis ea, quæ sunt Latinorum, Græcorum, Hæbreorum secretiora penetrare, quin & cæteris perinde ac rerum dominis patefacere; aliena quoque immiscere, uetustiora è suo loco diuellere. Fiunt enim ex Græcis Latina, ex Latinis materna; uix ullas habet sancta Hæbreorum lingua durities, aut difficultates, quæ improbo isto labore non sint uictæ, & manibus omnium expositæ. Potuerunt olim maiores nostri scribere, atque adeò innumeri scripsere; sed scripta populis in uulgare qui potuerunt, si manu scribi, idest labo-

et impensa incredibili communicari om-nia oportuit? Nunc mira est hæc fœlicitas, uix cogitasti, quid euomas, uix manũ chartæ admouisti, uix semel quod repente ceciderat, relegisti, cum tibi ab impressoribus importune surripitur, à uoraci prælo excipitur, tanta cum impatientia, ut uix natum sit uolumen, cũm iam consenuit. Quid enim diu uiuant præcoces isti partus, qui nullam præseferunt autoris cogitationem, nullam typographi retinent diligentiam? Sed tamen amabile est, & DEI gratiæ referendum, quòd tanta facilitate, & commoditate possumus studia nostra, nõ modo alere, sed et augere indies, ut fiãt maiora, & meliora. Occurrunt nobis, atq; interdum obruunt nos libri, qui ad

optimas artes, ad tempus aptè transigendum, ad uirtutis cumulum, ad religionis, cultusquè diuini studium nos prouocent. Dolendum, quòd nostram hanc fœlicitatem, ut cæteras alias, hostis ille noster, & ueterator Satanas nobis interturbat. Nam & egregias hasce, præstantissimasquê caracterum formas, sedula hæc, & ingeniosa præla, quibus ætatem hanc nostram ad promouendam pietatem diuina clementia ornauit, infinitis uanorum, inutilium, prophanorum, adde et obscænorum, corruptorum, pernitiosorum, sed & libellorum (proh dolor) impiorum, irreligiosorum, hæreticorum è suis stygijs, et inferis erutorum cumulis, qui uix comprimi possunt, onerauit, perpetuaquè infa-

miæ, & damnationis nota signauit. Quare hortandi, & obsecrandi mihi sunt (quod libenter facio) boni uiri, quot quot gratiam seu linguarum, seu interprætationis adepti sunt, ut noctes & dies scribendo cõterant, quò pijs eorum scriptis, & laboribus præla sic exerceant, & præoccupent, ne tempus aliorum, qui pietatem destruunt, cudendorum suppetat. Ita enim uel inuiti Typographi (quorum tamen plurimi de industria, & sua sponte hoc meditantur, & faciunt, scriptoresquè ipsos ad commune hoc beneficium pulcherrimo exemplo prouocant) Satanas dolos, & peccati laqueos â suis officinis, & prælis arcebunt, nec non tanquam melis, et lactis fontes nectar, & ambrosiam dun-

taxat, bonarum, scilicet artium institu-ta, & christianæ religionis monimenta sitientibus studiosorum oculis, & mani-bus propinabunt. Ego interim Reue-rend. & præstantissime præsul, laudo, proboque magnificum, & eximium fra-trem tuum Andream, qui ut eruditus ipse, & iuris est peritissimus, sua quo-que et aliena illustrare paratus est; con-tulit hactenus operam huiusmodi suam in plerisque tum latine, tum Italice scriptis in uulgandis, quod non sine bo-norum commodo, & laude factum est. Nouissime magna cum animi mei de-lectatione, ut est ille mirifice gratiosus obtulit mihi Ferrariensem hunc meum de CHRISTO abscondi-to, deque octo illius latibulis sic scri-

bentem, ut sub his uniuersam fermè theologiam compræhenderit. Rogauit, ut conciui huic meo, uiro docto, & (si scripta scribentem redolent) probo, christiano, uerè religioso, et suæ professionis memori non deessem, opus reuiserem, distinguerem, ornarem, lectoribusquè commendarem. Ego uero libenter negocium hoc alteri reliquissem, ut potê, qui et prælegendis, et scribendis meis non sufficio, qui ne momento quidem temporis sine onere, & negocio fruor, qui aßidua quadam, & importuna tum uiuorum, tum mortuorum conuersatione faticor, ut uix respirem. Opus autem hoc, ut est (quod ego ex eius lectione quanuis præcipiti, & immatura sentio) multa eruditione, &

pietate refertum, ita diligenti, et graui quadam censura perlegi debuisset, sic enim scriptum est, ut uideas scriptorem ad pietatem tantum, et cultus profectum respexisse. Hoc ego (fateor) studium, et obsequium impendere (quod uoluissem) minime potui. Vtinam uel Andreas tuus plusculum moræ, & patientiæ adhibuisset, uel ego minus curarum, & molestiarum nactus essem. Nam diligentiam omnem meam latibulis his summa cum uoluptate præstitissem. Instare ille non desiuit, aperire omnino, & nota omnibus facere latibula hæc miro cum ardore æstuat. Neque iniuria; nam satis superque latuerunt, nunquàm tam cito prodibunt, quin serum sit. Bone Deus quid hoc

mali fuit? ſupellectilem hanc præcioſam, theſaurum cœleſtis diſciplinæ, cumulum ingentem deuotionis; ubi totus ipſe, quantus eſt, CHRISTVS contegitur, tot annos ſub ſitu, & carie delituiſſe? Ego quod potui, præſtiti diligenter, & bono animo; uolumen ipſum uetuſtum ſatis, & deforme fratribus meis amantiſſimis, qui mecum hic in domino collaborant, tranſcribendum commiſi. Fecerunt illi, ut ſunt obſequentes, uidi, & quám potui diligentius in decurſu exploraui rei momentum; perplacuit, diſtinxi, titulis ornaui, & introduxi. (quod erat quaſi ſine ueſtibulo) proindeq; optimo noſtro Andreæ probari minime poterat, ipſe in lucem mittit, opus mea quidem ſenten

tia luce, æternitate, bonorum omnium gratia, & plausu dignum. Nihil hic (ni fallor) quod pium, quod catholicum, quod sacrum non sit, quod non instruat, moneat, afficiat, quod cultum DEI non confirmet, non promoueat, non amplificet. Latibula hæc innumera recludunt sacramenta. Quicquid habent, docentuè sacri theologi de misterijs sanctissimæ trinitatis, de fluxu, et ordine creaturarũ, de incarnatione uerbi, de scripturarum thesauris, de prophetarum oraculis, de sacramentorum efficacia, de CHRISTI patientis merito, et resurgentis gloria. Sunt hic omnia mira cum diligentia, singulari quadam, et inaudita copia, uehementi zelo declarata. Nunquàm non fuisset

ex usu opus hoc in uulgare, et latibula hæc retegere, uerum incertis, inuolutis, instabilibus, temerarijs, incredulis his nostris temporibus, quibus omnia pro libidine temerantur, mala bonis miscentur, uetera é loco suo mouentur, certa omnia in dubium reuocantur, sacra, et á patribus obseruata risui, et scænæ exponuntur, non tam utile, quàm expediens, et necessarium fuit. Eat igitur in candidorum omnium manus, gratiam facilé inibit, puros animos oblectabit, docebuntur, mouebuntur, incalescent plus satis. Superbos illos fortasse, singulares, curiosos, nouatores, incredulos, scismatum amantes nō trahet in sui gratiam, imò illis, ut sunt indispositi, et male affecti nauseam faciet. Sed

esto, fruantur illi suis subtilitatibus, et nouitatibus, utinam (quod non erit) sine pernitie. Nos christiana hæc, et pia latibula christianis, et pijs lectoribus reseramus, et commendamus. Tibi autem, et nomini tuo, domine mi obseruandissime potissimũ dicare uolui, nõ modo quòd fratris sit studiũ et fratris amãtissimi, cuius in te exornando mirus est ardor, sed præterea, quòd ratus sim, te ut cætera omnia, quæ æquum, et bonum, quæ cultum DEI, quæ studiorum gloriã, quæ religionis profectũ sapiunt, tanta cũ diligẽtia, et charitate tuenda suscipis, iuuas, auges, ita conciuẽ hunc meum, qui per me tuus fit, posse audire patienter, et humaniter, ut soles excipere, nec nõ cæteris tui similibus com-

mendare. Tuam ego hic pietatem requiro, oro, et obtestor, qui dies, noctesque orando, legendo, meditando, docendo, lites sedando, rixas componendo, iudicia, quæ ad te, tuamque fidem innumera confugiunt, terminanda impendis, qui tandem bonus bonis omnibus faues, Ferrariensi huic meo uere non indocto, non inutili, non indigno ex animo faueas, et bene uelis. Fiet enim dubio procul, ut si tu tantæ dignitatis, et existimationis uir probes, illico boni, et pij quicunque obuijs (ut aiunt) manibus excipiant, probent, utilem sibi et commodũ reputent. Meam uero in te obseruantiam, quæ maxima est ex multis sinceritatis tuæ testimonijs ortam, tam et si paucis argumentis (quod pluribus non

licuerit) teſtatam, pro tua ſingulari humanitate, ut boni conſulas, etiam, atque etiam rogo. Gratia domini noſtri IESV CHRISTI tecum ſit, et te nobis incolumem ſeruet. Venetijs ex magna domo minoritana. VI. Calend. Auguſti. M D LIIII.

TABVLA OMNIVM RERVM, QVAE IN hoc libro continentur secundum alphabeticum ordinem.



A

Honorantes

***

M

N

S

FINIS.

DE CHRISTO IESV FILIO DEI ABSCONDITO PRO SOLEMNITATE CORPORIS CHRISTI.



LIBER PRIMVS.



ICTVRVS *de latibulis domini nostri* IESV CHRISTI, *magnasq; illius absconsiones patefacturus, ad eius gloriam, & fidelium consolationem, sciens, quàm impar uiribus meis hoc sit negocium, quàm utile etiam pijs mentibus (si benè cedat) sit futurum, quando in hoc uno hic per me reuelando consistit uita, & salus nostra; imprimis inuoco humiliter, & reuerenter sanctißimum illius nomen, & numen imploro, ne cæcus ipse sine duce, & præsidio quæram alios, uel occultißima manu ducere; deinde oro uos, & moneo carißimi, quotquot estis meis his laboribus fruituri, adeste bono animo: absconditus enim ille*

se se reuelat, immo obuiam procedit quærentibus. Occurrit olim Iudæ, & militibus quærentibus ad mortem, non nè aderit nobis quærentibus ad gloriam suam, & uitam nostram? certe aderit. Vos igitur tales esse, qui cernere, & sustinere illius faciem possitis, ac pro me seruulo uestro orate. Quæ mouent me ad scribendum, uerba sunt Isaiæ prophetæ dicentis. Verè tu es DEVS absconditus, DEVS Saluator Israel. Mirari enim solent piæ aures orthodoxæ fidei, quomodo propheta audeat dicere DEO, quòd sit saluator Israel, & salutatis ignotus, idest absconditus: & tamen dictum suum affirmat dicens. Verè, idest secundum omnem rationem ueritatis. Si enim propheta scit ipsum esse Saluatorem Israel, quomodo est ignotus, idest absconditus? Si autem est ignotus. i. absconditus, quomodo scit ipsum DEVM esse Saluatorem Israel? An forte quia sibi prophetæ erat manifestus ut DEVS saluator Israel, & cæteris ignotus, idest absconditus Iudæis? An forte, quia iuxta dictum psalmistæ erat manifestus Iudæis, de quibus dicitur. Notus in Iudæa DEVS, in Israel magnum nomen eius. Et gentilibus erat ignotus, idest absconditus? Quæ interpretatio contradicit dictis apostolorum Petri, & Pauli. Nam prædicans Petrus, & loquens Iudæis de morte, quam intulerunt CHRISTO sic inquit. Scio, quòd per ignorantiam fecistis, sicut & principes uestri. Et Paulus idem affirmat dicens. Si enim cognouissent, nunquàm dominum gloriæ crucifixissent. Quam sententiam confirmat dominus in cruce dicens. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt,

Isai. 45. c

Christus quanuis sit Deus saluator Israel, est tamen vere Deus absconditus.

Psal. 75. a

Act. 3. c. 1. ad Cor. 2. b

Luc. 23. d.

Sic ergo apparet, quòd tam Iudæis, quàm gentilibus erat DEVS *absconditus. Sed forsan nec ipse Propheta sciebat, quid loqueretur; cum Cayphas, qui in Iudæorum concilio prophetauit, nesciebat, quid diceret. Quod minime est concedendum, quoniam* Ioan.2.g. *ipse Isaias fuit uerus propheta, & uerus propheta intelligit, quæ dicit, ac certus est, quòd illa, quæ dicit, à Deo habet, ac de hoc certus est Secunda Secundæ questio. 171. articul. 2. Est igitur dicendum, quòd* DEVS *& arcana* DEI *quandoq; cognoscuntur ex alto per diuinam, uel angelicam reuelationem, prout cognouit Isaias. Quandoque cognoscuntur ab inferiori scilicet per effectus, idest per operationes, ut par. prima questio. 2. articul. 2. Et sic talia fuerunt* Ioan.15. CHRISTI *opera, quòd per illa, tanquam per effectus potuerunt cognoscere* CHRISTVM *esse promissum in lege. Et habetur par. tertia quest. 47. ar. 5. Et poterant dicere cum Isaia uerbum præpositum. Verè tu es* DEVS *absconditus,* DEVS *saluator* Isai.45.c *Israel. Circa quod uerbum est sciendum, quòd* CHRISTVS *fuit in octo latibulis absconditus Videlicet.*

In cœlesti patre æternaliter.
In matre uirgine temporaliter.
In figuris prophetantibus.
In antiquis patribus generantibus.
In cunctis electis spiritualiter.
In accidentibus sacramentaliter.
In paßionibus humiliter.
In triumphis feliciter.

Nos itaque in scribendo modum, & ordinem hunc sequemur, ut misteriosa hæc domini nostri latibula sic separatim tractemus, singulaq; singulis libris prosequamur. Quare deberent à nobis iuxta octo latibula, octo quoque libri, & tractatus institui: at, quoniam quintum, & sextum latibulum in explicandis prioribus satis, superq; dilucidabimus, ex eis proprios libros non conficiemus. Sex igitur in summa libri erunt, quorum primus est de primo latibulo, quod, quantum illius gratia nobis subministrauerit, pro nostra mediocritate declarabitur. Primum igitur latibulum, in quo CHRISTVS DEVS saluator Israel uerè fuit absconditus, est latibulum excellentißimum, latibulum mirabilißimum. s. latibulum imperscrutabilißimum. s. quòd pater cœlestis, Pater primus, Pater omnium patrum, ex quo omnis paternitas nominatur in Cœlo, & in Terra, & habetur par. 5. q. 33. ar. 2. arg. 4. In isto uniuersali patre quanquam multi sint, qui in ipso latitant, CHRISTVS tamen super omnes nobilißimè, atque excellentißimè in ipso Cœlesti patre est absconditus. Hoc autem, ut clarius appareat, discurram per quinque modos, siue gradus paternitatis DEI, & apparebit ueritas conclusionis, scilicet quòd CHRISTVS est filius cœlestis patris excellentißimè. Primò igitur cœlestis pater dicitur aliquarum creaturarum largißimo modo scilicet per similitudinem uestigij tantum, & in hoc communicant omnes creaturæ maximæ, & minimæ, & ad hoc propositum locutus fuit Iob. Quis est pluuiæ pater, uel quis genuit stilas roris, de cuius utero

Christus præ oībus excellentissime latitat in cœlesti patre æternaliter. Ephe. 3. c

Quinque sunt gradus paternitatis & filiationis Diuinæ. Iob. 38. c

egressa est glacies, & gelu de cælo quis genuit habetur par. 1. q. 33. ar. 3. in R. *& clarius q. 93. ar. 6. ante finem* R. *Secundo cœlestis pater dicitur pater secundum similitudinem imaginis. Vnde inquit Moyses.* Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit, & fecit, & creauit te? *scilicet ad sui imaginem, & in isto gradu communicat tantum homo inter creaturas corporales.* Et sicut imago est nobilior uestigio, sic homo ad imaginem DEI est similior DEO *cunctis creaturis corporalibus, & per consequens nobiliori, & excellentiori modo est in cœlesti patre absconditus.* Tertio cœlestis Pater *aliquorum in tertio gradu dicitur pater secundum similitudinem gratiæ, ut omnes electi, baptizati, qui præordinantur ad gloriam secundum munus gratiæ, qui dicuntur filij* DEI *habilitati per gratiam ad æternam hæreditatem iuxta illud apostoli. Ipse spiritus reddit testimonium spiritui nostro, quoniam sumus filij* DEI. *Modo sicut imago gratiæ præcellit imagini naturæ, sic hi, qui sunt electi, sunt nobiliori modo absconditi in cœlesti patre, quàm sint illi, qui tantum communicant in imagine naturæ.* Q*uarto cœlestis pater dicitur aliquorum pater in quarto gradu iuxta similitudinem gloriæ, uel in spe, uel in facto esse, sed quantum gratia gloriæ excedit gratiam meriti, sic sancti, qui sunt in gloria, excellentiori modo sunt absconditi in cœlesti patre, quàm illi, qui sunt in gratia tantum.* Q*uinto cœlestis pater dicitur aliquorum pater secundum similitudinem naturæ specificæ, & quia* CHRISTVS *filius* DEI *solus est eiusdem natu-*

2. gradus paternitatis. Deut. c. 32. a Gen. 1.

Tertius gradus paternitatis.

Rom. 8. c

Quartus gradus paternitatis.

Quintus gradus paternitatis.

ræ, & eiusdem substantiæ cum cœlesti patre, ideo præcunctis dicitur filius DEI naturalis, & præcunctis est DEVS absconditus in patre æternaliter. Patet ergo conclusio, quòd super omnes, filius DEI debet honorari, & hoc propter octo rationes. Primo quia est DEVS absconditus in patre, à patre productus, & per modum intellectus conceptus, & non materialiter, neque corporaliter, ad quam dignitatem probandam per euangelistam Ioannem dicitur. Verbum quod de nullo alio dicitur, & habetur par. 1. q. 34. ar. 3. in R. cum ar. 2. arg. 4. Secundo debet præcunctis filijs honorari, quia generalis, idest eiusdem naturæ cum patre. Cæteri nanq; filij cœlestis patris sunt adoptiui; CHRISTVS autem est generalis, & consubstantialis patri. Vnde ad declarandam hanc dignitatem dicitur ab Apostolo imago patris. Cæteri nanque DEI filij dicuntur ad imaginem DEI facti; iste autem solus dicitur imago patris. Nanque quanta differentia est inter imaginem regis in denario de cupro, & imaginem regis in facie filij: tanta differentia est inter hominem ad imaginem DEI, & CHRISTVM imaginem DEI. Non immerito igitur debet super omnes honorari. Nullus enim filius DEI fuit unquam sic in patre absconditus. Tertio debet super omnes honorari, quia patri coæternus, et propter hanc dignitatem insinuandam dicit Apostolus, quòd est splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Vnde sicut tanto tempore datur ignis splendor, quanto tempore datur ignis; ita tanto tempore datur filius, quanto tempore datur pater. Sed sicut pater dici-

Christus filius Dei absconditus. 8. rationibus præ cæteris est honorandus.

Prima ratio.

Ioan. c. 1

2. ratio.

3. ratio.

tur ueraciter æternus, sic & filius DEI dicitur patri coæternus, æternaliter enim fuit sic filius, sicut pater fuit æternus, ergo æternaliter in patre absconditoꝫ merito igitur est honorandus. Quarto debet super omnes honorari, quia est essentialiter in patre, & pater in ipso; unde dixit Philippo. Non credis, quia ego in patre, & pater in me est, Philippe, qui uidet me, uidet & patrem meum. Cum enim hoc sit, quòd una est essentia patris, & filij, & cum hoc sit, quòd pater est sua essentia, & cum hoc sit, quòd pater communicet filio suam essentiam, sequitur quòd cum essentia patris sit in filio, quòd pater est in filio, & cum filius sit sua essentia, sequitur quòd filius sit in patre, in quo est sua essentia. Vnde sicut processio uerbi intelligibilis non est aliquid extra, sed manet ad infra indicente: sic filius est uerbum procedens à patre genitus per modum intellectus, gignitur, & in patre manet par. 1. q. 42. ar. 5. in R. cum arg. 2. Cum autem non reperiatur filius, in quo sit pater, nec qui essentialiter sit in patre, sequitur quòd est CHRISTVS, qui excellentissimo modo latet in patre, & sic ipse DEVS Saluator Israel est præcunctis filijs DEVS uerè absconditus præ cunctis honorandus. Quinto est præ cunctis honorandus, quia patri æqualis secundum naturam diuinam, quanuis pater sit maior secundum naturam humanam, & ad hunc intellectum fuit locutus CHRISTVS quando dixit. Amen amen dico uobis non potest filius quidquam, nisi quòd uiderit patrem facientem. Quæcunque enim ille facit, hæc & pater similiter facit. Pater enim diligit filium

4. ratio.

Ioan. c. 14. 2

5. ratio.

Ioan. 5. c.

& omnia demonstrat ei, quæ ipse facit, & maiora his demonstrabit ei opera, ut uos miremini. Sicut enim pater suscitat mortuos, et uiuificat, sic & filius, quos uult, uiuificat, neque enim pater iudicat quenquam, sed iudicium omne dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum. Cum autem nullus filius præter CHRISTVM sit æqualis patri cœlesti in creando, in gubernando, in mortificando, in suscitando, sequitur quòd sit præ cæteris filijs honorandus, quoniam præcunctis est DEVS Saluator in patre absconditus. Sexto præ cæteris honorandus, quia solus est uerbum patris, quia solus uerbum fons sapientiæ, quia solus est speculum cunctarum idearum, omnium creaturarum, quia solus ille, per quem facta sunt omnia, quia solus est ille, per quem reparata sunt omnia destructa. Quoniam sicut se habet artifex ad artificiata, ita se habet DEVS ad omnia creata. Sed sic se habet DEVS ad creaturas, quòd sicut artifex artificiatum facit per artem, quam in mente habet, sic DEVS pater omnia facit, fecit, & faciet per suam artem diuinam. s. per uerbum suum par. 1. q. 45. arg. 6. ar. 2. & sicut artifex antequam suum artificiatum producat ad extra, primo format infra in mente, ut patet de pictore & domificatore, sic DEVS antequam mundum produceret ad extra, primo rationem et similitudinem mundi, idest ideam habuit ad infra scilicet in uerbo, quod filium DEI dicimus par. 1. q. 15. per totum. Vnde inquit Boetius in libro de consolatione. Mundum mente

Sexta ratio.

gerens, similiq; imagine formans. Sicut autem artifex per eandem artem, qua artificiatum facit, si illud fuerit colapsum, & destructum, per eandem artem illud reficit, et reparat, ut patet discurrendo per omnes artes mechanicas: sic DEVS per uerbum suum fecit hominem, quem colapsum per peccatum reparat per suum filium IESVM CHRISTVM mundi redemptorem par. 3. q. 3. ar. 8. in R. Quoniam igitur est CHRISTVS DEI filius, est solus uerbum patris, fons sapientiæ, uerbum DEI in excelsis, solus ars diuina, quia solus speculum, in quo repræsentatur omnis idea, & creaturarum imago, quia solus uerbum, per quod facta sunt omnia, & per quod reparantur omnes rationales creaturæ, cui nullus filius potest adequari. Sic concludo quòd, præ cæteris alijs filijs debet honorari. Septimo CHRISTVS DEI filius est præ cæteris honorandus, quia solus liber uitæ, in quo omnes electi scribuntur. Nanque sicut secundum naturam diuinam CHRISTVS cognoscit omnia facta, & fienda, & poßibilia fieri, quæ tamen nunquam fient, ita etiam secundum naturam diuinam datum est cognoscere omnia iuxta illud Ioannis. Dignus est Agnus, qui occisus est accipere dignitatem, & scientiam, hoc est omnium cognitionem. Vnde apostolus. In ipso sunt omnes Thesauri sapientiæ DEI, sed quia ipse est constitutus iudex uiuorum, & mortuorum, sic ad ipsum pertinet scire, qui sint reprobi, & qui ad uitam æternam electi. Ipse enim cognoscit oues suas, idest qui sunt electi ad participandum meritum suæ paßionis. Ista autem infallibilis noticia dicitur

Septima ratio.

Apoca. c. 5. d.

Coloss. 2. a

liber uitæ, quàm notitiam cum nemo habeat, nisi ipse CHRISTVS, *sequitur quòd ipse solus sit liber uitæ. Igitur præ cæteris est honorandus par. 1. q. 34. ar. 2. &c.* Ottauo CHRISTVS *filius* DEI *est præ cunctis filijs* DEI *honorandus, quia præ cæteris est dilectus, præ cæteris est in patre amante, et præ cæteris* DEVM *patrem uidet, & contemplatur. Sicut enim* CHRISTVS *est unigenitus in sinu patris, solus filius naturalis, cui aßimilantur cæteri electi filij tantummodo adoptiui, sic etiam super omnes filios* DEI, *& à patre cœlesti dilectus, & non solum inquantum* DEVS, *sed etiam inquantum homo. Cum enim dederit illi* CHRISTO *nomen, quòd est super omne nomen, scilicet ut uerus* DEVS *uocetur, et uerus* DEVS *sit, patet claré, quòd non solum ipsum diligit plusquam omnes filios* DEI, *sed etiam plusquam totum genus humanum: immo etiam ipsum plus diligit, quàm totam uniuersitatem creaturarum par. 1. q. 20. ar. 4. arg. 1. Sicut autem* CHRISTVS *præ cæteris filijs* DEI *est dilectus, ita etiam est absconditus præ cæteris in patre, & pater in ipso. Si enim amor facit amantem in se apprehendere, sic nemo intimius est in cœlesti patre, quàm* CHRISTVS, *& consimiliter in nullo est pater intimius, quàm in* CHRISTO. *Sic enim percipitur illud* Ioannis. DEVS *charitas est, & qui manet in charitate, in* DEO *manet, &* DEVS *in eo. Si uero amor facit amatum esse in amante, ut per quandam complacentiam: sic* CHRISTVS *præ cæteris dilectus est in patre absconditus*

Octaua ratio.

1. c. 4. cIo

tus; quia pater in ipso, & in his quæ ad ipsum spectant, habet quandam complacentiam ipso patre dicente. Tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Lucæ.3.e &.9.d. *Si autem amor facit uoluntatum concordiam, scilicet idem uelle, & idem nolle, sic* CHRISTVS *præ cæteris est in patre, & pater in ipso* CHRISTO *dicente.* Non *mea, sed tua uoluntas fiat; nota par.* Mat.26.e *2.q.27.ar.2.in* R. *Si denique amor sic libenter intuetur, quòd amantes se inuicem respiciunt; sic* CHRISTVS *præ cæteris dilectus, præ cæteris pater se ostendit illi, ipso* CHRISTO *dicente.* Omnis, *qui audiuit a patre, & didicit, uenit ad me.* Non *quia patrem uidit quisquam, nisi is, qui est à* DEO, *hic uidit patrem.* Ecce *quomodo declaratum est quòd* CHRISTVS *præ cæteris filijs* DEI *est in patre cœlesti præ cæteris absconditus, & per consequens præ cunctis honorandus, quoniam præ cæteris est dilectus, præ cæteris est in patre amante, & præ cæteris* DEVM *patrem uidet, & contemplatur.* Et *sic patet primum declarandum, scilicet quòd* CHRISTVS Redemptor, *siue* Saluator *est uerè* DEVS *absconditus in patre æternaliter.* Audiuistis *octo rationes probantes* CHRISTVM DEI *filium naturalem præ cæteris filijs absconditum in patre æternaliter, & præ cæteris esse honorandum.* Vt *autem sciamus ipsum honorare, addiscamus ab alijs rebus creatis habendo exemplum ab ipsis, quæ tribus modis ipsum honorant, dum in esse producuntur, dum in esse conseruantur, & dum in finem gubernantur.*

Mar.14.e Lucæ.22. Ioan.6.f

Creaturæ Criſtum honorant, dũ in eſſe producuntur.

Primo dico, quòd omnes creaturæ CHRISTVM DEI filium honorant, dum in eſſe producuntur. Ad hoc declarandum, eſt ſciendum, quòd Reuerentia differt ab honore, quia illa conſiſtit in corde: honor autem conſiſtit in ſignis exterioribus, & diuerſimodè ſecundum diuerſitatem regionis, ut in genuflexione, ut in denudatione capitis, ut in coniunctione brachiorum, & ſimilibus, per quæ ſigna homo honorans teſtificatur excellentiam honorati, uel in ſcientia, uel in potentia, uel in dignitate, uel in ſanctitate ſecunda 2.q.103.ar.1. per totum. Cum DEI filius creat uniuerſa, ſic facit bona & bene, quòd omnes creaturæ ipſum honorant, & laudant. Sed eſt notandum, quomodo DEI uerbum ſcilicet CHRISTVS DEI filius naturalis concurrat ad rerum creationem. Et ad hoc declarandum noto dictum ſacræ ſcripturæ dicentis. In principio creauit DEVS cœlum & terram. Quod dictum exponitur ad propoſitum tribus modis ſecundum quòd circa creationem mundi fuerunt tres errores. Primo itaque fuerunt quidam dicentes, quòd DEVS creauit iſta corporalia mediantibus creaturis ſpiritualibus, ad quem errorem excludendum dixit Moyſes. In principio creauit DEVS cœlum & terram, ideſt ante omnia. Quatuor enim ſimul creata fuerunt, ſcilicet cœlum empyreum, materia corporalis, quæ nomine terræ intelligitur, tempus, & natura angelica. Secundo quidam dixerunt mundum ſemper fuiſſe, & tempus non habere principium. Ad quem errorem confutandum dixit Moyſes. In principio ſcilicet temporis. Tertio qui-

Gen.c.1

Nota tres errores correctos per illud verbũ in principio creauit Deus &c.

dam dixerunt, quòd duo erant principia creationis, unum bonorum, & alterum malorum. Ad quorum errorem excludendum dixit Moyses. In principio, idest in filio. Sicut enim principium effectiuum propter potentiam appropriatur patri, ita principium exemplare appropriatur filio propter sapientiam. Cum enim dicitur DEO. Omnia in sapientia fecisti, intelligitur DEVM patrem omnia fecisse in principio exemplari. i. in filio, iuxta illud apostoli in ipso. s. filio condita sunt uniuersa in cœlis, & in terra uisibilia, & inuisibilia par. ea. ea. q. 46. ar. 3. in R. Sed est qui dicat, quanuis in principio, idest in filio uniuersa sint condita, etiam hoc cum Moyse attestante Ioanne. Omnia per ipsum scilicet uerbum DEI filium facta sunt, non tamen propter hoc est honorandus, quoniam multa reperiuntur mala in creaturis, propter quæ nemo ipsorum factor est laudandus, uel honorandus. Huic dubitationi respondens dico, quòd filius, per quem facta sunt omnia, fecit cuncta bene. Vnde inquit Moyses uidit DEVS cuncta, quæ fecerat, & non solum erant bona, sed erant ualde bona, idest bene ordinata, propter quem ordinem opifex est honorandus, licet malum in creaturis inueniatur. Ad quod declarandum oportet considerare. Primo quare tantam diuersitatem rerum fecit DEVS in mundo? Est respondendum, quòd diuina sapientia uolens manifestare suam absconditam bonitatem, creauit uniuersum, & creando communicauit suam bonitatem. Sed quia una creatura indiuidua non erat capax bonitatis infinitæ, ideo DEVS creauit multa indiuidua, multas

Coloss. 1. b

Ioan. 1. a

Gen. 1. c

Operat sapientis exigit, vt malũ non totaliter tollatur.

rerum species, & multa rerum genera, ut infinitam bonitatem, quam repræsentare non poterat una creatura, hanc ut speculum deificum repræsentarent multæ par. 1.q.47.ar.1. prope finem.R. Et hoc uoluit Moyses
Gen.1.a *ostendere, quando dixit. Vidit* DEVS *lucem, quòd esset bona, & diuisit lucem à tenebris. Vt autem hæc rerum diuersitas melius, & clarius repræsentaret diuinam bonitatem, sapientia* DEI, *uerbum* DEI *filius sic distinxit res creatas, scilicet per inæqualitatem. Vnde sicut ad perfectionem uniuersi diuina sapientia distinxit creaturas per gradus; sic etiam uoluit, quòd in creaturis esset inæqualitas, & sic mixta sunt perfectiora elementis, & plantæ corporibus mineralibus, & animalia plantis, & homines animalibus, & in singulis horum una species alijs perfectior inuenitur.*
Eccl.33.a *Vnde inquit sapiens. Quare dies diem superat, & iterum lux lucem, & annus annum a sole? A domini scientia separati sunt facto sole. par.1.q.47. art.2.in fine R.* In hac autem *rerum diuersitate, & inæqualitate præcipue datur unus gradus, scilicet quòd quædam sunt, quæ sunt ita bona, quòd non possunt suam bonitatem amittere. Quædam uero sunt, quæ à bonitate possunt deficere: sic quædam sunt, quæ suum esse non possunt amittere, ut incorporalia. Quædam sunt, quæ possunt suum esse perdere, ut corporalia. Sic etiam perfectio uniuersi requirit, quòd sint quædam, quæ à bonitate non possunt deficere, & quædam, quæ deficere possunt. In quibus quandoque dantur, quæ deficiunt, & in hoc habemus rationem*

mali. ea. par. q. 48. ar. 2. in R. *Et sic per illa, quæ à bono deficiunt, manifestantur bona maiora malis.* Nanque *ex corruptione aeris generatur flamma ignis, ex morte piscium paruorum conseruatur uita maiorum, ex morte asini conseruatur uita leonis, ex morte latronum conseruatur serenitas in* Repub. *ex persecutione malorum sequitur experimentum patientiæ sanctorum. e. par. q. 48. ar. 2. in fine* R. *cum ar. 3. &* q. *49. ar. 2. in me* R. *Vt autem clarius loquar, dico, quòd est duplex prouisor, scilicet particularis, ut unius membra in corpore, ut unius filij familias in re familiari, ut unius familiæ in* Repub. *Et iste prouisor particularis à re sibi commissa nititur expellere omne malum, & nullum pro posse permittere.* Vnde *non permittit aliquod membrum seccari, nec permittit aliquem de familia occidi, sed prouisor uniuersalis permittit paruum malum propter maius bonum.* Nanque *permittit unum membrum seccari propter totius corporis præseruationem. Similiter permittit aliquem de familia expelli propter conseruationem totius familiæ. Præteræa permittit ciuem relegari, uel occidi, ut status ciuitatis non turbetur, ut par. 1. q. 22. ar. 2. arg. 1. Cum autem* DEVS *sit prouisor uniuersalis, & cum principaliter in rebus creatis intendat bonum ordinis uniuersi, & cum ad ordinem uniuersi exigatur, quòd quædam sint, quæ deficere possint, & interdum deficiant, sic ipse* DEVS *creando bonum ordinis ex consequenti, & quasi per accidens causat corruptiones rerum iuxta illud*

Dominus mortificat, & uiuificat, causat mortem peccatorum, & persecutionem iustorum. e. par. q. 49. ar. 2. in fine R. Sic ergo est creator, per quem facta sunt omnia, uerbum in patre latens plenè, & præ cunctis filijs DEI honorandus est, licèt malum non totaliter tollat pro ut dubium petebat. Ergo debemus addiscere honorare filium DEI naturalem, & hoc à cunctis creaturis per ipsum factis, quæ ipsum filium in patre absconditum honorant, scilicet ut DEVM, dum ab ipso inesse producuntur. Omnes enim creaturæ bonæ honorando diuinum opificem ipsum laudant. Secundo omnes creaturæ CHRISTVM filium DEI honorant, dum ab ipso inesse conseruantur. Circa hoc est notandum, quòd sicut eadem arte fiunt retia, & reficiuntur, sic eodem uerbo filio unigenito cœlestis patris res, quæ per ipsum inesse producuntur, sic etiam inesse conseruantur, dum reficiuntur. Circa hoc est notandum, quòd sic se habet DEVS, sicut se habet sol ad aerem, sed sol sic se habet ad aerem, quòd ipso præsente aer illuminatur, & ipso absente obtenebratur, sic DEO præsente per continuationem suæ operationis, quæ dat esse rebus, conseruat res in esse, & ipso cessante ab operatione omnia annihilantur. Vnde Augustinus. Virtus DEI ab eis, quæ creata sunt, regendis. Si aliquando cessaret, simul cessarent eorum species, omnisq; natura concideret, & iterum. Sicut aer præsente lumine fit lucidus, sic homo præsente DEO sibi illuminatur, absente autem continuò obtenebratur. Modo restat declarare, an DEVS, qui se solo creauit, se solo conseruet, an unam

1. Reg. 2. b

Omnes creaturæ filium Dei honorant, quando in esse conseruantur.

Augu. lib. 4. super Gen.
Aug. eod. lib. 8.

creaturam conseruet per aliam? Respondens dico, quòd aliquid ab aliquo dupliciter potest conseruari. Primo modo per se, & non per accidens, dum scilicet id, quod conseruatur, sic dependeat à conseruante, quòd sine eo esse non posśit ut anima rationalis, quæ sic dependet à DEO, quòd à nulla causa, quæ est inferior DEO, potest creari; sed à solo DEO, & similiter tantum ab ipso DEO potest in esse conseruari par. 1. q. 104. art. 1. post prin. Secundo aliquid conseruatur ab aliquo per accidens, & non per se, ut cum quis remouet impedimentum ad esse, & isto modo medicus est causa indirectè & per accidens uitæ ægrotantis ad mortem, dum scilicet artibus medicinæ, & medicinis remouet causam mortis scilicet infirmitatem. Modo DEVS conseruat quædam, immediate & se solo, ut cum miraculosè sanat infirmum, ut cum suscitat mortuum, eliciuntur hæc par. 1. q. 104. ar. 1. in R. & ar. 2. in R. Sed ut Clarius loquar, noto, quòd DEVS quando mundum creauit in sex primis diebus, creauit rerum causas, per quas species rerum conseruantur ut par. 1. q. 66. usque ad. q. 72. inclusiuè. Et sicut per istas causas producit alias creaturas, ita per easdem illas in esse conseruat. e. par. q. 73. art. 3. arg. 2. & Clarius in R. Vnde sicut egit per se, quando in sex primis diebus creauit rerum causas, sic agit per se, dum ipsas rerum causas conseruat; ista per accidens agit, quando creaturam sic administrat, quòd unam creaturam producit & conseruat. Nanque sicut DEVS operatur per indirectum, & per accidens, dum concur-

Creaturæ conseruātur in Dei filio dupliciter.

currit cum patre, & matre tua te quantum ad corpus generantibus, ita operatur directè, & per se creando animam, & infundendo in corpus generatum, & debitè organizatum. Sicut ergo est honorandus DEI filius, dum per se agit, & per se res in esse conseruat, ita à rebus creatis honoratur, cum tanquam sua instrumenta una creatura aliam in esse conseruat. Et sic cœlum, & syderá, sol, & luna, & elementa, quæ sunt causæ uniuersales conseruationis aliarum rerum DEVM honorant, cuius uoluntatem perficiunt. Sic semina DEVM honorant, dum species arborum, plantarum, & fructuum in esse conseruant: sic cuncta animalia DEVM honorant, cum generatione species animalium in esse conseruant; sic uiri, & mulieres DEVM honorant, dum speciem humanam per concreationem in esse conseruant.

Creaturæ Deum honorant, dũ inuicem se gubernant.

Tertio omnes creaturæ DEVM honorant, dum inuicem se gubernant. Circa hoc est declarandum, quæ sit differentia inter prouidentiam, & gubernationem. Et dico, quòd prouidentia consistit ad intra, gubernatio autem consistit in executione ad extra. Cum enim pater familias præmeditatur, quæ sunt necessaria filijs familiæ suæ, quo ad uictum, & quo ad uestitum, deliberatq; illa præparare, sic dicitur prouidere, cum autem facit executionem membris suis, uel per famulos, uel per artifices sic dicitur familiam gubernare. Sic autem consideramus in DEO prouidentiam, quæ est summa ratio in summo omnium principe constituta, Et sic consideramus gu-

bernationem, dum per creaturas fecit executionem suæ intrinsecæ deliberationis, & sic dicimus, quòd unam creaturam per aliam gubernat. Sicut autem filiusfamilias honorat patrem, dum exequitur id, quod pater præcipit secundum suam prouidentiam; sic omnes creaturæ DEVM honorant, dum iuxta suam prouidentiam agunt unam aliam mouendo, & perficiendo. Vt autem cognoscatur, quòd sit uera gubernatio, & maximè in creaturis rationabilibus, est considerandum, si rationalis creatura aßimilatur DEO in effectu principali & in fine. Nanque sicut DEVS est extra mundum mundi factor, ita est finis extra mundum, in quem una creatura per aliam dirigitur. Sic ergo omnes creaturæ DEVM honorant, dum una aliam dirigit in finem, idest in summum bonum, quod non est in mundo; sed extra mundum. Eliciuntur par. 1. q. 103. arti. 4. in R. & ar. 1. in R. uer. 2. &. e. R. q. ar. 4. cum arg. 6. arg. ad oppositum. Ecce habemus, quòd CHRISTVS est uerè DEVS absconditus, & saluator Israel & præ cæteris honorandus, quia solus à patre genitus, & per modum intellectus productus, quia solus eiusdem naturæ cum patre, quia solus cœlesti patri coæternus, quia solus in patre est essentialiter, & pater essentialiter est in ipso solo, quia solus æqualis patri cœlesti, quia solus uerbum cœlestis patris, quia solus liber uitæ, in quo omnes electi scribuntur, quia præ cæteris à cœlesti patre dilectus. Et sic præ cunctis filijs DEI est honorandus, unde non immerito omnes creaturæ ipsum

præ cunctis honorant, quia per ipsum in esse producuntur, quia per ipsum in esse conseruantur, quia per ipsum gubernantur. Sed quoniam conclusum est per octo rationes, quòd præ cæteris filijs DEI ipse CHRISTVS DEI filius debet honorari, & similiter quia conclusum est, quòd omnes creaturæ generaliter ipsum honorant, propterea nunc est speculandum, quo, & quali, ac quanto honore debet à nobis honorari, ut sic ipsum honorando præ cunctis ipsum honoremus. Quoniam omnes homines per ipsum in esse producuntur, sibi soli debemus sacrificare. Quoniam omnes homines per ipsum in esse conseruantur, debemus ipsum [redacted]orare. Quoniam per ipsum omnes homines gubernantur, debemus per ipsum omnia postulare. Quæ tria fieri debent in hac processione. Primo igitur dico, quòd in hac processione CHRISTVS à cunctis, & præ cunctis debet honorari scilicet sibi soli sacrificando, quoniam omnes homines per ipsum in esse producuntur. Est enim notandum, quòd omnes tam electi, quàm reprobi per ipsum producuntur in esse naturæ. Omnes uiri et mulieres electi & reprobi per ipsum producuntur in esse gratiæ. Omnes tantum electi per ipsum producuntur in esse perseuerantis gratiæ & gloriæ. Qui omnes ut sic processionaliter properent ad gloriam, sic simul omnes participant in esse naturæ & gratiæ, ipsum [redacted] orando, per ipsum [redacted]optata postulando, sibi [redacted] sacrificando, processionem mentis spiritualem ordinabimus ad similitudinem processionis corporalis. Primum ordinandum est, quia plateas & uias debent omnes mundas fa-

Christus hodie triplici honore est honorandus.

Processio quomodo ordinari debet scilicet processio corporis, & mentis.

cere. Quilibet enim debet ante hostium suæ domus scopare, & omnes immundicias fimi, limi, & puluerum abijcere, quinimmo si esset possibile deberet quilibet ante hostium suum uiam tapetis, & cortinis sternere habito respectu ad filium DEI patris cœlestis, qui debet per ciuitatem portari: qui autem non habent tapeta, saltem herbas, uel flores, & olera aromatica ante hostium suæ domus dispergant, & ad hostium candelam accensam affixam habeant. Sic enim factum fuit CHRISTO regi nostro in die oliuarum, quando ut DEVS & Rex fuit honoratus. Nam ramos oliuarum & palmas, atque uestes sternebant in uia. Sed quia parum est honorare CHRISTVM summi Regis filium ad extra, nisi honoretur ad intra, quilibet per contritionem scopet domum conscientiæ, abijciat immunditias, fimum, et limum peccatorum, sternat mentis uiam tapetis uirtutum, floribus, et herbis aromaticis sancti odoris, bonæ famæ, sternat uestibus bonorum exemplorum. Vt sicut CHRISTVM honoramus ad extra corporaliter, ita reuereamur ad intra spiritualiter, & sic ut DEVS, & Rex honorabitur. Secundo debent omnes proprias domos relinquere. Anima enim cuiuslibet peccatoris meretur per mortem expelli de corpore, et quilibet peccator meretur expelli non solum de domo, sed etiam de ciuitate, et de mundo: quoniam quantum sua interest, ipse se ipsum excommunicauit, quia peccando priuat se communione cœlestium ciuium, & de ciue cœlesti facit se ciuem inferni: de filio DEI facit se filium dæmonis: de filio charitatis, & gratiæ facit se filium iræ, & indignationis.

Ioan. 12. c.

Secunda processio, omnes debent proprias domos relinquere.

Vt autem placet DEVM, quem offendit, exit domum propriam, & processionabiliter circuit quasi faciendo poenitentiam publicam, in cuius figuram primi parentes
Gen.3.d *Adam & Eua cum peccassent, fuerunt expulsi de terrestri paradiso, induti aspera ueste scilicet tunica ouina non præparata, sed aspera. Sic quilibet nostrum non debet expectare, ut à DEO expellatur, sed humiliter peccatorem se recognoscens exeat domum suam, ac si apertè dicat: peccator ego sum, & cum Adam mereor expelli ex hac uita, & coelesti paradiso: unde in memoriam sententiæ humiliter me propria domo priuo, & processionaliter per ciuitatem discurro indutus ueste asperitatis scilicet contritionis in corde, et sic honorat CHRISTVM, cuius paßionem non sinit esse unam. Tertio debent omnes ad ecclesiam maiorem illius loci accedere. Vbi notandum, quòd licet sit una ecclesia catholica, & Romana, et una ecclesia cathedralis in qualibet ciuitate, et una ecclesia plebalis in quolibet uico, castro, uel uilla, attamen unum est caput CHRISTVS filius naturalis coelestis patris super omnem ecclesiam. Nec mirum; quoniam ipse est caput primo omnium, qui sibi uniuntur per gloriam in ecclesia triumphanti. Secundo est caput omnium, qui sibi uniuntur per fidem informatam charitate scilicet omnium iustorum. Tertio est caput omnium, qui sibi etiam uniuntur per fidem informem, ut omnium christianorum in peccato. Quarto est caput omnium, qui sibi uniuntur in potentia ad actum reducenda, ut sunt omnes prædestinati, Iudæi, Turcæ, Sarraceni, qui tandem conuertentur. Quinto est caput omnium, qui sibi uniuntur:*

Omnes debent ad maiorem ecclesiam accedere.

Eph.1.i fi.

in potentia, quæ nunquam reducetur ad actum, ut sunt omnes infideles, donec in hac uita uiuunt, qui moriendo desinent totaliter esse membra CHRISTI *par.3.q.8. ar.3.in R. Nec mirum, quòd sit caput omnium hominum, quoniam est caput omnium angelorum* DEVS *constituit eum scilicet* CHRISTVM *ad dextram suam in cœlestibus supra omnem potestatem, principatum, & uirturem, et dominationem, & supra omne nomen, quod nominatur, non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro, & omnia subiecit sub pedibus eius.* Hoc *autem caput significat principalem locum, ubi sumus, & ideo tanquam membra debemus ad illam ecclesiã omnes accedere, quæ sicut significat* CHRISTVM *crucifixum, &* CHRISTVM *mistum.i.totum corpus* CHRISTI.*f.ecclesiam triumphantem, et militantem; ita fuit figurata in arca* Noe, *extra quam, qui inuenti sunt, et in qua qui intrauerunt, mortem euaserunt.* Ergo *ad arcam.i.ecclesiam omnes debent accedere, uel cum* Noe *intrando per fidem formatam, uel cum columba redeundo per ueram senten tiam, et honorabimus* CHRISTVM *filium naturalem cœlestis patris.* Quarto *crucem debemus erigere, quæ .f.omnem societatem debet præcedere.* Mirantur Iudæi *cum paganis, quòd crux, quæ est quoddam supplicium la tronũ, sit christianis pro duce, et baculo peregrinationis:* Sed *si gentilis.i.* Iudæus *sequitur naturam, et scientiam naturalium philosophorum, nõ mirabitur derisorie, quinimmo crux erit sibi non ad stultitiam, sed ad gloriam, et sapientiã.* Audiat *igitur primo philosophum, qui in ij.li. de cœlo, & mundo faciens comparationem inter situm*

Ephe.1.d

Gen.7.

Debemus crucẽ erigere, quæ omnem societatem debet præcedere.

Confutatio gentilium diridentium crucem.

mundi, & hominis, qui est minor mundus, extendit hominem in cruce, unde ponit caput ad Meridiem, pedes ad punctum Aquilonarem, sinistram ad Occidentem, dexteram ad Orientem. Audiat Gentilis secundo creaturarum distinctionem, & inueniet crucem. Non ne facit punctum superius, dum ponit creaturam mere spiritualem? Non ne facit punctum inferius, dum ponit creaturam mere corporalem? Non ne facit punctum sinistrum, & dextrum, dum ponit in creaturarum distinctione creaturam partim spiritualem, & partim corporalem ut prima sit angelus, secunda sint animalia, et corpora animata, tertia sit homo creatura corporalis, quantum ad corpus, & creatura spiritualis quantum ad animam? Tertio gentilis debet considerare, quod crux reperitur in temporum uariatione ut æstas sit pro summo, Hyems sit pro profundo, uer sit pro dextra, Autumnus sit pro sinistra. Quarto gentilis debet considerare elementorum combinationem, et sic ponet ignem sursum, terram deorsum, aquam ad sinistram, aerem ad dextram. Quinto debet gentilis considerare qualitatum intensionem, & remissionem, & sic ponit sursum caliditatem deorsum frigiditatem, ad dexteram siccitatem, ad sinistram humiditatem. Sexto consideret gentilis hominis dispositionem, & sic habet caput sursum, pedes deorsum, partem cordis ad sinistram, partem epatis ad dexteram. Septimo consideret gentilis hominem quantum ad animam, & quantum ad corpus. Quantum enim ad corpus reperiet sanguinem sursum, fleumam deorsum, coleram ad sinistram, malanconiam ad

dexteram. Quantum uero ad animam reperiet potentiam intellectiuam sursum; sensitiuam deorsum, concupiscibilem ad sinistram, irascibilem ad dextram. Ecce quomodo sunt fatui pagani, qui percipiunt mundum maiorem, & minorem positum per modum crucis, & crucem derident, quam Natura præfixit antegerendam, & per consequens christiani sunt sapientes crucem, & crucifixum honorantes in processione primo crucem erigendo. Nos autem christiani prædicantes CHRISTVM, & hunc crucifixum gentilibus stultitiam, Iudæis scandalum, nobis autem, qui ex Iudæis, et ex gentilibus exorti sumus, crucifixum in nostra processione erigimus in ueritate, quæ antecedebat ipsos Iudæos in figura. Nanque itinerando gerebant Iudæi crucem in figura, & non in una tantum figura, sed in multis propter multos effectus CHRISTI crucifixi, in quibus effectibus sicut nos christiani in nostro processionali itinere præponimus crucem; & crucifixum in ueritate; sic ipsos Iudæos itinerantes præcedebat crux, uel crucifixus in ueritate. Primo nanque præcessit eos crucifixus infans diuinitatis, ubi est notandum quòd cum Moyses famulus domini fuisset in monte, cum habuisset præcepta legis, interim populus peccauit per idolatriam, quorum peccatum tantum displicuit Moysi, quòd uiginti tria hominum millia sunt occisa. Volens autem scire, an DEVS esset placatus popolo, dixit domino suo, primo quòd ostenderet ei faciem suam. Secundo quòd facie sua præcederet populum, Cui dominus respondit. Moyses posteriora mea uidebis, faciem autem meam

1. cori. 1. d.

Confutatio Iudæorum crucē, et crucifixum deridentium.

Figura prima ad cōfussionem Iudæorū diridentiū crucifixū.

Exo. 33. d.

non poteris uidere, non enim uidebit me homo, & uiuet. ista facies DEI *homini uiuenti inuisibilis, & ista domini posteriora figurabant crucifixum, crucem corporis* CHRISTI *in cruce lignea extensi, & crucifixi. Nanque in cruce lignea erat facies diuinitatis, sed abscondita sub uelamine humanitatis, in qua tot fuerunt passiones, quòd nemo poterat uidere; idest cognoscere, quòd cruce patiens, & in cruce moriens esset* DEVS, *sed tantum homo passibilis, sicut autem* Moysi *ostensa fuerunt posteriora, idest humanitas cum suis sensibus, et passionibus, ita apparuit in cruce, & sic* Moyses *spiritu prophetico cognouit utrumq; scilicet faciem diuinitatis, & posteriora humanitatis praecedere populum ad terram promissionis, ita in cruce credimus crucifixum*

Dubium pulchrũ.

DEVM, *& hominem. Sed est qui dicat, quomodo praecessit facies diuinitatis populum, et quomodo praecedit nos in cruce?* Respondens *dico, quòd facies diuinitatis praecedebat populum per opera diuina.* Non ne *praecessit, quando mare diuisit, et duodecim uias aridas fecit aquis stantibus pro muro ad dexteram, & ad sinistram, et tandem submerserunt* Pharaonem *cum omnibus* Aegyptijs? Nonne *facies diuinitatis praecessit populum, quando aquae amarae conuersae fuerunt in dulcedinem?* Nonne *facies diuinitatis praecessit, quando quadraginta annis cibauit tria millia hominum coelesti cibo .i. manna?* Quando *uirga percussit petram, et fluxerunt aquae?* Quando Moyse *loquente cum domino facie ad faciem, facies eius resplenduit.* Quando *pluit super populum, sicut puluerem, carnes.* Quando *iterum fluxerunt aquae*

Exod.14 Exo.15.d Exo.16.d Exo.17.b Exo.34.d Num.2.a Nũ.20.a Nũ.21.b

de petra. Quando intuitu serpentis æhei sanauit populum ulceratum a serpentibus ignitis. Sicut ergo saluauit populum in deserto per opera diuinitatis, sic in cruce inuisibiliter agens patiebatur in posteriora, scilicet humanitatis, & peccata remittebat saluando, quòd est opus diuinitatis. Ergo erigamus crucem, in qua facta sunt opera diuinitatis, et humanitatis. Similiter dominus noster IESVS CHRISTVS, quæ facta sunt antiquitus in figura, egit in ueritate. Nanque faciem suæ diuinitatis ostendit, atq; nos præcessit per opera diuinitatis, quæ operatus fuit ante paßionem aquam in uinum transmutando, panes, & pisciculos augmentando, cæcos illuminando, surdis auditum restituendo, paraliticos consolidando, hydropicos sanando, à cunctis infirmitatibus sanando, mortuos suscitando. Ecce quomodo facies suæ diuinitatis nos præceßit per effectus operum. Hanc faciem diuitatis abscondit, dum posteriora, idest humanitas fuit derelicta, & submissa paßionibus in cruce, quæ sic nos debet præcedere, sicut facies diuinitatis præceßit. Secundo Iudæos præceßit Moyses cum uirga, cum qua humiliauit Pharaonem, prostrauit Aegyptios, mare diuisit, aquam de petra eduxit. Moyses cum uirga figurabat CHRISTVM cum cruce, qui CHRISTVS fugat cum cruce dæmones, aquam dat de petra, dum per crucem percutitur petra, idest CHRISTVS, & continuo exiuit sanguis, & aqua. Tertio Iudæos præceßit columna. Nanque eduxit DEVS populum de Aegypto in columna nubis de die, & in columna ignis de nocte.

Seconda figura cõfutans Iudæos deridẽtes crucifixum. Exo.17.a & Num. 20.a

Tertia figura confutans Iudæos per dẽtes crucifixum.

unde nunquam defuit eis, sed erat quasi dux itineris
Exo.13.d Num.9.c utroque tempore. Vnde de die nubes operiebat tabernaculum, & de nocte erat quasi species ignis, illa stante, stabat populus, illa autem praecedente, sequebatur populus. Haec figurabat crucifixum, qui in nocte peccati nos cooperit, & illuminat ut peccata dimittamus, & in die uirtutis contra aestum & incendium peccati est nobis ad refrigerium. Ad huius crucifixi praecedentis motum debemus corporaliter, & spiritualiter moueri, & eo manente debemus etiam nos manere. Vnde utroque tempore scilicet nocturno uiciorum, & diurno uirtutum crucifixus erit nobis dux in itinere, ergo erigamus crucem.

Quarta figura confutans Iudaeos deridentes crucifixū. Exo.25.a

Quarto Iudaeos praecessit arca foederis, siue arca DEI. DEVS praecepit arcam fieri, & docuit in hunc modum; scilicet quod fieret de ligno sethim, quòd est imputrefabile, et quòd auraretur auro mundissimo intus, et foris, et haec stare debebat in tabernaculo uelo eam uelante.
Deut.10.a 3.Reg.8.b & Nū.10. in fine. In ea quoque erant duae tabulae legis tantum. Et ita repertum fuit tempore, quo Salamon eam reposuit in templo in Sancta sanctorum. Haec arca figurabat CHRISTVM crucifixum: quoniam sicut arca fuit facta de lignis sethim, quae ligna nunquam putrefiunt, ita crucifixi corpus fuit factum ex purissimis sanguinibus gloriosae uirginis MARIAE concipientis de Spiritu sancto. Sicut autem arca erat deaurata intus, & extra auro purissimo, sic crucifixus fuit deauratus auro purissimo, idest charitate nitida intus in anima, & extra in operibus. Hic ueluti arca stare debet in Sancta Sanctorum, scilicet in paradiso, in quo semel per proprium

ſanguinem introiuit, & ſicut illa erat uelata, ita crucifixus fuit uelatus in figuris, ut cito habebitis: & ſicut in illa non erant, niſi duæ tabulæ legis, ſic in CHRISTO crucifixo non erunt, niſi duo præcepta obedientiæ, unum de morte, & alterum de reſurrectione, ita CHRISTO atteſtante. Mandatum enim hoc habeo à patre meo, ut animam meam ponam, ſcilicet in mortem, & iterum ſummam eam, ſcilicet per reſurrectionem. Sicut igitur arca præcedebat populum, ſic crucifixus debet omnes præcedere, ergo tam chriſtiani, quàm pagani, quàmque Iudæi crucem, & crucifixum erigite tanquam confutati. &c. Sic ergo nos crucem erigentes, & ea præcedente in proceßione CHRISTVM crucifixum honoramus, quem Iudæi, & Gentiles derident. Quinto omnes exeuntes de eccleſia debent ordinarè incedere; quoniam CHRISTVS eſt DEI uirtus, & DEI ſapientia, ſicut enim ſapienter pſallendo honoratur, ita etiam ſapienter honorari debet, ſapienter proceßionem ordinando, præponendo præponendas, & poſtponendo poſtponendas, eſt enim ſecundum Auguſtinum ordo parium diſpariumq; rerum, cuiq; ſua loca tribuens diſpoſitio, laycos ergo debent præcedere clerici, & ſic ſecundum conſuetudinem loci. Primo enim incedant ſocietates. Secundo battuti. Tertio heremitæ. Quarto Religioſi. Quinto Canonici regulares. Sexto Monachi. Septimo Cappellani curati. Octauo Sacerdotes eccleſiæ maioris, & inter ipſas præponantur omnes, & poſtponantur ſecundum ipſorum gradus, & dignitates. Huius ordinis figura præceßit, quando DEVS

Ioan. 10. d

Honorantes Chriſtũ in proceſſione omnes ordinate debẽt procedere.

Num. 2. 3. & 4.

docuit Moysem ordinare populum exeuntem ex Aegypto, & itinerantem uersus terram promissionis. Vnde sicut erant xij. tribus, ita habuerunt xij. uexilla, & sic iuxta DEI *dispositionem una tribus aliam præcedebat. Quælibet autem tribus ordinabatur per turmas, & quælibet turma per cognationes, & quælibet cognatio per domos, & quælibet domus per familias. Cumq; incantator dæmonum Balaam uidisset populum de monte sic bene ordinatum clamauit uoce magna dicens. Moriatur anima mea morte iustorum: & fiant nouissima horum similia. Ecce quomodo per ordinem honoratur* DEVS *non solum apud bonos, sed etiam apud uitiosos, ut patet de Balaam. Sexto debemus binos, & binos nos coniungere. Circa istam particulam est notandum, quòd in processione sic possemus coniungere nos trinos, sicut et binos: sed potius coniungimus binos propter xxiij. rationes. Prima propter significationem totius entitatis rerum, quoniam tota latitudo entium non habet, nisi duo extrema. s. causatorem, & causaturam, ut sicut unus est mundus, sic unus est princeps mundi iuxta doctrinam Aris. uel sicut unus est princeps mundi, ita sit unus mundus, iuxta doctrinam Plat: par. 1. q. 44. ar. 1. in fi. R. sic, & bini bini coniungimur in ordinata processione. Secundo ad significãdum esse communicantis, et esse participantis. Esse nanq; DEI est per se indepẽdens, et essentiale, et cõmunicatur creaturis diuersimodè, prout quælibet creatura in gradu participat esse diuersimodè, et sic creaturæ à DEO creatæ participant esse à DEO, & dependent. Sic igitur ad hoc significandum coniun-*

Honorando Christũ in processione debemus binos, & binos nos coniungere.

Prima ratio quare bini, & bini coniunguntur.

Secunda ratio quare bini in processione coniungimur.

gimur in processione bini, & bini. 3. ea. q. ar. 1. in R. Tertio coniungimur in processione bini, et bini ad significandum esse participatum distinctione. Qualibet, nanque res habet duplex esse. s. ideale, & reale in esse perfecto; quoniam sicut artificiatum, ut pictura perfecta primo est secundum rationem idealem in mente artificis, et demum ad intrinsecam illam similitudinem habet esse complectum ab extra; ita totus mundus idealis fuit in DEO, *& tandem reperitur ad extra effectualiter iuxta illud Boetij de consola. Mundum mente gerens, similiq; imagine formam 1. par. q. 15. & q. 44. ar. 3. in R. & q. 42. 93. ar. 4. Ad hoc autem significandum coniungimur in processione bini, & bini.*

Tertio ratio cur in processione coniungimur.

Quarto bini, & bini coniungimur propter esse realis diuisionem. Nanq; homo inter cæteras creaturas corporales habet duplex esse. s. naturæ cum cæteris creaturis corporalibus, & habet esse gratiæ, quòd non habet, nec cœlum, nec sydera, nec aliæ corporales creaturæ. 1. 2. q. 110. ar. 4. arg. 3. Vt autem uiri fideles ostendant se habere tantum beneficium à DEO, *se cõiungunt in processione binos, et binos; Per quam combinationem significant habere esse naturæ cũ alijs creaturis corporalibus, et esse gratiæ super alias corporales creaturas.*

Quarta ratio cur bini in processione coniungũtur.

Quinto bini, et bini coniunguntur in processione propter duarum personarum missionem ad esse spirituale, quod fit per gratiam: mittuntur ad animam duæ personæ. s. filius, qui mittitur a patre, et spiritus sanctus, qui mittitur ab utroq;. s. à patre, et à filio p. 1. q. 43. ar. 5. et. 7. Vt autem tanti beneficij non appareant infideles ingrati, ideo de hac facientes commemorationem

Quinta ratio quare bini in processione coniunguntur.

bini, et bini in processione coniunguntur. Sexto fideles in publica processione bini coniunguntur propter duplicem missionem scilicet uisibilem, & inuisibilem. Nam sicut in homine est corpus uisibile, et anima inuisibilis, ita istæ duæ personæ mittuntur inuisibiliter, & uisibiliter. Vnde spiritus sanctus, qui missus fuit inuisibiliter patriarchis, & prophetis ueteris testamenti fuit post modum missus uisibiliter in nouo testamento, ut in specie columbæ supra CHRISTVM baptizatum, in specie nubis supra CHRISTVM transfiguratum, in specie ignis, & in figura linguarum supra collegium apostolorum congregatum. Similiter filius missus inuisibiliter ad omnes participantes gratiam fuit in specie humana missus inuisibiliter par. 1. q. 3. per totum. Huius autem beneficij facientes memoriam fideles hodie in processione uisibiliter coniunguntur simul bini, bini. Septimo simul bini fideles coniunguntur propter duplicis naturæ confessionem. Nanque persona filij missa à patre cœlesti uisibiliter de uirgine nascens apparuit nobis una persona in duplici natura scilicet diuina, & humana, DEVS, & homo, ut homo fieret DEVS, DEVS inuisibilis sequendus, & homo uisibilis intuendus. DEVS, ut posit redimere, homo ut posit pretium sanguinis fundere par. 3. q. 1. ar. 1. In processione igitur fideles repræsentantes hanc unionem, & signo confitentes incedendo processionaliter bini & bini coniunguntur. Octauo fideles binos se coniungunt prædicantes CHRISTI perfectionem. Sicut enim in ipso CHRISTO fuit duplex natura, ita CHRISTO data fuerunt duo præcepta,

Sexta ratio cur bini in processione coniungantur.

Septima ratio cur bini in processione cõiungantur.

Octaua ratio cur bini in processione coniungãtur.

cepta, unum ut per obedientiam moreretur, alterum ut à morte resurgeret. Vnde inquit ipse. Hoc mandatum accepi à patre meo, ut ponam animam meam, & iterum sumam eam. Quòd factum fuit, dum ipse feria sexta inclinato capite spiritum emisit: idem etiam die dominica resurgendo eundem spiritum assumpsit. par. 3. q. 53. ar. 4. Huius autem combinationis factæ in incarnatione, & conseruatæ in resurrectione ecclesia faciens commemorationem uult, quòd fideles in processione bini coniungantur. Nono fideles bini coniunguntur ad effectus passionis CHRISTI confessionem. Duo sunt effectus mortis CHRISTI, scilicet reparatio ruinæ angelicæ, & restauratio humanæ naturæ, ut sicut propter peccatum superbiæ angelica natura, & intellectualis passa fuit ruinam, & sicut propter peccatum superbiæ natura humana fuit destituta, ita per humilem obedientiam CHRISTI humana natura redimeretur, et angelica repararetur, dum per passionem CHRISTI natura humana à pœna, & culpa liberatur, et cœlestis paradisus reseratur. par. 3. q. 49. ar. 1. 3. & 4. Tanti autem duplicis effectus in duabus naturis facti per CHRISTVM ecclesia nolens obliuioni tradere, immo memoriæ uolens imprimere sic ordinauit, quòd fideles bini in processione coniungantur. Decimo fideles bini in hac processione bini coniunguntur propter utriusque populi saluationem. Tempore nanque passionis CHRISTI erant tantum duo populi, scilicet Iudæorum adorantium unum DEVM uerum, & gentilium adorantium falsos Deos .i. idola. Dominus autem

Ioan. 10. d

Nona ratio cur bini in processione coniungantur.

Decima ratio cur bini in processione coniungātur.

noster IESVS CHRISTVS *cum sit uniuersalis redemptor utrunque populum ipse redemit in cruce. Primo enim paßio* CHRISTI *effectum salutis habuit in Iudæis, quorum plures etiam in morte* CHRISTI *baptizati sunt, ut patct in actis apostolorum. Secundo uero Iudæis prædicantibus effectus paßionis* CHRISTI, *uirtus paßionis transiuit ad gentes. Ideo* CHRISTVS *à Iudæis pati incæpit, qui eum condemnauerunt reum mortis. Postea Iudæis tradentibus* CHRISTVM *in manus gentium, paßio per ipsos gentiles finita fuit. Vnde ut ostenderet, quòd utrunq; populum redimebat, uoluit ab utroque populo pati. par. 3. q. 47. ar. 4. cum arg. 1. Et etiam Apost. ait. Conuersionem Iudæorum attribuit iustitiæ, & ueritati, conuersionem autem gentilium attribuit misericordiæ. Nam iustitia* DEI *apparuit in conuersione Iudæorum propter promißiones eis à* DEO *factas, & propter figuras, quibus insistebant in lege ueteri. Cum autem gentibus nulla fuerit facta promißio, nec insisterit figuris, nec sacrificijs, sic ipsi salui fuerunt ex mera* DEI *misericordia, par. 1. q. 21. ar. 4. arg. 2. Vt autem tam magnum beneficium recognoscamus, ecclesia orta ex ambobus populis sic ordinat, quòd in proceßione homines coniungantur bini, & bini.*

Actuum 2 & 3.

Vndecima ratio, cur bini in processione coniungantur, Gen. 1.

Vndecimo fideles in hac proceßione bini coniunguntur ad ostendendam utriusq; sexus saluationem. Sicut enim in creatione non fuit bonum hominem esse solum, ita in gloriosa resurrectione. Et ideo sicut facta fuit mulier, quæ est socia uiri in hominum multiplicatione, ita etiam debet esse socia in carnis re-

ſurrectione. Sicut etiam Apoſtoli fuerunt teſtes de CHRISTI *reſurrectione, ita mulier fuit teſtis de uera incarnatione, ergo ſicut uiri præmiantur, & ſaluantur, ita etiam mulier debet ſeruari, et præmiari. Sicut etiam fœmina fuit mortis miniſtra, ita uenerandæ reſurrectionis prima miniſterium percepit, et nunciauit. Vnde propter hoc fœmineum ſexum probatur pertinere ad ſalutem, maximè etiam ne credatur, quòd propter ſexum detur gloria, uel repudium: ſed potius gloria detur iuxta feruorem charitatis, in qua mulieres, quæ magis feruebant, primo gloria reſurrectionis oſtenſa fuit. par. 3. q. 55. ar. 1. argumen. 3. per totum.* Nanque *fuit congruum, quòd ſicut utrunque ſexum nobilitauit in incarnatione, quia ſcilicet ſexum uirilem aſſumpſit, et de fœmineo ſexu incoronatus fuit. par. 3. q. 31. ar. 4. arg. 1. ita etiam debet nobilitari in gloria ſalutis, & reſurrectionis. Vnde eccleſia uolens dare bonam ſalutis ſpem mulieribus ordinat, quòd homines bini, & bini in proceſſione coniungantur ad oſtendendam utriuſque ſexus ſaluationem.* Duodecimo *fideles in hac proceſſione coniunguntur bini, & bini ad oſtendendam utriuſque ſtatus unionem. Clerus quanuis dignitate præcedat ſtatum laycalem, & quanuis ſtatus clericalis miniſtret ſacramenta, quæ non licet ſtatui laycali miniſtrare. par. 3. q. 82. arti. 1. Attamen uterque ſtatus conſtituit eccleſiam* CHRISTI *militantem. Figuram huius habemus in lege naturæ, & in lege ſcripta. Nanque in lege naturæ fuerunt hi ſtatus figurati in* Noe, *quoniam ipſe obtulit ſacrificium* DEO, Gen. 8.

Duodecima ratio cur bini in proceſſione conjungūtur.

& fabricant altare, nec solus fuit clausus in arca, sed etiam alij sacerdotes ad insinuandum, quòd duo status hominum constituunt ecclesiam, & in ea saluantur.

Gen.12.b *Abraham fuit sacerdos, & obtulit sacrificium* DEO. *Et tamen in domo sua, quæ figurat ecclesiam militantem, fuit etiam Isaàc, qui* DEO *non sacrificauit Secunda secundæ. q. 85. ar. 1. arg. 2. Moyses etiam, qui conduxit synagogam de Aegypto, per quam figuratur ec-*

Num.7. *clesia, non habuit solum unam Tribum, scilicet leuiticam, per quam figurabatur status clericalis, sed etiam habuit alias Tribus, per quas figurabatur status lay-*

Actu.2.a *calis. Similiter non cecidit spiritussanctus solum super apostolos, per quos signifiabatur status clericalis, sed*

Actu.4.a. &c.10. *etiam cecidit spiritussanctus super omnes, qui audiebant uerbum. Sic igitur in ista processione homines bini, & bini coniunguntur ad ostendendum utriusque status ecclesiæ unionem.*

Vigesima tertia ratio, cur bini in processione cōiungantur. *Tertiodecimo fideles in hac processione coniunguntur bini, & bini ad ostendendam ecclesiæ militantis, & triumphantis communionem, ubi notandum est, quòd ecclesia militans est hominum uiatorum in hac uita: triumphans autem est hominum comprehensorum in paradiso. Hæc militans est in continuo prælio, illa triumphans est in pace, & quiete, & quanuis sint ad tempus distinctæ quantum ad locum, & statum, attamen finaliter erit una tantum, scilicet trium-*

Apo.12.a *phans. Militatem autem uidit Ioannes, quando uidit mulierem inductam sole, & luna sub pedibus eius, in cuius capite erat corona xij. stellarum, quæ clamabat, & cruciebatur, ut pareret, coram qua stabat Draco expectans*

deuorare filium, quem pareret. Ciuitatem autem, idest ecclesiam triumphantem uidit Ioannes, quando uidit ciuitatem sanctam Hyerusalem descendentem de coelo, sicut sponsam paratam, & ornatam uiro suo. Et quoniam hae duae ecclesiae simul in unam debent conuenire, & usque ad diem nouissimum simul communicant, ideo in hac processione homines simul coniunguntur ad ostendendam utriusque ecclesiae communionem. Quartodecimo homines in hac processione bini, & bini coniunguntur propter foelicem consumationem. Foelix conformitas sanctorum ecclesiae triumphantis, dum in paradiso una anima uult, quae DEVS uult, & omnes simul uolunt, quae una uult; ita quòd in organo illo nulla fiat discordantia, sed omnimoda consonantia. Quare consonantia non est in hac ecclesia militante. Illa enim ecclesia triumphans in patria uult, quae DEVS uult, haec autem militans uult quae DEVS non uult, uel aliter quàm DEVS uelit. Haec petit temporalia pro praesentibus ad foelicem necessitatem. Illa petit ad superfluitatem. Haec inuocat sanctos, illa tantum DEVM. Illa petit mala temporalia cum charitate, haec petit cum odio, aut uindictae desiderio; illa petit cum firmitate, haec cum uacilitate: illa petit cum assiduitate, haec cum interpellatione; illa recurrit ad DEVM, quia est templum, haec recurrit ad templum DEI. Nam ut inquit Ioannes. Et templum non uidi in ea, dominus enim DEVS omnipotens templum illius est, & agnus, idest CHRISTVS. Illa nanq; coelestis ecclesia orat ad stabile templum, haec uero terrestris orat ad mutabile tabernacu-

Apoc. 21. a

Vigesima quarta ratio cur bini in processione coniunguntur.

Apoc. 21. f

3. Regu. g
Exod. 40.

lum. 1. 2. q. 102. arti. 4. argumen. 8. & 6. & artic. 2. Cum autem ecclesia triumphans appetat militantem sibi conformari, & cum militans se triumphanti confirmare: ideo ad huius desiderij insinuationem, & fœlicem confirmationem in hac processione uult homines binos, & binos coniungi. Quintodecimo fideles in hac processione bini, & bini coniunguntur propter amoris, & timoris combinationem. Vbi notandum, quòd ad dirigendas fidelium animas duo sunt comites, scilicet amor bene accendens, & timor bene humilians. Amor animam tradit ad bonum, timor ad bonum impellit. Amor per se tendit ad bonum, & per accidens tradens fugit à malo: timor autem per se fugit à malo, sed per accidens trahit ad bonum. In amore includitur timor, quoniam qui amat, timet amatum offendere, in timore autem includitur amor. Non enim timet perdere, nisi quem amat. Ecce quàm bene associantur hi duo comites. Hoc autem significat dualitas duorum fidelium processionaliter incendentium. Ideo dixi, quòd in hac processione homines bini, & bini coniunguntur propter amoris, & timoris combinationem. Sicut enim sunt duo comites, sic CHRISTVS processionaliter nobis obuiam dupliciter hos duos comites in nobis concitat, scilicet per suum duplicem aduentum, scilicet in carne, & ad iudicium. Dum enim ad nos processionaliter uenit nascens nos inuitat ad amorem, ut cum MARIA, & Ioseph ipsum processionaliter per amorem suscipiamus, & cum angelis processionaliter per amorem an-

Decima quinta ratio, cur bini in pcessione coniungãtur.

nuntiemus, ut cum pastoribus processionaliter inquiramus, ut cum magis per amorem processionaliter ipsum inueniamus, ut cum sancto Symone per amorem processionaliter eidem, & MARIAE, & Ioseph processionaliter ad templum uenientibus occurramus. Huius autem aduentus si in nobis amorem non incitat, incitabit in nobis timorem secundi aduentus, scilicet ad iudicium. ergo sic bini coniungamur. Decimosexto fideles in hac processione bini, & bini coniunguntur ad utriusque timoris acceptatiouem. Est enim duplex timor, cuius frœno, & chamo anima hincinde uertitur, & ad uiam salutis dirigitur, scilicet timor filialis, & timor seruilis. Cum enim anima fugit peccatum timore culpæ, sic incitatur timore filiali. Cum autem fugit peccatum timore pœnæ, tunc incitatur timore seruili. Secunda secundæ. q. 19. ar. 2. in R. Vt autem in anima generetur timor seruilis, præponitur ei duplex iudicium, diluuij aquæ, & ignis in fine sæculi. Vt uero generetur in animo timor filialis, præponitur illi CHRISTVS peccata peccantibus indulgens, & cœleste regnum promittens, cum promittit se dicturum his, qui erunt ad dexteram. Venite benedicti patris mei. s. processionaliter, et percipite uobis regnum paratum ab origine mundi. Eamus igitur cum utroq; timore bini, et bini sic humiliter coniungamur. Decimo septimo fideles in processione bini, & bini coniunguntur propter duo præcepta charitatis, quæ sic perficiuntur: quia charitas non consistit solum in amore DEI, sed etiam in amore proximi. Sic de charitate dantur duo præcepta, in quibus

Decimasexta ratio, cur bini in processione coniungantur.

Gen. 7

Mat. 25. a

Decimaseptima ratio, cur bini in processione coniungatur.

omnis lex pendet & prophetæ scilicet diliges dominum DEVM *tuum super omnia, & proximum sicut te ipsum.* Vnum *autem includitur in altero.* Num *in præcepto de dilectione* DEI *tanquam in causa, & in fine includitur præceptum de dilectione proximi. Qui enim diligit* DEVM *propter se, diligit proximum in* DEVM, *& propter* DEVM. *Similiter in præcepto de dilectione proximi includitur præceptum de dilectione* DEI *tanquam in causa in suo effectu, & tanquam finis in id, quod est propter finem. Vnde qui diligit proximum propter* DEVM *diligit etiam ipsum* DEVM *2. 2. q. 44. ar. 3. in* R. *Similiter cum duo se charitatiuè diligunt, unus in altero concluditur. Vnde sicut hæc duo præcepta inuicem concluduntur, ita etiam se amantes in se ipsis alteruter concluduntur. Amor enim non solum habet uirtutem unitiuam, sed etiam inhæsiuam concludentem amantem in amatum.* Nam *qui manet in charitate, in* DEO *manet, &* DEVS *in eo.* 1.Ioan. 4.c *2. q. 27. ar. 2. in* R. *Bene igitur amantes sic inuicem concluduntur, sicut præcepta charitatis. Sic ergo homines in processione bini coniunguntur, quia præcepta charitatis sic perficiuntur.* Decimoctauo *homines in processione bini coniunguntur propter præcepta iustitiæ, quibus partes iustitiæ integrantur. Sicut indiuiduum, ut hic homo non reponitur in humana specie anima à corpore seperata, uel corpore ab anima seperato, sed expedit, quòd hæ partes integrales, & principales uniantur. Et sicut motus non est perfectus, nisi mobile moto à termino à quo peruenerit ad terminum ad quem, sic iustitia*


Decimaoctaua ratio, cur bini, in processione coniungũtur.

non est perfecta, declinando à malo, nisi etiam fiat bonum, nec etiam est perfecta faciendo bonum, & non declinando à malo. Ideo has duas partes inuicem connectens sic ait propheta. Declina à malo, & fac bonum, & in alio psalmo ait. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam: & clarius. 2.2.q.79.ar.1. Sic igitur homines in processione bini coniunguntur, quia sic partes iustitiæ integrantur. Decimonono homines in processione bini coniunguntur, quoniam per duo præcepta fidei simul in unum colliguntur. In hac processione non bene coniunguntur paganus, et Iudæus, quoniam Iudæus seruat unum præceptum fidei credendo, & colendo DEVM unum. Paganus neutrum præceptum seruat. Iudæus & Christianus in hac processione non bene coniunguntur, quia Iudæus seruat unum præceptum fidei tantum: Christianus uero seruat duo, quæ ponit CHRISTVS dicens. Creditis in DEVM, & in me credite. habetur 2.2. q.16.ar.1. Siue infidelitas Iudæi, uel Pagani sit culpa, uel pœna. ea. par. q.10.ar.1. in R. Vere fidelis Christianus, et philosophus uanus, uel quicunque ui potentiæ, uel ui naturalis rationis, uel cuiuscunque euidentiæ conuersus simul non coniunguntur, quia huius fides est uoluntaria, illius dyabolica. Dæmones enim credunt nolentes, sed quia ui euidentiæ constringuntur. ea. par. q.5.ar.2. Fidelis Cristianus, & hæreticus simul non coniunguntur, quia huius fides est recta; illius autem hæretici fides est corrupta, etiam si non erraret, nisi in uno arti-

Psal.14.a

Decimanona ratio cur bini in processione coniungãtur.

Ioan.14.



culo. ea. q. ar. 3. Fidelis Crhistianus in fide formata, idest qui est sine peccato mortali, & ille fidelis, sed in peccato mortali non coniunguntur, quia ille filius est Dyaboli: hic autem est filius DEI: ille carbo extinctus, hic pruna accensa: ille fumus scilicet uapor extinctus, hic flamma resplendens. ea. par. q. 6. ar. 1. & 2. Coniunguntur autem simul, qui duo præcepta fidei seruant informati charitate. ea. par. q. 23. ar. 8. quia sic in unum colliguntur. Vigesimo fideles homines in processione bini coniunguntur per duo præcepta spei, quibus firmantur. Speranda est etiam beatitudo, sperandum est diuinum auxilium, quo beatitudo est nobis possibilis, sperandum est in sanctis, compræhensoribus tanquam nobis auxiliantibus; speranda est peccatorum remissio; speranda est pœnarum indulgentia; speranda sunt temporalia bona, prout sunt necessaria ad beatitudinem æternam: et sic duo sunt principaliter speranda scilicet æterna beatitudo, & omnia alia ad beatitudinem necessaria. Sic ergo duo coniunguntur bene sperantes. Cum infideli autem, qui non credit aliam uitam, uel qui credit, sed non credit eam possibilem diuino auxilio, uel credit eam possibilem à dijs falsis, uel credit eam possibilem ab homine, uel qui credit beatitudinem in creatura, & rebus creatis, uel qui credit beatitudinem posse adipisci proprijs meritis, uel qui putat posse habere beatitudinem sine gratia, uel credit habere gratiam sine pœnitentia, uel sine contritione, sine confessione, sine satisfactione, sine restitutione, sine sacramenti communione: uel qui desperat non credens aliam uitam, non ani-

Vigesima ratio, cur in processione bini coniungantur.

mæ immortalitatem, non corporum resurrectionem, non sanctorum communionem, Nemo horum coniungitur recte speranti. Sed da mihi hominem sperantem beatitudinem æternam, & sibi coniungas firmiter sperantem à DEO *cætera causata in ordine ad beatitudinem. Sic hi duo bene coniunguntur, quia in duobus præceptis spei bene firmantur. Hæc eliciuntur. Secunda secunda q. 18. & quest. 20. & q. 21. & 22. Vigesimo primo homines in processione bini coniunguntur propter duas partes humanæ naturæ inimicas, quæ simul pacificantur. Duæ inimicitiæ sunt ecclesia Christianorum, & synagoga Iudæorum, quarum inimicitia durabit usque ad finem mundi. Interim autem synagoga est ueluti nouerca* CHRISTI*: ecclesia autem est sicut mater. Synagoga est neluti socrus, ecclesia uero ueluti nurus. Synagoga comedit tritici corticem, ecclesia uero adipem. Synagoga uadit post Moysi faciem uelatam, ecclesia pergit post* CHRISTI *faciem splendidam. Synagoga confirmat suum uetus testamentum sanguine uituli, ecclesia confirmat suum sanguine* CHRISTI. *Quem primo effundit in circoncisione, ut synagoga credat humanitatis* CHRISTI *ueritatem. Quem effundit secundo in horto ad orationem, ut synagoga credat* CHRISTI *feruentem charitatem. Quem effudit tertio ad columnam contra peccata subditorum, qui clamauerunt. Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Quem quarto effundit ad coronam contra peccata principium, & dominorum. Quem effundit quinto de manibus ad Paradisi*

Vigesima prima ratio cur in processione bini cõiungãtur.

Mat. 27. d

restaurationem. Quem effudit sexto de pedibus ad inferni expoliationem. Quem effudit septimo de latere cum aqua ad omnium redemptionem, & omnium macularum lotionem. Cuius sanguinis fructum in fine sæculi gustabit, & abiecta cortice, & uelamine figurarum conuertetur synagoga ad CHRISTVM, *simulq; obuiabit cum ecclesia* CHRISTO *in uera processionaliter facta charitatis amicitia.* Ideoq; *homines in hac processione bini coniunguntur propter duos inimicos, qui pacificantur.* Vigesimo *secundo homines in hac processione bini coniunguntur propter duas ciuitates, quæ finaliter constituuntur.* In *sacro eloquio ueteris testamenti, ut in* Ezechiele, *& noui testamenti ut in* Apocalipsi, *multum nominantur hæ duæ ciuitates, scilicet* Babilon, *&* Hyerusalem. *Quæ duæ figuratiuè tantum post iudicium remanebunt. Quoniam usque ad iudicium simul currunt* Hyerusalem, *idest paradisus,* Bibilon, *idest infernus, & purgatorium.* S *ed finito iudicio erunt tantum duæ, sicut duo sunt tantum fabricatores, scilicet amor bonus, & amor malus.* Vnde Augu. *duas ciuitates duo amores fecerunt, scilicet amor* DEI, *& amor mundi. Amor mundi usque ad contemptum creatoris fecit ciuitatem* Babilonem, *idest inferni.* Amor *autem* DEI *usque ad contemptum creaturæ fecit ciuitatem* Hyerusalem, *idest paradisi.* Hoc *autem significat hæc nostra processio, in qua omnes bini coniunguntur propter duas ciuitates, quæ finaliter constituuntur.* Vigesimo *tertio in hac processione bini coniunguntur propter partes hominis, quæ finaliter simul glori-*

Vigesima secōda ratio cur in processione bini cōiungūtur.

Vigesima tertia ratio, cur bini in processione coniungūtur.

ficabuntur. Cum DEVS non minus amet bonum, quàm odiat uitium, sic socij in uitijs simul puniuntur, ut patet de primo angelo, et consocijs, ut patet de Adam, et Eua: ut patet de omni humano genere in diluuio aquarum: ut patet de sodomitis in igne. Sic etiam amando bonum, qui sunt socij in bello, debent esse socij in triumpho, in præmio, & gaudio. Modo nos habemus unam singularem, & generalem societatem, scilicet animæ, & corporis, quæ duo simul uniuntur in tantum, quòd corpus per se non potest operari aliquid opus meritorium sine anima: nec anima sine corpore. teste Philosopho secundo de anima. Vnde operationes non dicuntur opera animæ tantum, nec corporis tantum, sed sunt opera coniunctim. Ideo uterq; debet modulo suo præmiari. par. 3. aditt. q. 73. ar. 1. arg. 3. Et ideo non solum anima glorificabitur, sed etiam corpus tanq; animæ bonus socius. Vnde in generali resurrectione corpora resurgent cum suis animabus, informabunt, & omnes, scilicet electi processionaliter ibimus obuiam CHRISTO in uirum perfectum, immensuram ætatis plenitudinis CHRISTI in anima, & corpore glorificati; & sicut animæ, & corpora simul glorificabuntur, sic in hac processione simul bini, & bini coniunguntur: & sic patet sextum, quod in hac processione est fiendum, quia scilicet binos, & binos debemus nos coniungere.

Septimo dico, quòd honorando CHRISTVM in hac processione debemus omnes diuinas laudes deuotè decantare. Antiqui patres ueteris testamenti quando uolebant dominum placere, uel ei gratias agere de acce-

In processione honorando Christum debemus laudes diuinas decantare.

ptis beneficijs cum cantu, & laudibus, ac choreis clamabant ad cœlum. Vnde quamcito populus eductus fuit de Aegypto, & pertransiuit mare sicco pede, uiditq; Aegyptios in mari summersos, Moyses fecit
Exo.15.c *canticum, quòd incipit. Cantemus domino &c. Quo facto Maria profetissa soror Aron suscepto tympano ipsa cum alijs mulieribus pulsando tympanum duxerunt tripudium, cantando canticum. Similiter cum Dauid portaret caput Goliæ habita uictoria, mulierés de urbibus acceptis tympanis ducebant choreas can-*
1.Re.18.b *tantes, & dicentes. Saul percußit mille, & Dauid decem milia. Item gratias agendo* DEO *propter bene-*
Deut.32. *ficia suscepta clamando canebant laudes diuinas, psalmos, & cantica. Ita etiam clamabant, cum uellent im-*
1.Reg.4.c *petrari auxilium à domino contra inimicos. Nos autem Cristiani uolentes honorare regem nostrum processionaliter, & ordinatè, bini, & bini cantare debemus diuinas laudes, cantica, hymnos, psalmos, & letanias,* DEVM *placando,* DEO *propria peccata confitendo, ut filij Israel. Maiores autem debent confiteri propria, & peccata populi ut Neemias in cantico 1. in princ. Verum tamen inter nos Christianos, & Iudæos est differentia, quoniam illi cantabant canticum antiquum tam post seruitutem Aegyptiacam, quàm post babilonicam, & hoc usque ad aduentum* CHRISTI, *in cuius natiuitate angeli docuerunt nos cantare canticum nouum, quando facta cum angelo multitudine cœlestis exercitus cantauerunt, dicentes. Gloria in altißimis* DEO *&c. Qui can-*

tus nouus profectatus fuit à Dauid. Et dignum fuit, quoniam illi ueteris testamenti cantabant cum primo homine, & ueteri scilicet Adæ in peccato. Nos autem Christani cantamus cum secundo homine, qui abstulit peccata mundi. Nam sicut hi cantabant sub primo homine canticum antiquum, & tales erant scilicet in peccato, qualis ille primus peccator, ita nos cantamus sub secundo scilicet CHRISTO, & sumus tales, qualis ipse primus iustus. Vnde inquit Apostolus. Primus homo de terra terenus; secundus homo de cœlo cœlestis: qualis terrenus, tales terreni: qualis cœlestis, tales & cœlestes. Sunt enim Christiani, quos uidit Ioannes cantantes canticum nouum ante sedem DEI, & agni. Et sic quantum pertinet ad præsens debent fideles honorando CHRISTVM canere. Primo propter pericula culpabilia, quæ euaxerunt. Secundo propter mortis dolores, qui non nocuerunt. Tertio propter mortis laqueos, qui non inodauerunt. Quarto propter iudicia DEI, quæ tandem cessauerunt. Circa primum est notandum, quòd illa dicuntur inferni pericula, quæ minantur præcipitationem in infernum, & sunt culpabilia, quòd cum homo non damnetur in inferno, nisi propter culpam, consonum est rationi, quòd solum culpa, uel causa culpæ est illud, quòd facit animæ periculum. Sunt autem hæc pericula, (pro ut est animus impræsentiarum declarare) xiij. Primum est uoluntarium mortale peccatum perpetratum fragilitate, uel ignorantia, uel malitia. Nanque propter peccatum ho-

Psal.95. 97.e1.149

1.Cor.15.f

Apo.14.a

Quatuor rationibus fideles debent in processionibus canere.

Inferni pericula culpabilia sunt 13.

Primum periculũ inferni.

mo prostituitur dæmoni à bono angelo, & quantum sua interest, relinquitur, quia suam gubernationem spernit, & à DEO ellungatur, quantum distet ortus ab occidente. Et si DEVS in tantum à peccatoribus allungaretur, nulli dubium, quòd in profundo inferni intruderentur. Sic ergo peccatum uoluntarium minatur peccatori præcipitium inferni. Voco autem peccatum uoluntarium, quòd non solum est uolontariè perpetratum, sed quòd in mente retinetur, post eius consumationem per consensum, & beneplacitum. Secundum periculum est uoluntaria tentatio. Voco autem uoluntariam tentationem non illam, quæ incipit in carne, nec illam, quæ incipit à mundo, idest ab hominibus mundi, sed illam, quæ incipit à uoluntate incitante se ad peccatum per causas peccati, quæcunque sint illæ. Vnde sicut est in periculo mortis, qui se suspendit, sic est in periculo inferni, qui se uoluntariè tentat. Tertium periculum inferni est cogitatio peccati cum delectatione, cum lætitia, cum gloria, cum extollentia super alios peccantes. Vnde sicut est in periculo mortis, qui à sommo non potest excitari, sic qui in cognitione peccati delectatur. Quartum periculum est electio, seu deliberatio peccandi cum sollicitatione, quoniam sicut est in periculo mortis, qui uult submergi in aqua, & currit ad ipsam, ita peccator est in periculo inferni, qui deliberat peccare, & se ipsum sollicitat ad peccandum. Quintum periculum inferni est operatio cum recidiuatione. Huic enim non est satis peccasse, & iterum, atque iterum peccatum commisisse, sed iterum pluries, atque pluries nititur peccare. Hic est similis illis,

Secundũ periculũ inferni.

Tertium periculũ inferni.

Quartum periculũ inferni.

Quintum periculũ inferni.

lis illi, qui sæpius ab infirmitate mortali fuit à medico curatus, sed iterum ægrotat, qui non seruat dietam, sed sequitur appetitum. Sextum periculum inferni est continuatio peccati sine correctione. Hic aßimilatur uulnerato ad mortem adijcienti medicamina, sicut ille est in periculo mortis, sic iste est in periculo inferni. Septimum periculum est habituatio cum spiritualium abhominatione: hic sic est in periculo inferni, sicut ille, qui est in periculo mortis, qui patitur uomitum, nec potest retinere in stomaco cibum, nec medicinam. Octauum periculum est corripientis persecutio. Nam sicut in periculo mortis est freneticus, qui persequitur seruitores, & medicos, sic est in periculo inferni, qui persequitur corripientes. Nonum inferni periculum est infamia sine pudore. Sicut enim infirmus est in periculo mortis, dum undiq; insania discurrit, dum sine uerecundia ostendit uerenda, & inhonesta, sic peccator est in periculo inferni, dum undiq; infamatur, undiq; digito ostenditur, dum eius peccata fiunt manifesta. Ipse enim non uerecundatur. Decimum periculum inferni est actualis conscientia sine contrictione. Hic sic est in periculo inferni, sicut est in periculo mortis infirmus factus insensibilis. Patitur enim causam doloris, & sensu priuatus non dolet. Vndecimum periculum inferni est (morte superueniente) dare operam rei illicitæ, ut cum religiosus moritur, quacunque morte moriatur, fugiendo obedientiam, siue suffocetur, siue submergatur, siue à quocunque occidatur. In hoc casu, & periculo fuit Iona propheta. Cum enim fugeret obedire DEO per nauem

Sextũ periculum inferni.

Septimũ periculũ inferni.

Octauum periculũ inferni.

Nonum periculũ inferni.

Decimum periculũ inferni.

Vndecimum periculum inferni.

Ionæ,1.&.2

in mari sic fugiendo dabat operam rei illicitæ, quoniam nunquam decet esse inobedientem DEO, cum fuit proiectus in mare, sic submersus datus fuit morti: cum uero cætus ipsum deglutisset, si DEVS eum non iuuasset, in uentre cæti fuisset suffocatus. Onde sic moriens erat damnandus, quia moriendo dabat operam rei illicitæ. Et ut clarius loquar dabo alia exempla; ut cum fur furando domum à patrefamilias perfoditur gladio, uel dum præcipitatur, uel quocunque modo moriatur. Hoc idem intelligo de assaßino, & de pyrata in mari, & de symoniaco, & de sacrilogo, de concubinario, de barratario, de stipendiario in bello scienter illicito, quomodocunque moriatur homo dando operam rei illicitæ mortalem, quæ scilicet in specie sua est peccatum mortale, & est in periculo inferni, & bene potest dicere cum propheta. Pericula inferni inuenerunt me. Duodecimum periculum inferni est, peccando mori, uel moriendo peccare, ut cum Absalon persequendo patrem fuit suspensus per capillos ad arborem; & interfectus. Tertium decimum periculum inferni est peccare, & cum à DEO flagellis corripitur contra DEVM sine pœnitentia conuertere: uel illi, qui peccant, & nunquam usque in finem pœnitent: ut illorum qui non agunt pœnitentiam, sed cum à DEO flagellantur, deteriores efficiuntur, DEVM maledicendo, & ipsum, & sanctos suos blasfemando. Hos in periculo inferni uidit Ioannes dicens: Et quartus angelus effudit phialam suam in solem, & datum est illi æstu affligere homines, & igne, & æstuauerunt homines illi æstu magno, & blasphemaue-

Psa.114.a

Duodecimum periculum inferni.

Tertium decimum periculū inferni.

Apo.16.b

runt nomen DEI habentis potestatem super has plagas, nec egerunt pœnitentiam ut darent illi gloriam. Ecce quomodo fideles debent honorare CHRISTVM DEI filium in processione cantando laudes ipsi CHRISTO, gratias agendo propter pericula culpabilia inferni, quæ euaserunt, uel euadere optant. Vlterius ubi dixi, quòd fideles honorando CHRISTVM DEI filium in processione debent cantare laudes propter dolores mortis, qui non nocuerunt, unde priusquam psalmus diceret. Pericula inferni inuenerunt me, sic præmisit. Circundederunt me dolores mortis. Circa hanc particulam est notandum, quòd cum Dauid passus fuerit multas persecutiones à Rege Saul, in speciali tamē bis fuit ita angustiatus, quòd dixit prædicta uerba scilicet. Circundederunt me dolores mortis. Nanque primo fuit in angustia, quando Saul misit armatos ad domum suam, ut omnino eum interficerent mane. Ex qua angustia, et morte irremediabili fuit liberatus per Michol eius uxorem, et filiam Saul, quæ eum per fenestram deposuit, et ipse aufugit. Secōdo fuit angustiatus, quando ziphæi, apud quos latitabat, ipsum reuelauerunt Regi Sauli, qui cū suis circundedit mōtem, ubi erat Dauid, in modum coronæ, ita ut Dauid nullo modo posset euadere. Vnde dolores mortis ipsum circundederunt, sed fuit per dominum liberatus. Nam, quia Philistin egressi sunt regnum, oportuit ipsum ire obuiam illis, & desistere à persecutione Dauid. Et sic quantum ad literam habemus quomodo bina uice Dauid sic fuit circundatus uiris uolentibus eum interficere: quòd coactus fuit dicere hunc uersiculum. Circundederunt me dolores mortis.

Dauid passus est persecutiones multas.

1. Reg. c. 19. b.

1. Re. 23. d

Dolores mortis, xii sed quia per Dauid intelligitur peccator, qui quamuis per dyabolum angustietur morte spirituali peccatorum, attamen à CHRISTO sic iuuatur, quòd finaliter dolores mortis non nocent illi: ideo est ostendendum spiritualiter, qui sint hi dolores, & quot, & dico, quòd sunt xij. quibus peccator angustiatur, qui tamen si est electus ad uitam æternam, ipsi, & sui similes infrascripti dolores non nocent finaliter.

Primus mortis dolor. Primus dolor mortis est dolore de pœna, & non de culpa. Hic dolor est, dum peccator patitur pœnam pro peccato commisso, & dolet, ac tristatur peccasse, non quòd culpa peccati sibi displiceat, quia est offensa DEI, sed dolet propter pœnam annexam illi peccato. Sed quia non tristatur de culpa, remanet in morte peccati: unde dolor iste est similis dolori dānatorum, de quibus inquit psalmus. (Psal. 13. b) Contritio, & infelicitas in uijs eorum. Et alibi dicitur. (Sapi. 5. a) Videntes iustos in gloria dicent intra se pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritum gementes, hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij, & ecce quomodo computati sunt inter filios DEI. Et sic hi, & similes sic dolentes peccasse, non propter culpam, sed propter pœnam circundantur primo dolore mortis. (2. Mach. 9) Hoc primo mortis dolore dolebat ille blasphemas Anthiocus, qui coniurauerat templum, & ciuitatem funditus destruere, tandem percussus à DEO cœli cum lachrymis postulabat misericordiam, quam non erat consecuturus.

Secundus dolor mortis. Secundus dolor mortis est dolor de peccato cum intentione peccandi de futuro. DEVS enim qui paratus est omnibus indulgere, non dicit, conuertimini ad

me in corde diuiso, nec in corde tripartito, aut bipartito, sed inquit. Conuertimini ad me in toto corde uestro, idest in tota uoluntate uestra, & ista conuersio non dicit dolorem mortis, sed dolorem uitæ, & e contra. Dolor mortis est dolor de peccato corde bipartito scilicet deprauando peccatum præteritum, & approbando futurum, dum quis dolet, & plorat propter peccatum præteritum, & dat operam efficaciter peccato perpetrando. In hoc dolore laborat Esau, quando cum flectu peccati præteriti scilicet gulæ proponebat peccatum futurum dicens. Veniet dies lutus patris mei, & ego interficiam Iacob fratrem meum, & sic patet secundus dolor. Tertius dolor mortis est dolor de parte peccatorum cum intentione cauendi de futuro, reseruatis duobus, uel tribus, aut uno solo perpetracto. Hi sunt similes prælatis. vij. ecclesiarum, quos CHRISTVS repræhendit de operibus imperfectis factis cum societate peccati, & quibus persuadet agere perfectam pœnitentiam. Hi non attendunt ad dominum, qui quencunque sanauit infirmum, totaliter sanauit, ut surdum, & mutum, ac dœmoniacum. par. 3. q. 86. ar. 3. Horum igitur dolor non est ad uitam, sed potius ad mortem. Quartus dolor mortis est dolor peccatoris dolentis cum contrictione, sed sine oris confessione. Sic dolentes sunt similes infirmo, qui habens infirmitatem occultam dolet, & in dolore clamat, sed propter uerecundiam non uult medicis suam infirmitatem detegere, unde cum dolore moritur. Similiter contingit peccatori contricto cum peccati dolore, sed sine confeßione, ut præcipitur in decretalibus. Quintus dolor mortis est

[Margin notes: Ioel. 2. — Gen. 27. — Tertius dolor mortis. — Ap. 2. & 3 — Quartus dolor mortis. — De pœni. c. omnis vtriusque sexus. — Quintus dolor mortis.]

dolor peccatoris dolentis in confeßione facta cum simulatione. Vbi notandum, quòd confeßio fit simulatè, quia diuiditur, dum uni dicitur una pars peccatorum, & alteri altera, quia cum uno solo confeßio fit, sed sine necessarijs circunstantijs: ut in hoc exemplo. Dolet peccator, quòd peccauerit peccato carnis, & sic in genere loquitur dicens. Ego peccaui per carnis peccatum, si non plus dicit, huius confeßio est simulata. Sed si debet esse uera, debet esse aperta, ut quia peccatum fuit commissum inter solutos, & sic est peccatum simplicis fornicationis, uel inter coniugatos, & sic dicitur adulterium; uel inter uirgines, & sic peccatum dicitur stuprum; uel inter consanguineos, & peccatum dicitur incestus, uel cum oppreßione, & sic peccatum dicitur raptus; uel cum uelata, uel cum clerico, & sic peccatum dicitur sacrilegium, uel in loco sacro, & sic est idem, uel fit cum societate alterius speciei, & dicitur bestialitas, uel fit cum societate eiusdem speciei, non tamen eiusdem sexus, & dicitur sodomia, uel sine societate, & sic dicitur molities. Qui ergo dolet in confeßione, nec sic apertè confitetur cum simulatione, eius dolor est dolor mortis, maximè si confitetur se excusando, & proximum accusando.

Species peccati carnalis.

Sextus dolor mortis est dolendo in integra, & uera confeßione, sed sine satisfactione. Circa hoc est notandum, quòd peccator, & maximè notorius tenetur satisfacere, primo DEO, cuius legem non seruauit, secundo ecclesiæ, cuius filios scandalizauit, tertio amicis, quos non amauit, quarto inimicis, quos non placauit, quinto peccatoribus, quos ad DEVM non reuoca-

Sextus dolor mortis

Peccator quibus satisfacere debeat.

uit, sexto iustis, quos contristauit, septimo sanctis, quos non lætificauit, octauo in purgatorio electis, quorum pœnas non mitigauit, nono cunctis, quorum bona occupauit, decimo omnibus creditoribus, quorum solutionem retardauit, undecimo parentibus, quos non honorauit, duodecimo his, quos detrahendo infamauit, cum autem peccator dolet de his offensionibus (sicut debet) sacramentaliter confitetur. Sed si non satisfacit, cum possit satisfacere, dicimus, quòd eius dolor in contrictione, & sacramentali confeßione non est ad uitam, sed est dolor mortis. Septimus dolor mortis est dolentis, confitentis, et satisfacientis de corporalibus, sed non de spiritualibus, ut est hæresiarcha, qui per falsam doctrinam multas animas ad infernum præcipitauit, ut detractor, qui multos infamauit. Horum tanta est superbia, ut quanuis doleant in contrictione, & quanuis plorent in confeßione, attamen quia non dolent de spiritualium satisfactione, eorum dolor est dolor mortis. Octauus dolor mortis est dolentis cum perfecta restitutione, sed sine sacramentali communione. Sic.n. dolentes, et dolendo sacramentaliter confitentes, et confitentes restituendo, & restituendo satisfacientes, nolentes tamen communicare sacramentaliter. i. nolentes accipere corpus CHRISTI in pascha: hi adimplent partem illius præcepti de pœn. et rem. c. omnis utriusque sexus. Et quanuis adimpleant præceptum quo ad primam partem, quæ est præparatio ad communionem; & præparationem disponentem non reducunt ad actum, quia non se communicant. Vnde quomodocunque negligant præceptum, & doleant de pec-

Septimus dolor mortis.

Octauus dolor mortis.

catis, ex quo tamen non dolent ad uitam, sed ad mortem, eorum dolor est dolor mortis. Nonus dolor mortis est peccatoris communicantis, sed in fide dubitantis; Sunt quidam in sacramento corporis domini nostri IESV CHRISTI dubitantes quantum ad intellectum, sed quantum ad uoluntatem nollent dubitare, sed uellent plene credere implicite, & explicite, & non ualentes captiuare intellectum, & subijcere fidei ecclesiæ, dolent, quòd non credunt, & dolent, quòd eos oporteat communicare. Horum tres sunt species. Quidam enim habent cognitionem informem absque firma assentione in neutram partem declinando, scilicet credendorum, & non credendorum, & hi dicuntur dubitare. Quidam magis declinant in unam partem, quàm in aliam, sed tenentur aliquo leui signo, quòd non totaliter declinent. & hi dicuntur suspicari. Quidam uni parti adhærent, tamen cum formidine alterius, et isti dicuntur opinari. Secunda secundæ. q. 2. ar. 1. in fi. R. Vt autem dicantur credentes, oportet ad unam partem declinare sine formidine, et cum firma adhæsione, & assentione. Hic autem actus cum procedat ex duobus principijs, scilicet ex uoluntate, et intellectu, oportet, quòd utrunque principium sit perfectum aliquo habitu, ut actus fidei sit perfectus ea. par. q. 4. ar. 2. in R. Vnde non solum oportet uoluntatem esse promptam ad credendum, sed etiam oportet intellectum esse bene dispositum ad prosequendum imperium uoluntatis eo. ar. arg. 2. Dolor igitur huius dubitantis, uel suspicantis, uel opinantis, & non firmiter credentis, est dolor mortis æternæ. Decimus dolor mortis est,

Nonus dolor mortis

Tres species non credentiũ in eucharestia.

Decimus dolor mortis.

dum peccator dolet contritè cum fidei assentione, sed sine iniuriarum remissione. Satis est dubitandum de salute quorundam fidelium, qui in pœnitentia petunt, quòd DEVS remittat eis culpam, & æternam pœnam, et indulgentijs petunt, quòd DEVS indulgeat eis pœnam temporalem, & uolunt, quòd DEVS in assumptione sacramenti eucharistiæ remittat magnam partem pœnarum, nec ad DEI præceptum uolunt proximo suo remittere minimam iniuriam, nec quo ad culpam, nec quo ad pœnam. Hi conterendo dolent, hi confitendo plorant, hi sumendo euchareſtiam lachrimantur, & suspirant cum singultibus: sed dolent, & affliguntur inanè, quoniam eorum dolor non est dolor uitæ, sed mortis æternæ. Vndecimus dolor est dolor mortis, dum pœnitet, confitetur, communicat, gemit, plorat pro suis peccatis cum iniuriarum remissione, sed sine remissionis postulatione. Nam de talibus dicit Augustinus in regula. Qui autem nunquam uult petere ueniam, sine causa est in monasterio. Tu uero secundum doctrinam Ioannis Chrisostomi. Si offendisti proximum corde reconciliari corde. Si offendisti ore, reconciliari ore. Si offendisti opere, reconciliari opere; sed saltem cum dolore petas humiliter ueniam, aliter autem totus dolor erit dolor mortis. Duodecimus dolor mortis est dolere cum ueniæ postulatione, sed sine particulari nominatione. Consuetudo sancta est, quòd infirmo ad mortem portetur corpus CHRISTI, & est consuetudo laudabilis, quòd illi de parrochia audito tintinnabulo associent humiliter, & deuotè corpus CHRISTI usque ad le-

Vndecimus dolor mortis

Duodecimus dolor mortis

ctum infirmi. Præterea est laudabilis consuetudo, quòd priusquam sacerdos porrigat infirmo sacramentum, pro ammonitione indulgeat omnibus, & petat ab omnibus ueniam. Quæ postulatio sufficit in oblitis, uel ignoratis, uel in his, quæ sunt personaliter remissa. Sed sicut infirmo debitori alicuius non sufficit petere in genere ueniam, sed expedit, quòd particulariter inuicem conueniant, uel per solutionem, uel compositionem, uel per remißionem: sic non sufficit infirmo petere ueniam in genere, sed si fecit iniuriam proximo rixando, contendendo, infamando, quòd specialiter de hac iniuria petat indulgentiam particulariter, & publicè, sicut publicè peccauit offendendo proximum, & scandalizando, aliter eius dolor erit sibi non dolor uitæ, sed dolor mortis æternæ. Et sic habemus duodecim dolores mortis, à quibus electi ad uitam æternam antequam moriantur, liberabuntur. Et qui est sine his doloribus, aut qui in his, uel in aliquo eorum laborat pro se, uel pro alijs cantando laudes in proceßione, debet petere, quòd hi sic dolentes ad mortem doleant ad uitam: & sic habemus .xij. à CHRISTO petenda in proceßione, qua ipsum honoramus cantando. Hucusq; uidimus, quæ pro se, et pro alijs sint petenda, dum in proceßione cantantur laudes: & hoc quantum ad xij. pericula inferni euitanda, & quantum ad xij. mortis dolores euitandos, iuxta dictum psalmi. Circundederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me. Verum quia in alio psalmo dicitur. Præoccupauerunt me laqueі mortis: ideo de his est uidendum. Nam fideles ho-

Laquei mortis soluendi sunt xii.

Psa.114.a

Psal.17.a

norando CHRISTVM in processione, & ei gratias agendo debent cantare laudes propter laqueos mortis, qui nos innodauerunt.s.electos usq; ad mortẽ, qui etiam si sunt innodati, petimus, quòd nodi soluantur. Sunt autem laquei præoccupantes xij. Primus laqueus mortis soluendus est ardor delectationis. Quædam enim sunt peccata, quæ fiunt cum magna sensualitatis delectatione, quæ delectatio impedit extimationem prudentiæ. 6. Ethi. Et quia ad eam sequitur quædam trasmutatio corporalis, fit quoddam ligamentum. 1.2.q.33.ar.3.propem finem R. Vnde ratio debilitatur in suo actu, & ita ligatur homo hoc concupiscentiæ, & sensualitatis ardore delectandi, quòd sibi apparet nunquam posse ab huiusmodi modo dissolui. Vnde sequitur, quòd homo non solum peccat, sed etiam uidetur ei, quòd à peccato non possit se custodire, in tantum, quòd propter hoc non confitetur, non communicat, non orat, nec opus bonum facit, quòd ad rationem pertineat. Hoc laqueo fuit ligatus Salamon, et in senectute amore mulierum templa idolis construxit, et usu rationis priuato illa adorauit. Secundus laqueus mortis soluendus est timor recidiuandi. In morte enim peccati stat peccator ligatus, quousq; nodus peccati per pœnitentiam soluatur. Modo sunt quamplures, qui non faciunt pœnitentiam timore recidiuandi, quia sæpe, sæpius, & longo tempore peccauerunt, & pœnitentiam non egerunt, uel si egerunt, quàm cito ad peccatum conuersi iterum in peccatum recidauerunt: propter quam recidiuationem diu, & multoties factam desperantes de constantia non agunt

Primus laqueus mortis soluendus.

2.Reg. c.9.c.

Secundus laqueus mortis soluendus.

pœnitentiam, & hoc laqueo mortis stant illaqueati usque ad mortem. Tertius laqueus mortis soluendus est pudor propalandi. Sicut enim uerecundia iuuat hominem stare constantem contra peccatum, sic iuuat Dyabolus ad ligandum peccatorem in peccato, ne pœniteat. Vnde Dyabolus sicut ante peccatum aufert uerecundiam, sic post peccatum commissum idem Dyabolus restituit uerecundiam, ut peccati non pœniteant. Et tali laqueo in peccati morte detinet peccatores usque ad mortem. Quartus laqueus mortis est desiderium honoris. Cum enim (teste Valerio Maximo) nulla sit tanta sanctitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur. Sic enim quilibet desiderat honorari, siue quia DEVS in homine honoratur, siue quia proximus ad honorandum uirtuosum concitat, siue quia (ut moris est) omnes, aut pro maiori parte appetunt honorem, & fugiunt in honorationem: ob quam causam multi timentes perdere honorem, quem desiderant, tali laqueo mortis stant innodati in morte peccati. Quintus laqueus mortis est appetitus reuerentiæ. Multi enim appetunt ab aliquibus honorari, ut ab alijs habeantur in reuerentia, & sint bonæ extimationis in mentibus hominum. Quod si appetunt bono fine, & recta intentione sine simulatione, hic appetitus reuerentiæ non impedit eos ab humili pœnitentia. Sed si appetunt reuerentiam non bono fine errantes in modo, & non in uia, sic timentes perdere creditum bonæ æstimationis non audent in confeßione sua detegere peccata, & per laqueum appetitus reuerentiæ stant in morte ligati laqueo appetitus re-

Tertius laqueus mortis soluendus.

Quartus laqueus mortis soluendus.

Quintus laqueus mortis soluendus.

uerentiæ. Sextus laqueus mortis est amor famæ. Hic amor potest esse bonus, ut cum amatur fama ad proximi ædificationem, informationem, & promotionem. Sed ille est amor malus, cum amatur fama propter fauorem mundanum pro habenda dignitate, pro acquirendis diuitijs, pro decipiendis mulierculis, pro honoribus: & hoc casu amans famam fit uanagloriosus, cupiens laudari de uirtutibus, quibus caret, & quibus male utitur, ut scientia, sapientia, & similibus. Ne autem fama perdatur, potius se laudat, quàm accusat; alios infamat, odit alios laudari, odit alios sequelam habere; sua peccata non confitetur; famam alijs, quos ipse infamauit, non restituit; quibus detraxit, potius permittit se mori in peccato mortali, quàm restituere, & se male proximum infamasse. Vnde hic est hoc laqueo ligatus ad mortem. Septimus laqueus mortis est amor filiorum; non dico, quòd parentes non debeant filios amare; sed amor filiorum est uitiosus, quando indiscretè amantur: ut cum qui exercet usuras, & propter amorem filiorum non uult restituere, timens filios depauperare, ut cum quis acquirit diuitias, quas non potest licitè possidere, nec uult restituere, ut filios relinquat diuites. Hic amor filiorum est laqueus mortis detinens peccatorem ligatum in morte peccati. Octauus laqueus mortis est amor carnalis. Sæpe reperi homines ad pœnitentiam dispositos, sed propter amorem concubinæ hanc bonam dispositionem non reducunt ad actum, concubinam dimittendo. Et hoc est propter amorem carnis uitiosum. Quòd autem dico de concubinario,

Sextus laqueus mortis soluendus.

Septimus laqueus mortis soluendus.

Octauus laqueus mortis.

idem de concubina. Vnde cum de omnibus peccatis agat pœnitentiam præterquam de hoc, apparet, quòd carnalitatis amor sit illi laqueus mortis. Nonus laqueus mortis est amor dignitatis. Sunt enim quàplures amantes dignitatem, ut prioratum, abbatiam, episcopatum, et simlia. & eam tandem obtinent per symoniam. Sciant, uel scire debeant, quòd tenentur renunciare, aliàs uiuunt in peccato mortali. Sciant etiam, quòd celebrare non possunt diuina. Sciant, quòd sua pœnitentia est falsa, et simolata. Sciant, quòd nec qui pœnitentiam dedit, nec qui accepit, potest licitè retinere. Hi, nisi restituant, non unus alteri, sed ecclesiæ, uel pauperibus, celebrant in peccato mortali, uiuunt in peccato mortali, moriuntur in peccato mortali. Et sic amor dignitatis est laqueus mortis mittens eos ad infernum. Decimus laqueus mortis est horror de peccatorum multitudine. Quidam sunt, qui tot peccata commisserunt, quòd coguntur dicere cum propheta: Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum; & sic onus graue grauatæ sunt super me. Vnde propter tantam peccatorum multitudinem non sperant posse facere pœnitentiam, nec à DEO obtinere ueniam. Vnde multitudo peccatorum est illi causa laquei æternæ mortis. Vndecimus laqueus mortis est tremor de peccatorum magnitudine. Sunt aliqui ad perpetrandum peccatum fortes, sicut leones, sed ad peragendam pœnitentiam debiles, & parui animi: & sicut fuerunt fortes, & audaces ad peccandum, ita sunt impotentes, & timidi ad pœnitentiam. Vnde non solum non sunt timidi, sed etiam tremunt, immo cum Cain dicunt:

Nonus laqueus mortis soluendus.

Decimus laqueus mortis soluendus. Psal. 37. a

Vndecimus laqueus mortis soluendus.

Maior est iniquitas mea, quàm ut ueniam merear. Iudas autem CHRISTI proditor hoc laqueo ita fuit inodatus, quòd se laqueo suspendit. Duodecimus laqueus mortis est rubor de peccatorum turpitudine. In omni enim peccato quamuis sit aliqua turpitudo, prout turpitudo est contraria decoris ordini eò, quòd ordo est spiritualis pulchritudo, attamen sunt quædam peccata, quæ habent annexam turpitudinem cum rubore, ut sunt peccata carnalia, quæ quidem sunt tanti ruboris, quòd etiam in his, quæ sunt licita in actu matrimoniali uxor uerecundatur de uiro suo. Multo plus quilibet homo utriusq; sexus uerecundatur de his peccatis, quæ cõmittuntur extra limites matrimonij. Vnde propter peccata carnis præoccupantur homines tanto rubore, quòd potius permittunt se in infernum damnari, quàm in sacramẽtali confeßione confiteri, nisi forte cum palliatis uerbis generalibus, tacitis turpibus, et exentialibus circunstantijs. Et ex his patent xij. laquei mortis æternæ. Superest modo ad promißionem adimplendam, ut uideamus de xij. causis corporalibus, propter quas in ecclesia fiunt proceßiones, quas xij. declarabimus esse in CHRISTO in patre æternaliter abscondito: & in hac proceßione honoratur CHRISTVS cum cantu, & laudibus. Prima igitur causa faciendi proceßionem in ecclesia canendo laudes est primus aduentus episcopi, uel alicuius prælati, ut puta legati domini papæ, uel ipsius domini papæ: qui omnes sic honorantur, quia quilibet eorum repræsentat CHRISTVM. Sicut enim summus pontifex Aaron in suo apparatu figurabat CHRISTVM, sic sum-

Ge. c. 4. b
Matth. c. 27. a
Duodecimus laqueus mortis soluendus.
Duodecimum sunt causæ, propter quas fiunt processionis.
Prima causa, propter quã fit processio.
Exod. 28. & leuit. c. 8. a

mus pontifex, id est papa significat, & repræsentat CHRISTVM in toto orbe, & eius legatus in tota legatione, & episcopus in tota dyocesi. Cum autem cantando laudes processionaliter obuiamus his, honoramus CHRISTVM, quem ipsi repræsentant. Vnde sicut pontifices ueteris testamenti figurabant CHRISTVM uenturum pontificem, ita pontifices noui testamenti IESVM CHRISTVM repræsentantes significant eum uenisse, ergo clerus, & populus in processione CHRISTVM cum laudibus honorant. Secunda causa faciendi processionem cantando cum laudibus est aduentus Regis uniuersalis, id est imperatoris, et cuiusque regis particularis intrantis regnum, quoniam sicut Aaron in lege scripta figurabat sacerdotium CHRISTI ipse et sui sequaces, sic Moyses figurabat regiam potestatem in populo, ipse, & sui sequaces duces, & reges. Quæ duæ dignitates fuerunt figuratæ in lege nostra non distinctæ in pluribus personis, sed in una persona, ut unam personam, id est CHRISTVM expectaremus, qui simul esset sacerdos, & rex: qui nos faceret reges & sacerdotes. Hæc autem figurauit Rex Salen. i. Melchisadech, secundum cuius ordinem CHRISTVS per ipsum figuratus dicitur per psalmistam. Sacerdos in æternum. Vnde hoc affirmans Ioãnes ait. Qui dilexit nos, & lauit nos in sanguine suo, & fecit nos reges, & sacerdotes DEO patri suo, ipsi gloria, & imperium per infinita sæcula sæculorum amen. Cum ergo processionaliter incendentes obuiamus prælato, uel Regi, non illas personas honoramus finaliter, sed CHRISTVM

Seconda causa, propter quã fit processio.

Psal. 109. & Gen. c. 14. d.

Apo. 1. c

STVM honoramus coràm ipsis, qui CHRISVM repræsentant in nouo testamento, quem figurauerunt pontifices, sacerdotes, & reges ueteris testamenti: & sic habemus secundam causam processionis. Tertia causa faciendi processionem est propter maris, & fluminum inundationem, quæ aquæ, ut nobis non noceant, sed ad suum locum reuertantur, recurrimus processionaliter ad CHRISTTM, qui habei potestatem super aquas maris, ut figuratum fuit per uirgam, qua mare fuit diuisum, stabatq; ueluti murus ad dexteram, & synistram. Vnde uirga illa figurabat CHRISTI potestatem super aquas maris, quàm potestatem habet etiam super aquas fluminum, ut figuratum fuit, quando arca, quæ figurabat CHRISTVM, fuit portata in flumine Iordanis, & aquæ fluentes steterunt; sicut mons. Sic igitur in processione recurrimus ad CHRISTVM, quem honoramus. Quarta causa faciendi processionem, est propter commotionem. Sciunt omnes pro maiori parte, quàm sit magnum periculum commotio, & conquassatio terræmotus. Audiuimus enim ab antiquis, & uidimus temporibus nostris ciuitates passas in multis partibus ruinam, oppida, & castra submersa, & uillas à terra imbibitas, & propter earum ruinam mortuos plures cum filijs in lecto de nocte: Persensimus multos passos membrorum confractionem, & multos sub lapidibus, & lignaminibus suffocationem. Propter quæ pericula euadenda consuetudo ecclesiæ est facere processionem, in qua CHRISTVS, & sancti cum cantu, & laudibus inuocantur orando, postulando, &

Tertia causa, propter quã fit processio.

Exodi. 14.d.

Iosuæ.3. b.&.c.

Quarta causa, propter quã fit processio.

obsecrando DEI filium dominum IESVM CHRISTVM ut à tanto iuditio liberemur, & non prius sepeliamur, quàm moriamur. Nam ipse CHRISTVS ab æterno in patre latens, per quem pater creauit terram, habet potestatem super eandem. Eius enim potestate distructa fuit terra sub pedibus Datan, & Abiron seditiosis, & ipsi, uxores, & filij cum suis tabernaculis, ac omnibus suis uiui descenderunt in infernum. Et etiam CHRISTVS DEI filius æternaliter in patre latens habet potestatem nobis minandi terræmotus, & ciuitatum submersionem, ac etiam habet potestatem mutandi decretum seruato suæ sapientiæ consilio si, & inquantum propter minas agamus peccatorum pœnitentiam. Hanc figuram habemus, quando Ionas præcepto DEI intrauit ciuitatem magnam Niniuem, & prædicando contra eorum peccata comminatus fuit ciuitatis suæ incendium: qui omnes (rege inchoante) induti saccis, & depositis ornamentis, ieiunijs hominum usque ad uesperam paruulis, & bestijs adiunctis egerunt pœnitentiam, & sic placatus fuit DEVS. Quinta causa faciendi processionem est propter pestem, & aeris infectionem. Circa hanc particulam est notandum, quòd est differentia inter pestem, & aerem infectum, siue corruptum. Tunc enim percutit nos DEVS aere corrupto, quando homines de morte repentina, ac improuisa subito cadunt mortui. sicut mortua fuerunt una nocte primogenita Aegyptiorum ab homine usque ad pecus. Sed tunc percutit nos DEVS peste, quando homines infecti alios inficiunt, ut uxor, &

Exo,16. Ioan,3. Quinta causa, propter quã fit processio. Exo,12.b

uir inuicem; ut mater, & filij, & hoc modo percußit dominus populum Israel peste, & mortui fuerunt septuaginta millia uirorum. Et quòd sit differentia inter pestem, & aerem corruptum apparet per imprecationem, quàm fecit Moyses populo, quando inquit. Si autem non audiueris uocem domini, adiungat tibi DEVS pestilentiam, & sequitur modicum post. Percutiat te DEVS aere corrupto. Vnde ecclesia uolens filios suos liberare ab utroque malo scilicet peste, & aere corrupto orat CHRISTVM cum cantu, & laudibus optans DEVM recunciliari, & mala pestifera cessare. Sexta causa faciendi processionem est propter aquarum penuriam. Circa quam particulam est notandum, quòd possumus habere penuriam aquarum propter duo, uel propter potum, uel propter fructus terrarum. Nam propter potum indigemus aqua, et non possumus habere, quia non habentur in torrentibus, non in fluminibus, non in fontibus, non in puteis, non in cisternis, non in foueis, nec in fossatis, uel quia habentur, & non sunt sanæ ad potum, uel quia forte sunt in sanguinem conuersæ, uel quia omnia uasa DEI aquatica sunt sicca. In his omnibus casibus debemus ad DEVM, & ad suos sanctos recurrere processionaliter cantando laudes, etiam si aquis pluuialibus indigemus ad terras irritandas, uineas, hortos, pomeria, & agros. Ad CHRISTVM ergo recurramus, quoniam sicut per ipsum omnia facta sunt, ita omnia per ipsum gubernantur. Nam cum cœlum tribus fuisset clausum annis, & mensibus sex, per ipsum fuit apertum tempore Helyæ.

2.Re.24.c

Deu.28.b

Sexta causa, propter quã fit processio.

Ioan.1.

Cum autem aquæ omnes in Aegypto essent conuersæ in
3.Reg.7. et.18.in fi. sanguinem, per ipsum DEI filium sunt reuersæ ad
suam naturam in colore, & sapore. Cum uero essent
Exo,17.b in deserto, nec haberent filij Israel aquam ad biben-
dum, CHRISTVS DEI filius dedit bis aquam
de petra. Cum itaque essent in deserto, & non haberent
aquas, nisi corruptas, & amaras, per filium DEI figu-
ratum in Moyse in uirga, in ligno, & in Helya aquæ
Exo,15.d amaræ fuerunt sanatæ, & in dulcedinem conuersæ. Er-
go ad CHRISTVM pro aquis recurramus pro-
cessionaliter cantando laudes, ipsum honorando. Septi-
Septima causa, propter quã fit processio. ma causa faciendi processionem est propter ignis com-
bustionem. Multoties experti sumus, quàm magna sint
pericula ignis, et simul experti sumus, quomodo in qui-
busdam locis per aliquod tempus sæpe, et in diuersis lo-
cis ciuitatis, oppidi, castri, & uillæ insurgunt flamma-
rum ignium incendia tam crebro, quòd quasi apparet,
quòd per industriam hominum accendatur ignis, qui
diabolica malignitate procuratur. Cuius dyaboli mali-
tia procurantur sagittæ de cœlo, quæ cum consueuerint
ferire in nemoribus, in uallibus, uel in locis inhabitatis,
ut in mare, diabolica operatione diriguntur ad loca ha-
bitata, & accendunt ignem, & comburunt domos, &
habitatores, insurgunt tempestates, uenti, quibus arbo-
res, segetes, uineæ dißipantur. Pluit, glandinat, unde
uuæ, & fructus, ac rami arborum franguntur, & ani-
malia, quæ in pascuis reperiuntur, uix euadere possunt.
Nam in uillis etiam euertuntur domus. In his causis pe-
riculosis consueuerunt clerici, rectores animarum ordi-

nare processiones, inuocare CHRISTVM DEI cantando diuinas laudes, quibus placatur DEVS, potestates diyabolicæ coercentur, Igneæ flammæ extinguntur, cessant fulgura, sagittæ percutiunt loca inhabitata, cessant tempestates, fitq; tempus serenum. Nam sicut CHRISTVS DEI naturalis filius est uerbum, per quem facta sunt omnia, ita est uerbum, quo omnia gubernantur, & cuius imperio omnia subijciuntur. Ipse DEI filius dominatur dæmonibus, igni, & cunctis cœlorum syderibus, & elementis. Suo nanque imperio Dyabolus, qui Aegyptum decem plagis afflixit, idem à plagis cessauit, Moyse, & Aaron deuotè orantibus. Suo imperio sol, & luna suum cursum suspendentes, sydera nobis propinqua steterunt Iosue orante. Idem etiam sol suo præcepto retrocessit decem gradibus pro signo Ezechiel, & Esaia orantibus. Suo imperio ignis de cœlo descendit bis supra duos quinquagenarios. Et eiusdem præcepto ignis à DEO descendit de cœlo, & deuorauit Moyse sacrificante, quoniam ipse CHRISTVS est DEI filius, qui in specie ignis in rubro apparuit Moysi. Suo imperio ignis suspendit suam uirtutem afflictiuam, & pro parte incentiuam. Nanque orantibus tribus pueris in fornace ignis ardentis, idem ignis comburebat combustibilia, & pueros non afflixit, nec capillus de capite fuit combustus. Et ideo ipsum DEI filium omnibus causis terribilibus dominantem in processione honoramus cantantes diuinas laudes. Octaua causa faciendi processiones est propter inimicorum obsidionem. Mos fuit an-

Exod.6 usque ad 12.

Iosue.10.c

4.Re.1.b

Leui.9.d Exod.3.a &.24.d

Danie.3.d

Octaua causa, propter quã fit processio.

Num.21.a *tiquorum patrum, quòd cum uellent ire ad prælium,*
Deut.2 *cum orationibus, et sacrificijs se coràm domino purga-*
Iosuæ.3
&13. *bant, idest sanctificabant, et dominum consulebant, quid*
1.Re.30.a *erant facturi: Similiter Dauid. Et populus undecim tri-*
2.Reg.2 *bus. Sancta igitur ecclesia à suis antiquis patribus su-*
Iudit.9.a *mens exempla, cum uel uult ire ad prælium, hostes ag-*
grediendo, uel cum hostes ipsam aggrediuntur, siue
quando hostes ipsam obsident, non confidens in se, sed in
uerbo DEI, *in filio cœlestis patris, orationibus him-*
nis, & laudibus ad ipsum conuersa ipsum consulit, &
ipsum in subsidium petit. Est enim DEI *filius in patre*
latens, ad quem leuamus oculos, & manus tanquàm ad
Exo.17.c. DEVM *altißimum, qui uictoriam dedit populo suo,*
Iosue gladio pugnante in planicie, & Moyse manus,
& brachia in modum crucis eleuante. Est DEI *filius*
4.Re.19.g *in patre latens, qui uictoriam populo suo dedit, angelo*
pugnante, & in una nocte interfecit de inimicis centum
Iosuæ.6. *octuagintaquinque millia. Est* DEI *filius in patre cœ-*
lesti latens, qui uictoriam dedit populo suo populorum
1.Re.7.b *uociferatione, & tubarum clangore. Est* DEI *filius in*
cœlesti patre latens, qui uictoriam populo suo dedit
strepitu, & quasi fragore arborum in tempestates Sa-
muele orante, & pro populo offerente sacrificium. Est
Iosuæ.12. *uerbum æternum cœlestis patris filius in patre latens,*
qui uictoriam populo suo dedit præliorum debellatio-
ne. Iosue & populo debellantibus triginta, & unum re-
4.Re.7.b *ges Cananæorum. Est* DEI *filius* CRISTVS IE-
SVS *in patre ab æterno latens, qui dedit uictoriam po-*
Iosuæ.2.d *pulo suo in sonitu equorum, & curruum. Est* DEI *fi-*

tius in cœlesti patre latens, qui uictoriam dedit populo suo magnorum lapidum de cœlo frequentatione. Est DEI filius in æterno patre æternaliter latens, qui uictoriam dedit populo suo in lapide, & funda, Dauid Golias gigantem interficiente. Sic ergo ipsum honoramus DEI filium tempore prælij, & bellorum in processione sibi decantando diuinas laudes. Nona causa faciendi processionem cum cantu, & laudibus est propter scismata prælatorum. Nam cœlestis pater, cuius filius naturalis CHRISTVS in æternum in ipso latet, unionem sui corporis mistici .i. ecclesiæ summopere diligit, et procurat. Non.n.uoluit decapitari seperando corpus à capite, ne intelligat ecclesiæ capitis diuisionem: nec uoluit ex suis ossibus frangi, comminui, uel inuicem seperari, ut intelligatur ipsum affectare omnes prælatos ecclesiæ simul membra sui corporis inuicem conuenire, et in uno corpore compaginato sub eodem capite firmiter continuare. Cum quippiam recedit ab ecclesiæ unitate, quid de ipso dicemus, nisi quòd inconsutilem tunicam DEI nostri disuere, immo lacerare nititur, quam disuere, uel diuidere noluerunt pagani milites Pylati, ergo peiores sunt scismatici, quàm sint pagani. 24.q.1.c. quoniam uetus. & .7.q.1.et.24.q.1.c.non afferamus. Hæc autem peccati maioritas non attenditur penes speciem peccati, quæ exurgit ex obiecto, quia infidelitas paganorum secundum suam speciem est grauius peccatum ex eo, quòd est contra DEVM directè, qui est ueritas prima. Scisma uero est peccatum contra proximum, quia contra unionem. Sed peccatum scismatis est ma-

1.Re.7.c.&

Nona causa, propter quã fit processio.

ius peccato infidelitatis secundum aliquam circunstantiam, ut quia periculosius, ut quia populus est ad hoc peccatum promptior, & magis inclinatus, ut quia ex eo secundantur plura mala; ut quia magis astutè, & magis subtiliter cõmittitur, et quia difficilius cognoscitur. Sed *peccatum infidelitatis faciliter cognoscitur, & ita etiam infidelis.* Peccatum autem *scismatis non ita faciliter cognoscitur, quia scismaticus ut uulpis fraudulenta sub specie boni multum uersute procedit: & facilius idiotas ad se trahit, operando magis palliatè, quàm infidelis.* Secunda, *secundæ q.39.ar.2.* Vnde *scismatici in ueteri lege sic fuerunt grauiter puniti, sicut grauiter peccauerunt.* Nam *noua morte, et inconsueta mortui sunt.* Nanq;

Nũ.16.c *cum chore,* Datan *et* Abyron, *qui fuerunt archiscismatici, alios ad scisma inducentibus, simul fuerunt mortuæ uxores, filij, serui, animalia, & tabernacula, quæ omnia deglutiuit terra, & ducenti, & quinquaginta uiri, qui tenebant thuribula cum incenso eodem igni thuribulorum fuerunt occisi.* Ignis *autem ille inuoluit de populo, quasi essent adhærentes, uiros quatuordecim milia septuagentos. Cum autem prælati ecclesiarum percipiunt scisma inchoari, uel inchoatum dilatari, habent, uel habere debent recursum ad caput ecclesiæ, omniumq; ecclesiarum scilicet* CHRISTVM DEI *filium in patre æternaliter latentem, ipsum honorando, & cantando in processione laudes diuinas.* Decima *causa faciendi processionem est propter populi seditionem.* Circa *hanc particulam est declarandum, quòd multa uitia sunt contra concordiam, ut seditio, quæ est contra pacem; ut*

Decima causa, propter quã fit processio.

prælium, quòd fit contra hostes; ut scisma, quòd fit contra unitatem capitis; ut rixa, quæ fit inter duos, plures uè se percutientes, ut seditio, quæ est inter ciues & ciues; uel inter ciues & principem. Seconda, secondæ. q. 42. ar. 2. in R. Sic igitur fuerunt seditiosi. x. exploratores, qui male retulerunt de terris promissionis populo. Exortum fuit peccatum seditionis, & murmuris in populo, & pro pœna factum est, quòd omnes à. xx. annis, & supra mortui sunt in deserto per quadraginta annos. Nũ. 14. e
Sic fuerunt seditiosi filij Israel, quando relicto regimine Samuelis petierunt regem, ob quam causam à libertate uenerunt ad seruitutem sub iure regio sibi à domino per Samuelem prænunciato. 1. Reg. 8. per totũ.
Sic fuerunt seditiosi Absalon filius Dauid, Architophel, consultor suus. Horum alter. s. Architophel seipsum suspendit. Alter uero suspensus per capillos ad quercum tribus lanceis fuit perforatus, & sub lapidibus copertus. 2. Re. 15. b 2. Re. 17. f 2. Re. 18. c
Sic fuit seditiosus Adonias cum suis, qui uoluit regnare inscio patre, & eodem uiuente Est autem interfectus præcepto Salomonis. 3. Re. 1. a. b 3. Re. 2. d
Vnde quia omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur; & quia seditio est diuisio, & discordia regni, uel ciuitatis, ideo prælatus debet habere recursum ad cœleste regnum, & ordinare processionem cum cantu, & laudibus honorando CHRISTVM, qui tollat de regno, & ciuitate seditionem. Vndecima causa processionis est pax facta. Tot mala committuntur in prælio, tot in scismate, tot in seditione, quòd omnes uolentes benè uiuere appetunt pacem. Nanque in seditione ciues unius partis odiunt ciues alterius partis; qui regnant, Vndecimo causa, propter quam fit processio.

suos ad officia, & dignitates promouent respicientes personas, & non bonum Reip. et tanquam acceptatores personarum partiales exaltant, & alios alienæ partis reprimunt. Vnde in angarijs sunt primi ad soluendum; in emolumentis nec primi, nec nouissimi, sed ut suspecti extra ciuitatem eijciuntur: ipsorum bona per alios iniustè occupantur; et hi eiecti uagi, & profugi per mundum deficiunt. In scismate autem grauantur conscientiæ, formantur erroneæ, non obseruantur serenæ, dantur beneficia indoctis, & inhonestis, & sceleratis clericis, non reparantur ecclesiæ, non pauimenta, negliguntur uirtutes, uicia honorantur, moriuntur scismatici, & in inferno sepelliuntur. In bellis autem, qui erant agrorum cultores, efficiuntur incendiarij, & dissipatores: qui erant mercatores, efficiuntur fures, & raptores. qui erant artifices, efficiuntur expoliatores: qui erant serui DEI, *efficiuntur serui Dyaboli, qui erant matrimonio copulati, efficiuntur adulteri, sacrilegi, et sodomitæ pessimi: qui augebant Rempub, ciuitates, oppida, & uillas consumunt, dissipant, comburunt, & dilapidant. Vnde est tanta confusio, quòd habita pace omnes lætantur, crescunt. Et ideo pro gratiarum actione habita pace debet fieri processio cum cantu, & laudibus honorando* CHRISTVM *in patre latitantem, & pacem omnibus procurantem. Exemplum habemus de Dauid,*
2.Reg.7. *qui cum post mortem Saul obtinuisset totum regnum, & cum possideret in pace pro gratiarum actione cogitauit ædificare domum domino, idest templum sanctum. Quòd templum pro gratiarum actione Sala-*
3.Re.6.d

non ædificauit. Et hoc posito regno in pace, & con- 3.Reg.3.b
firmato dum omnia regna haberet tributaria à flumi- 3.Re.4.b
ne terræ Philistim usque ad terminum Aegypti habens undique pacem. Qui Salamon Rex pacificus cùm figuraret CHRISTVM pacificum, sic cum Salamone cum honoremus pro pace nobis à domino IESV CHRISTO undique conuersa. Duodecima causa processionis est celebris solemnitas. In magnis enim solemnitatibus consuetum est in ordine prædicatorum sacratissimo facere processiones saltem in ecclesia, & circa claustrum. Nam ille ordo facit processionem cum cantu, & laudibus in festo purificationis, idest sanctæ MARIAE candelarum portantes candelas benedictas in manibus, quæ candelæ cum significent CHRISTVM, sic processionaliter claustrum intrando ecclesiam, & hora offertorij in missa offerendo processionaliter candelam, confirmant se fratres processioni celeberrimæ sanctorum, Symeonis, Ioseph, MARIAE, et Annæ prophetissæ sibi obuiantis, & offerentis CHRISTVM in templo. Secundo ordo prædicatorum facit processionem cum ramis oliuarum in dominica oliuarum confirmando se celeberrimæ solemnitati honoris facti CHRISTO in die oliuarum. Tertio ordo prædicatorum facit processionem in die ascensionis confirmando se processioni, quàm fecit gloriosa uirgo MARIA cum apostolis in cœnaculo, ubi fuit facta ultima cœna usque ad montem Oliuarum, ubi CHRISTVS ascendit. Quarto ordo prædicatorum facit processinem in festo

Duodecima causa, propter quam fit processio.

Mar.vlt. in fine. Luc.vlt. in fine. Act.1.a,b

assumptionis uirginis gloriosæ, confirmando se processioni, quàm fecerunt apostoli, quando in die siue mortis omnes præsentes uenerunt, et ipsam ad sepulturam portauerunt: et se etiam confirmando processioni CHRISTI, et angelorum, qui ipsam super omnes cœlos portauerunt. Quinto ordo prædicatorum facit processionem ad altare uirginis gloriosæ omni die sabbati in memoriam sabbati, quando CHRISTVS surrexit à mortuis. Similiter in multis ciuitatibus fiunt processiones in solemnitatibus deuotorum, & patronorum ciuitatum, & locorum. Hodie uero fieri debet generalis processio cum cantu, & laudibus honorando CHRISTVM DEVM, & saluatorem in cœlesti patre absconditum æternaliter. Et sic patet, quòd processionaliter honorando CHRISTVM debent omnes diuinas laudes canere. Octauo dico, quòd honorando CHRISTVM in patre æternaliter absconditum omnes debent sanctorum reliquias ante se gerere. Circa hoc est notandum, quòd sicut artifex laudatur in suo opere, ut pictor in suis picturis: & sicut doctor laudatur, & honoratur in suis disciplinis, & sicut dominus magnificatur in suis ministris, ut Salamon a regina Sabba sic CHRISTVS uerus DEVS, uerus doctor, uerus homo, uerus artifex, per quem omnia facta sunt, uerus dominus, rex regum, & dominus dominantium in suis creaturis, in suis disciplinis laudatur, in suis sanctis magnificatur, & glorificatur, prout in suis sanctis est gloriosus, laudabilis, & mirabilis. Vnde sicut dominicelli antecedunt dominum honorantes ipsum, &

Sanctorũ reliquiæ in processionibus ferendæ.

3.Re.10.a

eum in conſpectu populi facientes honorabilem: & ſicut uiri armorum antecedunt dominum acclamantes, uiuat dominus, uiuat rex, uiuat princeps noſter, ut patet de Ieconia, de Abſalone, de Salamone, ſic CHRISTVM DEVM noſtrum dominum, noſtrum regem, noſtrum opificem, noſtrum omnium, omnes debent præcedere cum cantu, & laudibus, gerentes honorificè ſanctorum ſuorum reliquias, & ipſum CHRISTVM accedendo. Vt autem ſciamus, quæ reliquiæ ſint gerendæ, declarabo, quæ ſint illæ, quæ de glorioſis ſanctis remanſerunt nobis in hac uita. Remanſerunt nobis in hac uita ſex ſpecies reliquiarum primo particularum membra, & oſſa, ſecundo opera ſancta, quæ cum illis membris egerunt, uel paſſi in illis membris fuerunt, tertio remanſerunt exempla omnium uirtutum, quarto remanſerunt, & continuantur nobis eorum orationes, & ſuffragia, quinto remanſerunt nobis eorum imagines depinctæ, uel ſculptæ, per quas illiterati, & rudes cognoſcunt, quæ geſſerunt in uita mortali, dum uiuerent, ſexto remanſerunt nobis quotidiana miracula, quibus cognoſcimus ipſos coram DEO gratos eſſe; qui per eorum miracula nobis uiuunt, et ſpem noſtram de futura uita confortant, & confirmant, cum etiam ante ipſorum imagines DEVS exaudiat noſtras orationes, & uota, quæ per eos eidem offerimus. Sunt autem ſeptem ſpecies ſanctorum, quorum reliquias gerimus in proceſſione, ſcilicet archangelorum, angelorum, prophetarum, patriarcharum, apoſtolorum, martyrum, & doctorum, uirginum, & confeſſorum, innocentium, &

3.Reg.1.
2.Reg.13.
3.Reg.1.

Sex ſpecies reliquiarum remanſerunt in hac vita.

Septem ſunt ſpecies ſanctorum, quorum reliquias gerimus in proceſſione.

electorum. Primi sancti, quorum reliquias gerimus in processione honorando CHRISTVM, sunt sancti quatuor euangelistæ. Hi primitus fuerunt figurati, & ostensi Ioanni. Et hi sub specie aquilæ, uituli, leonis, & hominis, utrobique cum oculorum plenitudine ante, & retro. Horum reliquiæ sunt quatuor euangelia iam per quatuor mundi partes promulgata. Horum reliquiæ sunt omnes, qui fidem quatuor euangelistarum susceperunt, & seruauerunt. Secundum prophetias quatuor maiorum prophetarum scilicet Esaiæ, Ieremiæ, Danielis, & Ezechielis. Horum reliquiæ sunt omnia ipsorum opera in charitate facta. Horum reliquiæ sunt omnia exempla bene uiuendi, et bene regendi. Horum reliquiæ sunt omnes, qui eorum exemplis bene crediderunt, bene sperauerunt, bene dilexerunt. Horum reliquiæ sunt capilli, ossa, caro, membra, puluis, & uestes. Horum reliquiæ sunt orationes, quas pro nobis in conspectu DEI effundunt. In his reliquijs honoratur in hac processione CHRISTVS in patre absconditus, dum die, ac nocte non cessant clamare. Sanctus, sanctus, sanctus, dominus DEVS omnipotens, qui erat, & qui est, & qui uenturus est. Et hoc prout prophetatum fuit. Secundi sancti, quorum reliquias gerimus in hac processione honorando CHRISTVM in patre æternaliter absconditum, sunt .xij. apostoli, & .xij. patriarchæ, simul numero. xxiiij. Duodecim patriarchæ figurant. xij. apostolos, ut quia sicut illi .xij. patriarchæ filij Iacob fuerunt principium synagogæ honorantis CHRISTVM in prophetis, & propheticis figuris; sic .xij.

Primi sancti, quorum reliquias gerimus in processione, sunt quatuor euangelistæ.

Apo, 4, c

Apo, 4, c

Isai, 6, a,

Secundi sancti, quorum reliquias gerimus in processione, sunt .xij. apostoli, & .xij. patriarchæ.

apostoli fuerunt principium ecclesiæ honorantis CHRISTVM *in ueritate. Hos.xxiiij. uidit Ioānes honorantes* CHRISTVM, *& dicit.xxiiij.seniores.i.xij. patriarchæ, &.xij.apostoli ante sedem scilicet*, DEI *adorabant sedentem super sedem ponentem coronas suas ante tronum scilicet recognoscendo omnia merita, & omnia præmia ab ipso* CHRISTO DEI *filio naturali. Tertij sancti, quorum reliquias portamus in processione, honorando* CHRISTVM, *sunt sancti martyres. Sicut* CHRISTVS *uoluit effundere suum sanguinem usque ad mortem, & hoc idem uoluit pater, & uterq; recto animo: sic sancti martyres honorauerunt* CHRISTVM *per eorum sanguinem, testificando ipsum* CHRISTVM *filium cœlestis patris in patre æternaliter absconditum. Ipsum etiam honorauerunt, ut boni discipuli, ut boni serui, ut boni filij, ipsum imitando, et eius exempla ut uestigia obseruando. Vnde ipsum uiderunt totum cruentatum, & eius uestis erat aspersa sanguine, prout dilexit nos, & lauit nos in sanguine suo. Sic isti martyres, idest testes sunt illi, qui uenerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt in sanguine agni. Sed sicut uoluntas Iudæorum, & gentilium fuit peruersa morte* CHRISTI, *sic Gentilitas, & Iudæa habuerunt malam uoluntatem in morte, & sanguinis effusione sanctorum martyrum. Vnde Ioannes assignans causam destructionis ciuitatis Babiloniæ, idest Gentilitatis inquit. Et in ea sanguis prophetarum, & sanctorum inuentus est, & omnium, qui interfecti sunt in terra. Sed narrans idem*

Apoc.4. & 5. in fi.

Tertij sancti, quorū reliquias gerimus in processione, sunt martyres.

Apo.19.c

Apoc.1.

Apo.7.d

Ap.18.i fi.

Ioannes causam distructionis Hierusalem scilicet Iudaicæ Synagogæ sic dicit Iustus es, qui es, & qui
Ap.16.a.b eras, sanctus, idest sanguine tinctus; qui hoc indicasti, quia sanguinem sanctorum scilicet noui testamenti, & prophetarum scilicet ueteris testamenti effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere, quia digni sunt. Sicut autem CHRISTVS concordauit suam bonam uoluntatem cum uoluntate patris, sic isti martyres suam uoluntatem concordauerunt cum CHRISTO, qui sicut sanguinem effundens reuocat peccatores ad pœnitentiam, sic sancti martyres. Vnde in-
Apo.16.a quit Ioannes. Secundus angelus effudit phialam suam in mare, & factus est sanguis tanquam mortui, idest ordo martyrum effudit phialam suam, idest doctrinam in mare, idest ad omnes gentes, & factus est sanguis, idest appetitus persecutorum martyrum, effundendo sanguinem prædicatorum, pœnitentiæ factus est sanguis mortui, quia scilicet persecutores mortificati per prædicationem sunt mortui uicijs, & peccatis, mortificato appetitu effundendi sanguinem. Modo sicut conuersi sunt peccatores non solum tempore ueteris testamenti, sed etiam noui; sic etiam cantando omnes sancti martyres utriusque temporis, & utriusque testamenti honorando CHRISTVM in figuris, & in luce
Apo.15.a ueritatis sine uelamine simul omnes gaudent. Vnde uidit Ioannes martyres stantes supra mare uitreum habentes citheras DEI, & cantantes canticum Moysi, serui DEI, & canticum agni. Non immerito igitur horum reliquias gerimus in hac processione, in qua

CHRISTVM

CHRISTVM honoramus. Quarti sancti, quorum reliquias portamus in processione, honorando CHRISTVM, sunt sancti doctores, confessores, ut episcopi, canonici, abbates, priores, & curati pastores, quorum sollicitudo est cura animarum, & salus, ut prædicatores, consultores, executores, qui in uerbis, & moribus proficiunt animabus etiam arguendo, increpando, corrigendo, & obsecrando. Hi omnes siue docendo, siue confitendo, siue regendo dyocesim, siue abbatiam, siue prioratum, siue parrochiam, siue prædicando, siue consulendo honorant, CHRISVM si, et in quantum tria concurrant in eis, scilicet prædicatoris sanctitas, doctrinæ æternitas, prædicationis utilitas. Primum, quòd in prædicatore debet concurrere, est prædicatoris sanctitas, de qua sanctitate loquens Ioannes inquit. Et uocem, quàm audiui sicut cytharedorum cytharizantium in cytheris suis. Tunc prædicator, confessor, correptor, increpator, consultor, rector cantant in alienis cytharis tantum, quando alijs prædicando alios delectant, alijs demulcent, alios ad superna eleuant, alios mortificant. Sed in suis cytharis cantant, quando primo se mortificant, mundificant, & sanctificant. Secundum, quòd concurrit, est doctrinæ æternitas, quàm æternitatem uidit Ioannes, quando dixit. Et uidi alterum angelum uolantem per medium cœlum habentem euangelium æternum. Dicitur enim æternum, dum de æternis loquitur, dum non quærit, nisi æterna. Tertium, quòd concurrit, est prædicationis utilitas, quàm ponit Ioannes, quando loquitur de omnibus confessoribus sub simi-

Quarti sancti, quorum reliquias gerimus in processione, sunt doctores, & cæteri.

Tria in bono prædicatore debent cõcurrere.

Apo. 14. a

Apo. 14. b

Ap.2.a.b litudine Enoch, & Helie dicens. Et potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem. Aquæ enim auidæ, fragiles, & uolubiles, atque tumidæ conuertuntur in sanguinem, quando timidi efficiuntur fortes, & constantes ad sanguinem effundendum usque ad mortem, ut Petrus fragilis ad uocem unius ancillæ negando CHRISTVM, factus postea fortis audaciter aggreditur mortem crucis. Sic igitur sancti quantum ad se doctrinam seminando æternam fructificando utiliter honorant CHRISTVM, & nos cum eisdem honoramus ipsorum reliquias, eas in processione portantes. Quinti sancti, quorum reliquias portamus in processiones CHRISTVM honorando, sunt sancti, & sanctæ uirgines. Cum enim consideramus uirgines, inuenimus in ipsis quinque prærogatiuas, quarum prima est delectabilis contemplatio. Ad contemplationis enim delectationem requiritur quies, quàm non habent uiri, nec mulieres quantuncunque bene uiuant in matrimonio, quia uirum oportet habere sollicitudinem de familia, & de his, quæ sunt familiæ necessaria. Vnde est ueluti Martha, cui dixit dominus. Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Mulier autem ultra sollicitudinem familiæ sollicitatur circa propriam personam, qualiter placeat uiro. Vnde Apostolus. Mulier inupta, & uirgo cogitat, quæ domini sunt, ut sit sancta & corpore, & spiritu, quæ autem nupta est, cogitat, quæ sunt mundi, & quo modo placeat uiro. Et sic per has sollicitudines mens hominum perturbatur, & à contemplationis delecta-

Quinti sancti, quorum reliquias in processione gerimus, sunt virgines.

Quinque prærogatiuæ virtutum in virginitate.

Luc.10.g

1.Cor.7.f

tione impeditur. Item per sedationem sollicitudinum temporalium mens quiescit, & liberius contemplatur, & contemplando auidius delectatur. Hæc autem sollicitudo mundi tollitur per sanctam uirginitatem, cuius hæc est prima prærogatiua, quæ significatur per montis altitudinem. Vnde inquit Ioannes. Vidi & ecce stabat agnus super montem Syon. Qui ergo uult Apo.14.a *contemplari agnum, idest* CHRISTVM, *exurgat à carnalibus delectationibus, & agiliter, & liberius ascendat montem Syon. Seconda, secondæ. q. 152. ar. 2. in fine R. Secunda prærogatiua uirginitatis est* Secunda prærogatiua virginitatis. *æternæ electionis impreßio. Vbi est notandum, quòd cum omne agens in agendo intendat producere sibi simile, sic* DEVS *intendit sibi ipsi simile producere. Vnde hominem, quem produxit ad suam similitudinem, & imaginem naturæ, dum est electus, intendit ipsum sic proficere in imaginem gratiæ, quòd eundem facit sibi similem in imagine gloriæ. Et ideo imprimit ei signum significans ipsum hominem electum esse ad uitam æternam. Et ideo uirgines non solum naturaliter uirgines, sed nati uirginitate materiali, & maximè, qui habent propositum uirginitatis, habent propositum firmum non usque ad matrimonium, sed perpetuum. Secon da, secondæ. q. 152. ar. 1. arg. 2. & 3. Quomodo autem hi sunt signati, & electi, docet* Ioannes *dicens. Vidi angelum clamantem, et dicentem quatuor angelis, quibus datum est nocere. Nolite nocere quousque signemus seruos* DEI *nostri scilicet electos in frontibus eorũ.* Apoc.7.a *Quod autem, et quale sit illud signum patefacit* Ioannes

Apo.14.a dicens. Qui habeant signum eius, scilicet agni, & patris
Ezec.9.b eius, scilicet cœlestis scriptum in frontibus suis. Hoc autem signum est signum thau. Tertia prærogaitua uirginitatis est carnis mortificatio. Virginum studium est conseruare uirginitatis thesaurũ, quem secundum Apostolum portamus in uasis fictilibus, & leuiter perditur. Sed quia caro concupiscens aduersus spiritum est fragilis, et quanto delicatius nutritur, tanto magis contra spiritum eleuatur, et cum per abstinentiam magis maceratur, sic mens fortior efficitur. Ideo uirgo uolens cum Apostolo dicere uerbo, & opere. Cum infirmor, scilicet in homine exteriori, tunc fortior sum, scilicet in homine interiori. Hoc autem studium uidit Ioãnes dicens. Et uocem, quàm audiui quasi cytharedorum cytharizantium in cytheris suis. Qui autem carnem suam hylariter mortificat, ille cantat in sua cythera, siue cytharizat. Sed non propter hanc cytharam est DEO gratus, quia multi Iudæi, & multi gentiles cytharizant, se mortificando, & tamen non sunt DEO grati, quoniam nomen agni, idest CHRISTI, & patris eius scriptum in frontibus suis non habent. Iudæi.n.non colunt CHRISTVM, Gentiles uero nec CHRISTVM, nec patrem, idest DEVM patrem non adorant. Virgines autem dulciter cytharizantes sunt baptizati, & caratere CHRISTI signati in baptismate par.3.q.63.ar.2.in R. Quarta prærogatiua uirginitatis est castitatis perfectio. Ad perfectionem castitatis uirginitatem conseruantis exigitur integritas corporalis, & nitiditas mentis: de quibus loquens Ioannes dicit. Hi sunt,

Tertia prærogatiua virginitatis.

2.ad Cor. 12.c.

Apo.14.a

Quarta prærogatiua virginitatis.

Apo.14.a

qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, uirgines enim ſunt, ſcilicet caſtigata carne, & ſine macula ante thronum DEI, ſcilicet caſtigato animo à cogitatione, delectatione, & conſenſu mentis. Tantæ prærogatiuæ eſt hæc uirginitas per caſtitatis perfectionem, quòd dicit Hieronymus. Eſſe in carne, & uiuere præter carnem angelicum eſt, & non humanum. Hæc prærogatiua, &
caſtitatis perfectio faciens uirginitatem perfectam tanquàm ſororem angelorum fuit ſignificata per duos angelos apparentes in albis in reſurrectione, unus ad caput, alter ad pedes ſepulchri. Quinta prærogatiua uirginitatis eſt CHRISTI imitatio. Nam agnus DEI CHRISTVS DEVS, qui tollit peccata mundi ſic dixit. In domo patris mei manſiones mulctæ ſunt, ideſt diuerſi gradus præmiorum. Sic dicuntur diuerſæ uiæ, ideſt diuerſæ uirtutes, & diuerſi uirtutum gradus, quos in uita hac mortali CHRISTVS uerbo, & opere exemplari oſtendit. Sed unam uiam præ cæteris clariorem oſtendit, ſcilicet uiam uirginitatis, dum de uirgine conceptus, & natus matrem uirginem diſcipulo uirgini matrem dedit, & commendauit. Quæ uirginitas hanc habet prærogatiuam, quòd cum omnibus ſanctis poteſt agnum DEI CHRISTVM IESVM aſſociare, ſcilicet per omnem uiam ſanctitatis. Cæteri uero ſancti non poſſunt CHRISTVM per omnem uiam ſanctitatis imitari. Adam enim Noe, Abraham, Iſaac, Iacob, Moyſes, Aaron, Dauid, Salamon, Petrus, [redacted] ſecuti ſunt agnum CHRISTVM IESVM præterquàm in uiam

Luc.24.a

Quinta prærogatiua virginitatis.

Ioan.14.a

uirginitatis, quàm cum ipso intrare non potuerunt, cum omnes essent matrimonio copulati, utranque uirginitatem amittendo corporis, & animæ, idest materialem, & formalem. Verum quia Baptista Ioannes, & alter Ioannes euangelista fuerunt uirgines, potuerunt cum omnibus sanctis sociare CHRISTVM, sed non omnes alij uirginitate priuati, neque clauiger cœli Petrus licet cum Andrea fuerit CHRISTVM imitatus, ipsum post se uocantem, dicendo sequere me, scilicet ad mortem crucis. Cum hac prærogatiua uidit Ioannes

Apo.14.a chorum uirginum, quando inquit. Sequuntur agnum quocunque ierit. Sed excellentiam huius prærogatiuæ

Apo.14.a pronuntiat, quando ait. Et nemo poterat dicere canticum, scilicet nouum, nisi supple uirgines. Virgines ergo sunt quinti sancti, quorum reliquias, CHRISTVM honorando, hodie in processione portamus. Sexti sancti, quorum reliquias portamus ante CHRISTVM in processione, CHRISTVM (inquam) in patre DEVM absconditum, sunt sancti innocentes. Horum autem declaratio, ut nobis fiat clarior, distinguendo dico tres esse species innocentum: quorum primi sunt illi innocentes pro CHRISTO paruulo ab Herode occisi, qui omnes pertinent ad illos pueros, de quibus in-

Sexti sancti, quorũ reliquias in processione portamus sunt innocentes.

Innocentium tres sunt species.

Lucæ.18. quit dominus. Sinite pueros ad me uenire. Talium enim est regnum cœlorum. Secundi sunt innocentes mortui cum CHRISTO, & baptizati baptismo fluminis: & hi sunt filij christianorum paruuli, ut nati, & continuo baptizati imminente periculo mortis. par. 3. q. 67. artic. 3. Item nati, & per parentes ad baptismum

portati. ead. par. 6. 9. art. 9. Tertij sunt homines adulti cathetizati, & ante aquæ baptismum defuncti, qui piè credentes anticipati morte, & præuenti sunt baptizati baptismo flaminis, idest spiritusſancti, & sunt salui, ut par. 3. q. 68. art. 2. in R. Septimi sancti, quorum reliquias in processione portamus, CHRISTVM honorando, sunt omnes electi, idest uniuersalis ecclesia triumphans in Paradiso. Nam per confirmationem ad CHRISTVM, ipsos honoramus. Sed quia omnes sancti, qui sunt in paradiso, non sunt canonizati, ideo nec ipsorum reliquiæ sunt à nobis uenerandæ, nec reuerenter in processione portandæ, ut habetur de reliquis, & uenerat. sanctorum. c. 1. & 2. Quæ igitur sunt illæ reliquiæ, quas in processione portamus non errando, & CHRISTVM honorando, dico esse orationes totius triumphantis ecclesiæ. Primo enim eiusdem ecclesiæ capiti, idest CHRISTO porrigimus nostras orationes, & ipse porrigit DEO patri suas, & omnium suorum membrorum, idest omnium electorum ecclesiæ triumphantis, & sic nunquam erramus. Et ideo in letanijs, quas cantamus, primo dicimus CHRISTE audi nos, & ad sanctos dicimus omnes sancti, & sanctæ DEI orate pro nobis. Et quia multorum orationes consueuerunt esse exaudibiles: ideo ad ipsum porrigimus preces, quas per ipsum petimus exaudiri. Onde in nostris orationibus obsecrando dicimus orationes, & eas terminamus per dominum nostrum IESVM CHRISTVM filium tuum. Quòd autem ipse ut caput capiat omnium membrorum suorum

Septimi sancti, quorum reliquias in processione portamus, sunt omnes electi.

Reliquiæ sine errore portandæ in processione sunt orationes ecclesiæ.

orationes, & illas exaudiendas porriget patri, pul-
Apoc,8,a chre ostensum est per Ioannem. Et alius angelus uenit, & stetit ante altare habens thuribulum aureum in manu sua, & data sunt ei incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante tronum DEI, & ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli coràm DEO, & sic ille textus exponitur. Cum enim angelus dicatur communis prædicator, sic dicitur, quia uenit alius angelus scilicet singularis ab angelis scilicet prædicatoribus scilicet CHRISTVS, qui est magni consilij angelus, idest sanctißimæ trinitatis nuncius. Ipse enim est
Isaiæ,9,b unigenitus, qui in sinu patris enarrauit trinitatem per-
Ioan,1. sonarum. Est enim Angelus noui testamenti, de quo & in comparatione Ioãnis Baptistæ inquit dominus DEVS.
Mala,3,a Ecce ego mitto angelum meum scilicet Ioannem, qui præparauit uiam ante faciem meam, & statim ueniet ad templum sanctum suum dominator, quem uos quæritis, & angelus testamenti, quem uos uultis. Est igitur CHRISTVS angelus nunciator trinitatis, hic homo factus stetit ante altare aureum scilicet crucem paratus imolare scilicet se ipsum, & paratus imolari scilicet quia simul sacerdos & uictima habens thuribulum aureum in manu sua, idest paßionem, uitam, & mortem in sua potestate, cum dicat in ueritate. Potestatem habeo ponendi animam, idest uitam, & iterum sumendi eam scilicet in resurrectione. Vnde bene habuit thuribu-
Ioan,10,d lum aureum. s. charitatis, ex quo ascendit fumus orationis pro peccatoribus; & fuit, et est, & erit semper exau-

ditus. Huic angelo data sunt incensa multa, idest orationes omnium electorum, ut daret de orationibus sanctorum utriusque ecclesiæ scilicet militantis, & triumphantis super altare aureum scilicet super paßionem, qua meruit suam exaltationem, & nostram redemptionem. Et fumus incensi, idest oratio ecclesiæ & omnium ecclesiæ filiorum de manu angeli, idest CHRISTI coràm DEO trino, & uno. Huius autem Angeli, idest CHRISTI portamus reliquias in proceßione ipsum CHRISTVM honorando scilicet spem, & fiduciam exauditionis per ipsum, & sic habemus, quòd cum reliquiæ portandæ sint orationes, & effectus eiusdem primæ sunt orationes capitis, idest CHR STI. Secundo reliquiæ portandæ, sunt orationes, & effectus totius ecclesiæ, idest omnium electorum: ò quot sunt illi in hac uita canonizati, qui sancti nominantur, ut sancti adorantur, quorum reliquias uiuentes uenerantur, & apud inferos animæ ipsorum à dæmonibus cruciantur? Et uersa uice, quot sunt illi, quorum nomina ignorantur, quorum reliquiæ cum illis beati Ioannis sunt combustæ, & incineratæ, & horum animæ in paradiso fruuntur DEO, idest quorum orationes nobis proficiunt. Hæc est illa turba magna, de qua Ioannes ait. Post hæc uidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & linguis, & populis stantes ante tronum in conspectu Agni amicti stolis albis scilicet sanctitatis innocentiæ, & gloriæ, ut palmæ triumphi in manibus eorum habentes singuli cytharas, & phyalas aureas plenas adoramentorum, quæ sunt

Reliquiæ portandæ sine errore sunt orationes ecclesiæ, idest omnium electorum membrorum Christi.

Apoc. 7. c

Apo. c. 5. c

orationes sanctorum. Sicut enim cytharæ suauiter sonant in auribus, & sicut odoramenta sunt suauia cerebro; sic orationes sanctorum sonant suauiter in auribus DEI, *& sunt suaues nobis uiuentibus: & sic habemus, quòd in hac processione, in qua honoramus* CHRISTVM DEVM, *& saluatorem Israel in patre absconditum æternaliter, debemus sanctorum reliquias reuerenter gerere.* Nono *dico quòd in hac processione, in qua* CHRISTVM *in patre absconditum intendimus honorare, debemus con prælato sacramentum gerere tam & si hoc sacramentum est multis figuris præconizatum, ut in opere quadragesimæ satis dixi, & salis cito dicam scilicet in libro de figuris, attamen in præsentiarum opportet ad propositum aliquam figuram ad hoc sacramentum applicare, non quò ad totam figuram, sed tantum quò ad aliquas particulas.*

Nota honorantiũ Christum in tabernaculo.

Et quia dixi, quòd honorando CHRISTVM *debemus sacramentum gerere, nota quòd sunt septem species honorantium* CHRISTVM *mente, & corpore gerendo hoc sacramentum. Primo episcopus in tabernaculo sacramentum in manibus eleuando, et mente & ore ipsum* CHRISTVM *in sacramento contentum alloquendo; mente dico per fidem sine errore, per spem sine tremore, per charitatem sine odij rancore.*

Primi gerẽtes Christum honorando.

Nũ.10.d

Ore autem quid habeat dicere, satis pulchrè docet Moyses, quando ait. Profecti ergo sunt de monte domini uia trium dierum, arcaque domini præcedebat eos per dies tres prouidens castrorum locum, nubes quoque domini super eos erat de die per diem cum incederent: cumque

eleuaretur arca, dicebat Moyses; surge domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant, qui te oderunt, à facie tua: cui Moysi concordat Dauid dicẽs: Exurgat DEVS & dißipentur inimici eius, et fugiant, qui oderunt eum, à facie eius. Et alibi ait propheta. Surge domine in requiem tuam, tu, et arca sanctificationis tuæ. Ad intelligentiam istorum uersuum, & huius figuræ est notandum, quòd primo illa arca fuit de lignis imputrebilibus scilicet sethim. Secundo fuit tota cooperta auro intus & extra, tertio super ipsam erat propitiatorium, unde DEVS dabat responsa. Quarto in ipsa erant reliquiæ DEI scilicet tabulæ legis, urna cum residuo mannæ, & uirga Aaron, quæ cum esset arida, diuina uirtute floruit, quæ arca figurabat CHRISTVM in patre latentem, qui nobis ex parte cœlestis patris apparens nobis apparuit in lignis sethim in putrebilibus scilicet in membris uirgineis ex purißimis sanguinibus gloriosæ uirginis MARIAE de spiritu sancto in eius utero concreatis. Fuit autem apparitio nobis facta per CHRISTVM deauratum intus & foris, quia anima ad intra coperta fuit charitate, et tota humanitas in suis sensibus et membris semper ostendit charitatem: super arcam sicut fecit propitiatorium, unde DEVS respondebat, ita super CHRISTVM nobis ex parte patris loquentẽ. Qui pater olim loquens nobis in prophetis nouißimè diebus istis scilicet noui testamenti loquutus est nobis in filio. Sicut autem in arca erat uirga Aaron, sic in CHRISTO est uirga dominationis pastoralis & regalis: de qua inquit Dauid. Virga directionis, uirga regni tui, & in

Psal. 67. a

Psal. 131. b

Ad He. 1. 2

Psa. 44. b

Psa.109.a alio inquit uirgam uirtutis tuæ emittet dominus ex Syon dominare in medio inicorum tuorum. Et sicut in arca erat manna panis, siue cibus angelorum: sic CHRISTVS in hoc sacramento, quod pontifex suis manibus leuat portandum, est manna angelica, & spiritualis
3.Reg.8.a refectio. Sicut uero Moyses non posuit in arca, nisi duas tabulas legis, sic in CHRISTO fuerunt tabulæ legis per obedientiam scilicet duorum præceptorum sibi datorum à patre, prout ipse asserit dicens. Hoc mandatum
Ioan.10.d accepi à patre, scilicet bipartitum, ut ponam animam meam scilicet in mortem, & iterum sumam illam scilicet in resurrectione. Bene igitur prælatus ore duorum principalium prophetarū Moysi et Dauid dicit CHRISTO, quòd est arca in hoc sacramento. Exurgat ergo inquit episcopus cum Dauid: exurge domine inquit idem cum Moyse, & cum utroque clamat. Surge domine in requiem tuam tu DEVS in patre secundum diuinitatem, & arca sanctificationis tuæ, idest tuæ sanctæ humanitatis. Surge igitur domine, & dissipenter inimici tui Gentiles idolatræ, Iudæi peruersi, & praui, hæretici pertinaces, spiritus dæmonum, te persequentes. Surge domine à mensa sacramentalis institutionis, sacramentalis communionis, charitatiuæ unionis, & intra hortum orationis. Surge domine ab horto humilis orationis, & ascende Hyerusalem ciuitatem sanguinis, & cruentationis. Surge domine à ciuitate persecutorum, et ascende ad montem Caluarie decollatorum. Surge domine in monte condemnatorum, et ascende crucem redemptorum. Surge domine de lymbo patrum electo-

rum, & ascende ad consortium angelorum. Surge domine de monumento mortuorum, & ascende ad resurrectionem uiuorum. Surge domine à paßibilitate ad impaßibilitatem; à mortalitate ad immortalitatem; ab oscuritate ad claritatem; à grauitate ad agilitatem. Surge domine ab ignominia paßionis ad gloriam ascensionis. Surge domine à dextera latronis in cruce pendentis, & ascende ad dexteram patris in cœlo sedentis. Surge domine à falso iudicio iniquorum, & ascende iudex factus uiuorum, & mortuorum: & sic dißipabuntur inimici tui maledicti cum ad arcam sanctificationis tuæ perseuerauerunt benedicti. Secundo homines spirituales umbrelam gerendo. Consuetudo est in ecclesia portare supra Papam, uel legatum, uel episcopum, Imperatorem, uel regem in suo regno umbrelam. Similiter cum in hoc sacramento contineatur CHRISTVS DEVS, & homo non minoris dignitatis, quàm sit Papa, uel Imperator; consimili modo est consuetudo portare supra sacramentum honorabilem umbrellam. Hoc autem figuratum fuit, quando sacerdotes portarent arcam, & nubes coperiebat eos de die. Nubes, siue nebula significat uiros religiosos, qui sunt in statu perfectionis. Hi nanq; (spiritussancto inspirante) contemplantur diuina, eleuati à terrenis sollicitudinibus, et à carnalibus operibus alienati oculis animæ contemplantur in hoc sacramento diuinitatem CHRISTI absconditam in patre cœlesti, & humanitatem absconditam simul, & diuinitatem latentem in hoc sacramento, & sunt ueluti nubis agilis, & lucida, in qua apparuit spiritussanctus

Secundi honorantes Christum fuut viri in statu perfectionis, vt religiosi.

Nũ. 10. d

Actu.1.b *supra* CHRISTVM *transfiguratum, quinimmo ipsum* CHRISTVM *uelut nubes ipsum gerunt in cœlum contemplantes; sicut nubes ipsum suscepit ab oculis discipulorum in cœlum; et ueluti umbrellam portant, eumq; claré palliaté, & sub uelamine populis prædicando ostendunt, ut quilibet dicat cum sancto* Thoma, *in crúce latebat solá deitas, sic latet simul, & humanitas, ambo tamen credens, atque confitens peto, quod petijt latro pœnitens, plagas sicut* Thomas *non intueor,* DEVM *tamen meum te confiteor te.* Tertio *honorant* CHRISTVM *in hoc sacramento doctores ueritatis. Circa hanc particulam est notandum, quòd sicut ad uidendum corporaliter non sufficit habere potentiam uisiuam, idest oculum, sed expedit habere medium illuminatum, scilicet aerem, et per consequens corpus luminosum, quòd medium illuminat, sic etiam ad uidendum oculo intellectus diuina, & arcana* DEI *non sufficit habere potentiam intellectiuam, scilicet intellectum; nec sufficit habere corpus luminosum, scilicet* DEVM*: sed secundum communem cursum intelligendi diuina oportet habere medium aliquod illuminatum, quo intelligibilia intelligantur per confortationem potentiæ intellectiuæ. Vt par.1.q.117.arti.1.in fin.*R. *Vnde diuina sunt nobis reuelata per angelos superiores mediantibus angelis inferioribus. ea. par. q.106.ar.4.Et ita diuina prius per angelos sunt reuelata patriarchis, & prophetis, ut patriarchis usque ad* Moysen, *prophetis uero usque ad* Ioannem Baptistam. *Deinde post prophetas sunt nobis reuelata per* Euan-

Tertij honorantes Christum in hoc sacramento sunt prædicatoris ueritatis.

gelistas, & Apostolos. Sic à DEO *est prouisum de doctoribus, quibus* DEVS *ad profectum ecclesiæ dedit spiritum sanctum ad interpretationem sermonum. Vnde hi ut Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, Gregorius, Thomas sic sunt illuminati, & illuminant, quòd* CHRISTVM *absconditum in patre nobis manifestant. Vnde hi doctores in hac processione, in qua* CHRISTVS *honoratur, significant, & figurant illos, qui portant doppleria accensa; quæ doppleria significant* CHRISTVM, *in quo est plenitudo luminis sapientiæ, & scientiæ* DEI, *quoniam est lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum; sed doppleria accensa significant* CHRISTVM, *ita portantes significant doctores, qui lumine scientiæ illuminati portant* CHRISTVM *ad mentes hominum, unde per eos* CHRISTVS *honoratur, ut manifestatur, qui prius erat in patre absconditus. Cum autem dictum fuerit, quòd doctores per portantes doppleria significantur, uideamus qualiter in ueteri testamento figurātur. Et dico, quòd sicut umbrella figuratur per nubem, ita collegium doctorum figuratur per columnam igneam, quæ de nocte suo luminabat, & suo lumine illuminabat, & suo motu populum dirigebat, sic etiam collegium doctorum suo lumine nos illuminat, & motu suorum operum nos in* CHRISTVM *in patre absconditum dirigit, & manifestat, & sic hoc collegium* CHRISTVM *honorat. Quarto honorant* CHRISTVM *hodie in hoc sacramento pastores; quibus inquit psalmus. Laudate eum, scilicet* CHRI-

Ioan. 1.

Exo. 13. d

Quarti honorantes Christum in hoc sacramēto sunt Pulsatores, idest prædicatoris.

S T V M in sacramento in uoce tubæ, sed quia duo sunt modi prædicandi, ideo etiam figurantur isti pulsatores per duas tubas, et per duplicem modum, et per duplicem effectum pulsandi. Quantum ad numerum tubarum di-
Num.18.a xit D E V S ad Moysen. Fac tibi duas tubas argenteas ad congregandum populum. Quantum uero ad differentiam pulsandi, primus modus dulcis, & delectabilis, unde inquit dominus. canite tuba in syon, ululato
Ioel.2.a in monte sancto meo. Secundus modus pulsandi est ter-
Isaiæ.58.a ribilis, unde inquit dominus. Quasi tuba exalta uocem tuam, & annuncia populo meo scælera eorum. Quoniam duplici motu populus inclinatur ad D E V M, scilicet metu timoris. Cum enim prædicator peccatorum grauitatem gradatim unum peccatum per uarias circunstantias aggrauando, tunc est tuba clangoris aspere incutiens timorem. Similiter cum prædicator prædicat D E V M comminantem pœnas corporales, & supra illas pœnas spirituales, & supra pœnas huius mundi ostendendo grauitatem pœnarum futuræ uitæ, & super pœnas purgatorij aggrauando pœnas inferni, & cum prædicat iudicia particularia in hac uita, & supra illa prædicat ultimum iuditium; sic prædicator est tuba clangens, & aspere uacans omnes uiuos, & mortuos ad iuditium; ut timorem incutiendo per motum timoris uocet omnes ad pœnitentiam. Et econtra quando prædicator prædicat misericordiam D E I, Gaudia Paradisi, tunc est tuba suauiter cantans. Vnde sicut Hieremias fuit tuba aspere clangens, quando prophetizabat dextructionem Hyerusalem, & ruinam templi, atq;

seruitutem

seruitutem Babilonicam. Sic fuit Isaias tuba dulcis, & suauiter sonans prænuntiando euangelium futurum, natiuitatem filij DEI per eius aduentum in carne, & ciuitatem sanctam Hyerusalem spiritualem ædificandam non ex lateribus torrentum, nec ex lapidibus argillæ, sed ex hominibus utriusque sexus. Tubæ autem clangentes cum terribili, & uoce aspera uocem extollentes fuerunt tubæ, quæ clangentes muri Ierico corruerunt, & ciues utriusque sexus, & filij masculi, et fœminæ, paruuli, & magni occisi, et ciuitas Ierico tota fuit combusta cum omnibus opibus. Iona fuit tuba exaltans uocem aspere clangens, quando pie annuntiauit ciuitatis Niniuæ subuersionem. Et fuit tuba suauiter cantans, quando in fine cap. narrat, quomodo per ipsorum conuersionem DEVS placatus ciuitati pepercit. Sed sicut in fine Ionas fuit tuba suauis, ita Nahum fuit tuba exaltans uocem asperã, dum Niniuæ post pœnitentiam conuersa fuit ad ulteriora peccata, & Nahum eius dextructionem prædixit. Fuit tuba aspera Natan propheta, quando propter peccatum Dauid cõtra Vriam mortem ipsi Dauid annuntiauit. Seth fuit tuba suauis, quando post pœnitentiam eidem indulgentiam prædixit. Similiter fuit tuba aspere clangens Isaias, quando dixit ex parte DEI Ezechiæ. Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non uiues, sed fuit tuba suauis, quando post magnum fletum prædixit DEVM mitigatum. Hi ergo tubatores figurant prædicatores, quos ad præsens significant nostri pulsatores CHRISTVM in hoc sacramento honorantes. Quinto hodie honorant in hoc

Iosuæ.6. per totũ.

Ionæ.3.a

Ionæ.3.d

Nahum. c.1.2.&.3

2.Reg. 2.2.b

4.Reg. 20.2.

4.Reg. c.20.a

Quinti honorantes

Christum hodie in hoc sacramẽto sunt virgines, viduæ cõiugatæ spirituales.

sacramento homines utriusq; sexus spiritualis uitæ sectatores, & mortificatores carnalitatis. Circa huius particulæ declarationem est notandum, quòd homo sicut alienatur à DEO, & à ratione per carnalitatem, sic DEO, & rationi coniungitur per spiritualitatem. Quantum autem homo separetur à DEO per carnalitatem, docet Hieronymus dicens, quòd actu carnali, nec spiritus prophetiæ corda tangit prophetarum. Quantum uero homo per carnalitatem separetur à ratione docet Philosoph. 7. Ethicorum, ubi ait, quòd in illo actu est impoßibile aliquid intelligi. Vnde homines carnales, non honorant CHRISTVM in hac proceßione, licet socient ipsum sequendo episcopum portantem in suis manibus sacramentum. Tales enim sunt aut meretrici, aut adulteri, aut fornicari, aut sacrilegi, aut raptores, aut incestuarij, aut sodomitæ, aut bestiales. Vnde quantum distat Ortus ab Occidente, lux à tenebris, mors à uita, ignis à glacie: tantum, & ultra distant carnales à DEO; & ideo quanuis socient episcopum gerentem sacramentum, nõ tamen honorant CHRISTVM, quia eum non portant in corde carnalibus occupato. Sed est qui dicat. Cum sit, quòd coniugatæ, & uiri sint homines carnales, ergo in hac proceßione non honorant CHRISTVM in hoc sacramento? Cui respondens dico; quòd homo carnalis dicitur carnalis, dum facit opera, quæ terminantur in carne; dicitur autem spiritualis, dum operatur secundum rationem, & magis, quando operatur secundum spiritum sanctum. Qui spiritus sanctus triplici gradu eleuat hominum à carnalitate, ut uiuat secundum spiritum. In primo enim gradu

Spiritus sanctus tripliciter eleuat hominem a carnalibus.

per spiritum sanctum homo sic mortificat carnem suam, quòd non diligit, nisi unam, quæ nomine uxoris sibi coniungitur. Et similiter una mulier uni uiro. In hoc enim gradu uir, & uxor non sunt carnales, quamuis opera ipsorum terminentur in carne, quia in carne terminantur, sed non secundum carnem; quinimmo secundum spiritum matrimonium regulantem. In secundo gradu homo per spiritum sanctum sic mortificat carnem, quòd abstinet, & in futurum intendit abstinere ab omni actu carnis illicito, & licito licet aliàs fuerit matrimonio copulatus, & hic gradus conceditur uiduitati. In tertio gradu ponitur uirginitas, quæ noluit experiri delectationem uenercam, nec uult de præsenti, nec uult de futuro. Omnes ergo in his tribus gradibus sequentes episcopum honorant CHRSTVM in sacramento ab episcopo portatum. par. 3. adie. q. 95, ar. 4, & 1. 2. q. 70. art. 3. & 4. Sexto dico, quòd in hac processione honorant CHRISTVM episcopus populum benedicens, & populus humiliter, & deuotè benedictionem suscipiens. Dominus autem docuit Moysen, & Aaron benedicere populum hoc modo. Benedicat tibi dominus, & custodiat te, ostendat dominus faciem suam, & misereatur tui, det tibi pacem. Et subditur. Inuouocabunt, scilicet Aaron, & sui leuitæ ab ipso descendentes nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Sic autem Moyses, et Aaron benedixerunt populum, & dominus noster ascensurus in cœlum benedixit suos discipulos. Ecce quomodo in hoc primo libro possumus dicere domino DEO nostro IESV CHRISTO, uerè tu es DEVS absconditus,

Sexti honorantes Christum in hoc sacramẽto.

Num. 6. d

Leui. 9. d
Lucæ. 24. in fine.

DEVS *ſaluator Iſrael, & hoc in patre æternaliter, unde præ cæteris eſt honorandus. Tu enim eſt naturalis filius, quoniam tu ſolus es à patre productus, tu ſolus patri connaturalis; tu ſolus patri coæqualis; tu ſolus patri coæternus; tu ſolus eſſentialiter es in patre, & pater in te, tu ſolus uerbum patris; tu ſolus liber uitæ; tu ſolus patrem uides, quantum uideri poteſt, ideo præ cæteris es honorandus; quoniam ſic te honorant omnes creaturæ, dum in eſſe producuntur, dum in eſſe conſeruantur, dum in finem gubernantur; tibi ergo ſoli eſt ſacrificandum; tu ſolus es, ut* DEVS *adorandus, tu ſolus es obſecrandus per metipſum. Tibi igitur ſoli te honorando proceſſionaliter incedimus plateas cordium ſcoppando, proprias domos exeundo, omnes ad unam eccleſiam conueniendo, crucem erigendo, Iudæos & Gentiles confutando; eccleſiam ordinatè exeundo binos, & binos coniungendo. Tibi ſoli diuinas laudes decantamus poſtulantes liberari è duodecim periculis inferni, à duodecim doloribus mortis, à duodecim mortis laqueis, tibi obuiantes in proceſſione propter duodecim cauſas; & ſic præ cæteris ſanctis honorando ſanctorum reliquias ante gerimus, in manibus epiſcopi tuum ſacramentum colimus: nebiam gerimus, luminaria accendimus: tubas pulſamus, carnem maceramus, ut ſpiritui ſubiecta tibi liberius ſeruiamus: tandem te nobis inuiſibilem in manibus epiſcopi uenerantes, ei in perſona tui genua flectimus benectionem acceptantes, et ſic patet, quòd promiſimus declarare, quomodo* CHRISTVS DEI *filius eſt uerè* DEVS *abſconditus, ſaluator Iſrael in patre æternaliter.*

DE CHRISTO IESV FILIO DEI ABSCONDITO PRO SOLEMNITATE CORPORIS CHRISTI.

LIBER SECVNDVS.



VDIVISTIS *in præcedenti libro, quomodo* CHRISTVS *cœlestis patris unicus filius est uerè* DEVS *saluator Israel in patre absconditus æternaliter.* In hoc autem *secundo intendimus declarare, quomodo existens in patre æternaliter, est in matre temporaliter, ut sicut est filius præ cæteris honorandus in patre, ita præ cæteris est honorandus in matre. Sed quoniam uirgo gloriosa filium* DEI *tribus temporibus tenuit absconditum temporaliter, ideo hunc secundum librum diuidam in tria latibula.* In primo enim dicam, quomodo *filium* DEI *tenuit absconditum in utero.* In secundo *dicam, quomodo filium* DEI *tenuit absconditum in gremio.* In tertio *dicam, quomodo filium* DEI *tenuit absconditum in mentis domicilio.* Primum *tempus durauit à conceptione usque ad natiuitatem. Secundum à natiuitate usque ad nuptias. Tertium à nuptijs usque in præsens, & futurum. Circa primum, in quo habeo declarare, quanto tempore beata uirgo tenuit filium* DEI *absconditum in utero. Est notandum, quòd tot senarijs* CHRISTVM *filium* DEI *tenuit in utero*

Nota quomodo virgo Maria per tria tempora tenuit Dei filium absconditũ.

Nota quãto tempore Maria virgo tenuit filiũ Dei absc̅ditum in vtero.

suo absconditum, quot annis templum fuit in Hyerusalem ædificatum. Vnde cum dominus expulsisset de templo ementes, & uendentes, & cum Principes, & Pharisei interrogassent eum, in qua potestate hoc faceret, & dixisset pro signo potestatis diuinæ. Soluite tẽplum hoc, & in tribus diebus reædificabo illud. Ipsi quasi contra blasphemum clamauerunt dicentes. Quadraginta, et sex annis templum hoc ædificatum est, & tu dicis in tribus diebus reædificabo illud? & sequitur in euangelio. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Ad declarandum autem quanto tempore uirgo MARIA *tenuit filium* DEI *in utero absconditum, oportet nos declarare unam figuram, quæ hoc tempus figurauit, & quam figuram ipse* CHRISTTVS *cœlestis patris filius protulit in medium, cum dixit Iudæis. Soluite templum hoc, & in tribus diebus reædificabo illud. Vnde cum intendat in hoc uerbo suum corpus assimilare templo tanquàm figuræ figuratum; ideo quantum spectat adpræsens dico, quòd corpus* CHRISTI *assimilatur templo* DEI *propter quatuor rationes, scilicet ratione constructionis, ratione communicationis, ratione prohibitionis, ratione conseruationis. Primo dico, quòd corpus* CHRISTI *assimilatur templo* DEI *ratione constructionis. Ad huius rationis declarationem est in primis notandum, in quanto tempore fuit ædificatum* DEI *templum in Hyerusalem. Et dico, quòd fuit inchoatum quadringentesimo, et octuagesimo anno egressionis filiorum Israel de Aegypto. Fuit autem inchoatum per Salamonem anno quarto, mense secundo sui re-*

Ioan. 2. c
Ioan. 2. c
Ioan. 2. d
Nota quatuor rationes, quibus corpus Christi assimilatur templo Dei.
Corpus Christi assimilatur tẽplo Dei ratione cõstructionis.
3. Reg. 6. a

giminis.e.c. Sed nota controuersiam in textu, nanq; habetur, quòd anno quarto fundata est domus DEI, *et anno undecimo perfecta fuit. s. mense octauo, & Salomon* 3.Reg.7.a
ædificauit annis septem. e. cap. in prin. & perfecit eam tredecim annis. Quomodo igitur reædificatur, cum quadraginta sex annis fuerit ædificatum hoc templum? Ad sedandam uero hanc controuersiam scire oportet, quòd 2.Reg.7.a
à die, qua DEVS *inspirauit Dauid, ut ædificaret domum domino.* Et *à die qua* DEVS *inspirauit Dauid non solum ædificationem templi, sed etiam inspirauit quantitatem, & qualitatem. i. Ideam domus cum omnibus suis particularitatibus; quam descriptionem dedit Salomoni, ita quòd sicut Salomon ædificauit ad extra, ita* DEVS *in mente Dauid ædificauit ad intra, scilicet formando templi formam, uel ideam, usque ad templi perfectionem transierunt anni quadragintasex, qui* 1.Parali. 22.b
anni sic computantur. In principio nanque uniuersalis regni Dauid, ipse Dauid dixit ad Natam prophetam se uelle ædificare domum domino. Regnauit autem 2.Reg.7.a
post hoc annis triginta tribus. Et *tertiodecimo anno fuit expletum opus templi, & omnium pertinentium* 1.Parali. 29.
ad illud. Vnde computantis annis triginta tribus, quibus Dauid operabatur ad intra per ideam. Et *computatis annis tredecim, in quibus Salomon compleuit* 1.Para.29
omnia ad similitudinem, quam Dauid ipsum docuerat, sunt quadraginta sex, & sic habemus templum, & omnia necessaria fuisse perfecta in annis quadraginta sex. Controuersia autem, quæ habetur in textu pro tempore Salomonis, sic sedatur. Anno primo, men- Sunt quadraginta sex.

se secundo. Salomon inchoauit domum, quoniam cum
2.Paral. 2.a. *auxilio Hyram regis Tyri, & Sydonis præparauit magistros, & operarios, ligna cedrina, & omnia necessaria. In quarto autem anno regni Salamonis fundata fuit domus. In septem uero annis templum fuit complectum quantum ad ædificia. In tertiodecimo autem fuit*
3.Reg.7.a *complectum, quantum ad ornamenta, & quantum ad uasa, & quantum ad omnia ad sacrificium necessaria. Fuerunt autem septuaginta millia uirorum portantium, et octuaginta millia, qui cædebant lapides in montibus. Fuerunt autem præpositi tria millia sexcenti. Ec-*
2.Paral. 2.a *ce quomodo ad litteram hebemus, templum prima uice fuisse ædificatum in quadraginta sex annis. Sed quia templum ædificatum per Salamonem in quadraginta*
4.Reg.15. *annis fuit funditus destructum per Nabuchodonosor regem Babiloniæ, ideo est modo declarandum, quot annis fuit secunda uice reædificatum. Et dico quòd etiam secunda uice fuit reædificatum in quadraginta sex an-*
1.Esd.c.3. in fi. et c.4 in prin. *nis. Quoniam Cyrus rex Persarum dedit licentiam Zorobabel filio Salathiel reædificandi Hyerusalem, & templum. Quæ reædificatio fuit impedita per emulos ita, quòd tantum fundatum fuit templum. Et sic fuit opus templi intermissum usque ad Darium, qui secundo dedit licentiam reædificandi, & complectum fuit anno sui regni septimo. Vnde à prima licentia usque ad consumationem secundæ transierunt onni quadraginta sex teste magistro Iudit.c.40.quòd incipit. Igitur anno secundo Darij. Siue igitur Iudæi intellexerint de prima ædificatione, siue de secunda, constat, quòd utrobiq; fuit*

construCtnm in annis quadraginta sex. Quo declarato restat reducere, & aptare constructionem corporis CHRISTI *ad constructionem huius templi. Circa quam est notandum, quòd annunciatio, & conceptio factæ fuerunt uigesimaquinta die Martij. Et natus fuit* CHRISTVS *die uigesima quinta, qui concursus est dierum ducentorum septuaginta sex. Qui dies ducenti septuaginta sex diuisi per menses, quorum quilibet mensis continet dies triginta, faciunt menses nouem, & dies sex. Sed diuisi in senarios faciunt senarios quadragintasex. Computando itaque senarium pro anno, et annum pro senario, sic* CHRISTI *corpus tot senarijs usq; ad perfectum fuit absconditum in utero uirginis gloriosæ, quot annis fuit templum complectum. Ex his igitur patet, quomodo* CHRISTI *corpus aßimilatur templo ratione constructionis. Secundo corpus* CHRISTI *aßimilatur templo ratione communicationis. Circa hoc est notandum, quòd unus homo potest communicare cum alio, uel etiam unus populus communicare potest cum alio populo triplici communione. Primo in opere, & ædificio; ut omnes artifices in eadem arte, sicut calcifices, pelliparij, aurifices, & lanifices ut in uno, & eodem artificio, uel ædificio, ut multi magistri muratores, ut multi manuales, ut multi fabri lignarij, ut multi fabri ferrarij, & hac prima communicatione communicauerunt in ædificatione templi duo populi, scilicet populus Israel, & populus Gentilis, scilicet Iudæi, & Pagani. Nanque Tyrij incidebant abietes, & ligna cedrina, & Sethim in ratis conduceb ant ad tem-*

Christi corpus aßimilatur templo ratione communicationis.

Triplex communicatio: prima in opere, & ædificio.

3.Reg. c.5.b.c

Actu.1.b supra CHRISTVM transfiguratum, quinimmo ipsum CHRISTVM uelut nubes ipsum gerunt in coelum contemplantes, sicut nubes ipsum suscepit ab oculis discipulorum in coelum, et ueluti umbrellam portant, eumq; claré palliaté, & sub uelamine populis praedicando ostendunt, ut quilibet dicat cum sancto Thoma, in crúce latebat sola deitas, sic latet simul, & humanitas, ambo tamen credens, atque confitens peto, quod petijt latro poenitens, plagas sicut Thomas non intueor, DEVM tamen meum te confiteor te. Tertio honorant CHRISTVM in hoc sacramento doctores ueritatis. Circa hanc particulam est notandum, quòd sicut ad uidendum corporaliter non sufficit habere potentiam uisiuam, idest oculum, sed expedit habere medium illuminatum, scilicet aerem, et per consequens corpus luminosum, quòd medium illuminat, sic etiam ad uidendum oculo intellectus diuina, & arcana DEI non sufficit habere potentiam intellectiuam, scilicet intellectum; nec sufficit habere corpus luminosum, scilicet DEVM: sed secundum communem cursum intelligendi diuina oportet habere medium aliquod illuminatum, quo intelligibilia intelligantur per confortationem potentiae intellectiuae. Vt par. 1.q. 117.arti. 1.in fin.R. Vnde diuina sunt nobis reuelata per angelos superiores mediantibus angelis inferioribus. ea. par. q. 106.ar.4. Et ita diuina prius per angelos sunt reuelata patriarchis, & prophetis, ut patriarchis usque ad Moysen, prophetis uero usque ad Ioannem Baptistam. Deinde post prophetas sunt nobis reuelata per Euan-

Tertij honorantes Christum in hoc sacramento sunt praedicatoris ueritatis.

gelistas, & Apostolos. Sic à DEO est prouisum de doctoribus, quibus DEVS ad profectum ecclesiæ dedit spiritum sanctum ad interpretationem sermonum. Vnde hi ut Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, Gregorius, Thomas sic sunt illuminati, & illuminant, quòd CHRISTVM absconditum in patre nobis manifestant. Vnde hi doctores in hac processione, in qua CHRISTVS honoratur, significant, & figurant illos, qui portant doppleria accensa; quæ doppleria significant CHRISTVM, in quo est plenitudo luminis sapientiæ, & scientiæ DEI, quoniam est lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum; sed doppleria accensa significant CHRISTVM, ita portantes significant doctores, qui lumine scientiæ illuminati portant CHRISTVM ad mentes hominum, unde per eos CHRISTVS honoratur, ut manifestatur, qui prius erat in patre absconditus. Cum autem dictum fuerit, quòd doctores per portantes doppleria significantur, uideamus qualiter in ueteri testamento figurātur. Et dico, quòd sicut umbrella figuratur per nubem, ita collegium doctorum figuratur per columnam igneam, quæ de nocte suo luminabat, & suo lumine illuminabat, & suo motu populum dirigebat, sic etiam collegium doctorum suo lumine nos illuminat, & motu suorum operum nos in CHRISTVM in patre absconditum dirigit, & manifestat, & sic hoc collegium CRISTVM honorat. Quarto honorant CHRISTVM hodie in hoc sacramento pastores, quibus inquit psalmus. Laudate eum, scilicet CHRI-

Ioan.1.

Exo.13.d

Quarti honorantes Christum in hoc sacramēto sunt Pulsatores, idest prædicatoris.

S T V M in ſacramento in uoce tubæ, ſed quia duo ſunt modi prædicandi, ideo etiam figurantur iſti pulſatores per duas tubas, et per duplicem modum, et per duplicem effectum pulſandi. Quantum ad numerum tubarum dixit D E V S ad Moyſen. Fac tibi duas tubas argenteas ad congregandum populum. Quantum uero ad differentiam pulſandi, primus modus dulcis, & delectabilis, unde inquit dominus. canite tuba in ſyon, ululato in monte ſancto meo. Secundus modus pulſandi eſt terribilis, unde inquit dominus. Quaſi tuba exalta uocem tuam, & annuncia populo meo ſcælera eorum. Quoniam duplici motu populus inclinatur ad D E V M, ſcilicet metu timoris. Cum enim prædicator peccatorum grauitatem gradatim unum peccatum per uarias circunſtantias aggrauando, tunc eſt tuba clangoris aſpére incutiens timorem. Similiter cum prædicator prædicat D E V M comminantem pœnas corporales, & ſupra illas pœnas ſpirituales, & ſupra pœnas huius mundi oſtendendo grauitatem pœnarum futuræ uitæ, & ſuper pœnas purgatorij aggrauando pœnas inferni, & cum prædicat iudicia particularia in hac uita, & ſupra illa prædicat ultimum iuditium; ſic prædicator eſt tuba clangens, & aſperè uacans omnes uiuos, & mortuos ad iuditium; ut timorem incutiendo per motum timoris uocet omnes ad pœnitentiam. Et econtra quando prædicator prædicat miſericordiam D E I, Gaudia Paradiſi, tunc eſt tuba ſuauiter cantans. Vnde ſicut Hieremias fuit tuba aſperè clangens, quando prophetizabat deſtructionem Hyeruſalem, & ruinam templi, atq; ſeruitutem

Num. 10. a
Ioel. 2. a
Iſaiæ. 58. a

feruitutem Babilonicam. Sic fuit Ifaias tuba dulcis, & fuauiter fonans prænuntiando euangelium futurum, natiuitatem filij DEI per eius aduentum in carne, & ciuitatem fanctam Hyerufalem fpiritualem ædificandam non ex lateribus torrentum, nec ex lapidibus argillæ, fed ex hominibus utriufque fexus. Tubæ autem clangentes cum terribili, & uoce afpera uocem extollentes fuerunt tubæ, quæ clangentes muri Ierico corruerunt, & ciues utriufque fexus, & filij mafculi, et fœminæ, paruuli, & magni occifi, et ciuitas Ierico tota fuit combufta cum omnibus opibus. Iona fuit tuba exaltans uocem afperè clangens, quando piè annuntiauit ciuitatis Niniuæ fubuerfionem. Et fuit tuba fuauiter cantans, quando in fine cap. narrat, quomodo per ipforum conuerfionem DEVS placatus ciuitati pepercit. Sed ficut in fine Ionas fuit tuba fuauis, ita Nahum fuit tuba exaltans uocem afperã, dum Niniuæ poft pœnitentiam conuerfa fuit ad ulteriora peccata, & Nahum eius dextructionem prædixit. Fuit tuba afpera Natan propheta, quando propter peccatum Dauid cõtra Vriam mortem ipfi Dauid annuntiauit. Seth fuit tuba fuauis, quando poft pœnitentiam eidem indulgentiam prædixit. Similiter fuit tuba afperè clangens Ifaias, quando dixit ex parte DEI Ezechiæ. Difpone domui tuæ, quia morieris tu, & non uiues, fed fuit tuba fuauis, quando poft magnum fletum prædixit DEVM mitigatum. Hi ergo tubatores figurant prædicatores, quos ad præfens fignificant noftri pulfatores CHRISTVM in hoc facramento honorantes. Quinto hodie honorant in hoc

Iofuæ.6. per totũ.

Ionæ.3.a

Ionæ.3.d

Nahum. c.1.2.&c.3

2.Reg. 2.2.b

4.Reg. 20.2.

4.Reg. c.20.a

Quinti honorantes

Christum hodie in hoc sacramēto sunt virgines, viduæ cōiugatæ spirituales.

sacramento homines utriusq; sexus spiritualis uitæ sectatores, & mortificatores carnalitatis. Circa huius particulæ declarationem est notandum, quòd homo sicut alienatur à DEO, & à ratione per carnalitatem, sic DEO, & rationi coniungitur per spiritualitatem. Quantum autem homo separetur à DEO per carnalitatem, docet Hieronymus dicens, quòd actu carnali, nec spiritus prophetiæ corda tangit prophetarum. Quantum uero homo per carnalitatem separetur à ratione docet Philosoph. 7. Ethicorum, ubi ait, quòd in illo actu est impoßibile aliquid intelligi. Vnde homines carnales non honorant CHRISTVM in hac proceßione, licet socient ipsum seguendo episcopum portantem in suis manibus sacramentum. Tales enim sunt aut meretrici, aut adulteri, aut fornicari, aut sacrilegi, aut raptores, aut incestuarij, aut sodomitæ, aut bestiales. Vnde quantum distat Ortus ab Occidente, lux à tenebris, mors à uita, ignis à glacie: tantum, & ultra distant carnales à DEO; & ideo quanuis socient episcopum gerentem sacramentum, nō tamen honorant CHRISTVM, quia eum non portant in corde carnalibus occupato. Sed est qui dicat. Cum sit, quòd coniugatæ, & uiri sint homines carnales, ergo in hac proceßione non honorant CHRISTVM in hoc sacramento? Cui respondens dico, quòd homo carnalis dicitur carnalis, dum facit opera, quæ terminantur in carne; dicitur autem spiritualis, dum operatur secundum rationem, & magis, quando operatur secundum spiritum sanctum. Qui spiritus sanctus triplici gradu eleuat hominum à carnalitate, ut uiuat secundum spiritum. In primo enim gradu

Spiritus sanctus triplicíter eleuat hominem a carnalibus.

per spiritum sanctum homo sic mortificat carnem suam, quòd non diligit, nisi unam, quæ nomine uxoris sibi coniungitur. Et *similiter una mulier uni uiro.* In *hoc enim gradu uir, & uxor non sunt carnales, quamuis opera ipsorum terminentur in carne, quia in carne terminantur, sed non secundum carnem; quinimmo secundum spiritum matrimonium regulantem.* In *secundo gradu homo per spiritum sanctum sic mortificat carnem, quòd abstinet, & in futurum intendit abstinere ab omni actu carnis illicito, & licito licet aliàs fuerit matrimonio copulatus, & hic gradus conceditur uiduitati.* In *tertio gradu ponitur uirginitas, quæ noluit experiri delectationem uenerem, nec uult de præsenti, nec uult de futuro.* Omnes *ergo in his tribus gradibus sequentes episcopum honorant* CHRSTVM *in sacramento ab episcopo portatum. par. 3. adie. q. 95, ar. 4, & .1.2. q. 70. art. 3. & .4.* Sexto *dico, quòd in hac processione honorant* CHRISTVM *episcopus populum benedicens, & populus humiliter, & deuotè benedictionem suscipiens.* Dominus *autem docuit* Moysen, & Aaron *benedicere populum hoc modo.* Benedicat *tibi dominus, & custodiat te, ostendat dominus faciem suam, & misereatur tui, det tibi pacem.* Et *subditur.* Inuo*uocabunt, scilicet* Aaron, & *sui leuitæ ab ipso descendentes nomen meum super filios* Israel, & *ego benedicam eis.* Sic *autem* Moyses, et Aaron *benedixerunt populum, & dominus noster ascensurus in cœlum benedixit suos discipulos.* Ecce *quomodo in hoc primo libro possumus dicere domino* DEO *nostro* IESV CHRISTO, *uerè tu es* DEVS *absconditus,*

Sexti honorantes Christum in hoc sacramẽto.

Num. 6. d

Leui. 9. d
Lucæ. 24. in fine.

DEVS *saluator Israel, & hoc in patre æternaliter, unde præ cæteris est honorandus. Tu enim est naturalis filius, quoniam tu solus es à patre productus, tu solus patri connaturalis; tu solus patri coæqualis; tu solus patri coæternus; tu solus essentialiter es in patre, & pater in te, tu solus uerbum patris; tu solus liber uitæ; tu solus patrem uides, quantum uideri potest, ideo præ cæteris es honorandus; quoniam sic te honorant omnes creaturæ, dum in esse producuntur, dum in esse conseruantur, dum in finem gubernantur; tibi ergo soli est sacrificandum; tu solus es, ut* DEVS *adorandus, tu solus es obsecrandus per metipsum. Tibi igitur soli te honorando processionaliter incedimus plateas cordium scoppando, proprias domos exeundo, omnes ad unam ecclesiam conueniendo, crucem erigendo, Iudæos & Gentiles confutando; ecclesiam ordinatè exeundo binos, & binos coniungendo. Tibi soli diuinas laudes decantamus postulantes liberari è duodecim periculis inferni, à duodecim doloribus mortis, à duodecim mortis laqueis, tibi obuiantes in processione propter duodecim causas; & sic præ cæteris sanctis honorando sanctorum reliquias ante gerimus, in manibus episcopi tuum sacramentum colimus: nebiam gerimus, luminaria accendimus: tubas pulsamus, carnem maceramus, ut spiritui subiecta tibi liberius seruiamus: tandem te nobis inuisibilem in manibus episcopi uenerantes, ei in persona tui genua flectimus benectionem acceptantes, et sic patet, quòd promißimus declarare, quomodo* CHRISTVS DEI *filius est uerè* DEVS *absconditus, saluator Israel in patre æternaliter.*

DE CHRISTO IESV FILIO DEI ABSCONDITO PRO SOLEMNITATE CORPORIS CHRISTI.

LIBER SECVNDVS.



AVDIVISTIS *in præcedenti libro, quomodo* CHRISTVS *cœlestis patris unicus filius est uerè* DEVS *saluator Israel in patre absconditus æternaliter. In hoc autem secundo intendimus declarare, quomodo existens in patre æternaliter, est in matre temporaliter, ut sicut est filius præ cæteris honorandus in patre, ita præ cæteris est honorandus in matre. Sed quoniam uirgo gloriosa filium* DEI *tribus temporibus tenuit absconditum temporaliter, ideo hunc secundum librum diuidam in tria latibula. In primo enim dicam, quomodo filium* DEI *tenuit absconditum in utero. In secundo dicam, quomodo filium* DEI *tenuit absconditum in gremio. In tertio dicam, quomodo filium* DEI *tenuit absconditum in mentis domicilio. Primum tempus durauit à conceptione usque ad natiuitatem. Secundum à natiuitate usque ad nuptias. Tertium à nuptijs usque in præsens, & futurum. Circa primum, in quo habeo declarare, quanto tempore beata uirgo tenuit filium* DEI *absconditum in utero. Est notandum, quòd tot senarijs* CHRISTVM *filium* DEI *tenuit in utero*

Nota quomodo virgo Maria per tria tẽpora tenuit Dei filium absconditũ.

Nota quãto tempore Maria virgo tenuit filiũ Dei absc͂ditum in vtero.

ſuo abſconditum, quot annis templum fuit in Hyeruſalem ædificatum. Vnde cum dominus expulſiſſet de templo ementes, & uendentes, & cum Principes, & Phariſei interrogaſſent eum, in qua poteſtate hoc faceret, & dixiſſet pro ſigno poteſtatis diuinæ. Soluite tēplum hoc, & in tribus diebus reædificabo illud. Ipſi quaſi contra blaſphemum clamauerunt dicentes. Quadraginta, et ſex annis templum hoc ædificatum eſt, & tu dicis in tribus diebus reædificabo illud? & ſequitur in euangelio. Hoc autem dicebat de templo corporis ſui. Ad declarandum autem quanto tempore uirgo MARIA *tenuit filium* DEI *in utero abſconditum, oportet nos declarare unam figuram, quæ hoc tempus figurauit, & quam figuram ipſe* CHRISTVS *cœleſtis patris filius protulit in medium, cum dixit Iudæis. Soluite templum hoc, & in tribus diebus reædificabo illud. Vnde cum intendat in hoc uerbo ſuum corpus aſſimilare templo tanquàm figuræ figuratum; ideo quantum ſpectat ad præſens dico, quòd corpus* CHRISTI *aſſimilatur templo* DEI *propter quatuor rationes, ſcilicet ratione conſtructionis, ratione communicationis, ratione prohibitionis, ratione conſeruationis. Primo dico, quòd corpus* CHRISTI *aſſimilatur templo* DEI *ratione conſtructionis. Ad huius rationis declarationem eſt in primis notandum, in quanto tempore fuit ædificatum* DEI *templum in Hyeruſalem. Et dico, quòd fuit inchoatum quadringenteſimo, et octuageſimo anno egreſſionis filiorum Iſrael de Aegypto. Fuit autem inchoatum per Salamonem anno quarto, menſe ſecundo ſui re-*

Ioan. 2. c

Ioan. 2. c

Ioan. 2. d

Nota quatuor rationes, quibus corpus Chriſti aſſimilatur templo Dei.

Corpus Chriſti aſſimilatur tēplo Dei ratione cōſtructionis.

3. Reg. 6. a

geminis.e.x. Sed nota controuersiam in textu, nanq; habetur, quòd anno quarto fundata est domus DEI, et anno undecimo perfecta fuit. s. mense octauo, & Salomon aedificauit annis septem.e.cap. in prin. & perfecit eam tredecim annis. Quomodo igitur reaedificatur, cum quadraginta sex annis fuerit aedificatum hoc templum? Ad sedandam uero hanc controuersiam scire oportet, quòd à die, qua DEVS inspirauit Dauid, ut aedificaret domum domino. Et à die qua DEVS inspirauit Dauid non solum aedificationem templi, sed etiam inspirauit quantitatem, & qualitatem. i. Ideam domus cum omnibus suis particularitatibus; quam descriptionem dedit Salomoni, ita quòd sicut Salomon aedificauit ad extra, ita DEVS in mente Dauid aedificauit ad intra, scilicet formando templi formam, uel ideam, usque ad templi perfectionem transierunt anni quadragintasex; qui anni sic computantur. In principio nanque uniuersalis regni Dauid, ipse Dauid dixit ad Natam prophetam se uelle aedificare domum domino. Regnauit autem post hoc annis triginta tribus. Et tertiodecimo anno fuit expletum opus templi, & omnium pertinentium ad illud. Vnde computantis annis triginta tribus, quibus Dauid operabatur ad intra per ideam. Et computatis annis tredecim, in quibus Salomon compleuit omnia ad similitudinem, quam Dauid ipsum docuerat, sunt quadraginta sex, & sic habemus templum, & omnia necessaria fuisse perfecta in annis quadraginta sex. Controuersia autem, quae habetur in textu pro tempore Salomonis, sic sedatur. Anno primo, men-

3.Reg.7.a

2.Reg.7.a

1.Parali. 22.b

2.Reg.7.a

1.Parali. 29.

1.Para.29

Sunt quadraginta sex.

se secundo. Salomon inchoauit domum, quoniam cum
2.Paral. 2.a. *auxilio Hyram regis Tyri, & Sydonis præparauit magistros, & operarios, ligna cedrina, & omnia necessaria. In quarto autem anno regni Salamonis fundata fuit domus. In septem uero annis templum fuit com-*
3.Reg.7.a *plectum quantum ad ædificia. In tertiodecimo autem fuit complectum, quantum ad ornamenta, & quantum ad uasa, & quantum ad omnia ad sacrificium necessaria. Fuerunt autem septuaginta millia uirorum portantium, et octuaginta millia, qui cœdebant lapides in montibus. Fuerunt autem præpositi tria millia sexcenti. Ec-*
2.Paral. 2.a *ce quomodo ad litteram hebemus, templum prima uice fuisse ædificatum in quadraginta sex annis. Sed quia templum ædificatum per Salamonem in quadraginta*
4.Reg.15. *annis fuit funditus destructum per Nabuchodonosor regem Babiloniæ, ideo est modo declarandum, quot annis fuit secunda uice reædificatum. Et dico quòd etiam secunda uice fuit reædificatum in quadraginta sex an-*
1.Esd.c.3. in fi.et c.4 in prin. *nis. Quoniam Cyrus rex Persarum dedit licentiam Zorobabel filio Salathiel reædificandi Hyerusalem, & templum. Quæ reædificatio fuit impedita per emulos ita, quòd tantum fundatum fuit templum. Et sic fuit opus templi intermissum usque ad Darium, qui secundo dedit licentiam reædificandi, & complectum fuit anno sui regni septimo. Vnde à prima licentia usque ad consumationem secundæ transierunt onni quadraginta sex teste magistro Iudit.c.40.quòd incipit. Igitur anno secundo Darij. Siue igitur Iudæi intellexerint de prima ædificatione, siue de secunda, constat, quòd utrobiq; fuit*

constructum in annis quadraginta sex. Quo declarato restat reducere, & aptare constructionem corporis CHRISTI ad constructionem huius templi. Circa quam est notandum, quòd annunciatio, & conceptio factæ fuerunt uigesimaquinta die Martij. Et natus fuit CHRISTVS die uigesima quinta, qui concursus est dierum ducentorum septuaginta sex. Qui dies ducenti septuaginta sex diuisi per menses, quorum quilibet mensis continet dies triginta, faciunt menses nouem, & dies sex. Sed diuisi in senarios faciunt senarios quadragintasex. Computando itaque senarium pro anno, et annum pro senario, sic CHRISTI corpus tot senarijs usq; ad perfectum fuit absconditum in utero uirginis gloriosæ, quot annis fuit templum complectum. Ex his igitur patet, quomodo CHRISTI corpus aßimilatur templo ratione constructionis. Secundo corpus CHRISTI aßimilatur templo ratione communicationis. Circa hoc est notandum, quòd unus homo potest communicare cum alio, uel etiam unus populus communicare potest cum alio populo triplici communione. Primo in opere, & ædificio; ut omnes artifices in eadem arte, sicut calcifices, pelliparij, aurifices, & lanifices ut in uno, & eodem artificio, uel ædificio, ut multi magistri muratores, ut multi manuales, ut multi fabri lignarij, ut multi fabri ferrarij, & hac prima communicatione communicauerunt in ædificatione templi duo populi, scilicet populus Israel, & populus Gentilis, scilicet Iudæi, & Pagani. Nanque Tyrij incidebant abietes, & ligna cedrina, & Sethim in ratis conduceb ant ad tem-

Christi corpus assimilatur templo ratione communicationis.

Triplex communicatio: prima in opere, & ædificio.

3.Reg. c.5.b.c

plum, locum à Salamone deputatum. Populus *autem*
2,Reg.6. *Israel conducebat in* Hyerusalem, *& præparabat ad ædificium templi.* Sed *est qui miretur, cur in ædificio tabernaculi facti in deserto communicauerunt solum* Iudæi, *& ad fabricam templi communicauerunt populus* Iudæorum, *et populus Paganorum?* Respondetur, *quòd sicut fuerunt duo ædificia, scilicet tabernaculum, & templum, & sic fuit duplex status antiquæ legis scilicet mobilis in deserto, & tempore iudicum, & tempore* Regum *in prælijs, & status regius tempore* Salamonis *pacifici, qui pacificus nominatur, ut in patre suo* Dauid. Inde *subiugatis omnibus inimicis sine prælio, sic ad significandum hunc duplicem statum scilicet mobilem, & immobilem coluerunt* Iudæi DEVM *in tabernaculo mobili, & in templo firmo & stabili, & quia debebat fieri transitus à statu legis antiquæ ad statum legis nouæ, quorum statuum unus erat mobilis scilicet status antiquæ legis, & status immutabilis, & immobilis scilicet status nouæ legis.* Ideo *ad hoc figurandum coluerunt antiqui patres* DEVM *in tabernaculo mobili, & in templo stabili.* Sed *quoniam status antiquæ legis non cogebat quenquam gentilem ad cerimonias, et sacrificia, nisi prout erat de lege naturæ. par. 2. q. 98. ar. 9. in* R. Status *autem nouæ legis est stabilis, & firmus, & construitur ex utroque populo. s.* Iudaico, *& genitili: qui duo populi debebant communicare simul in eadem lege, et fieri unus, sicut fit unus angulus ex duobus parietibus*
Psal.116.c *super unum lapidem reprobatum. s.* CHRISTVM, *& sic patet ratio, quare* Iudæi *communicant cum* Paga-

nis in ædificio templi. Modo quia ecclesia corpus CHRISTI mysticum componitur non solum ex Iudæis, nec solum componitur ex Paganis, sed simul ex ambobus. par. 2. q. 102. ar. 4. arg. 3. in fi. Ideo dicitur, quòd corpus CHRISTI aßimilatur templo ratione commmunicationis. s. in ædificio. Secundo dico, quòd unus homo, uel unus populus potest communicare cum alio secunda communicatione. s. in merito. Sic. n. commmnicant omnes in merito, omnes simul se iuuantes ad merendum, ut patriarchæ et prophete, ut apostoli, et euãgelistæ, ut doctores, et prædicatores, ut confitentes, et pœnitentes, ut corripientes, et se corrigentes, ut mendicantes, et miserentes, ut pauperes, & diuites, ut contemplantes, & orantes, ut subditi, et præsidentes, ut patres, et filij, ut domini, et serui, ut pacientes et indulgentes, ut humiles obedientes, & solliciti præcipientes, ut benefici, & beneficiati, ut sani et infirmi. Sic enim omnia membra communicant in uno, & eodem corpore; & sicut construentes unum ædificium communicant in eodem constructo, & sicut in opere eiusdem templi communicauerunt Iudæi, & gentiles, Tyrij, & Sydoni communicauerunt etiam in portando aurum de Ophir. Sic omnes in charitate existentes simul communicant in merito in ædificando corpus CHRISTI misticum, quod est ecclesia. Sic igitur corpus CHRISTI aßimilatur templo ratione communicationis simul communicando in merito. Tertio dico, quòd est tertia communicatio. s. præmij, in quo communicant omnes electi. Sicut. n. omnes simul laborantes, et tantundem equaliter præmiantur scilicet accipiendo danarium

Secunda communicatio in merito.

3. Reg. c. 9

Tertia cõmunicatio in pri.

diurnum: sic omnibus de corpore CHRISTI *promittitur unum præmium scilicet uisionem beatificantem, in qua qui minus, qui amplius, qui clarius* DEVM *facie ad faciem uidebunt, prout maiori charitate laborauerunt. Sic igitur patet, quomodo* CHRISTI *corpus aßimilatur templo ratione communicationis &c.*

Christi corpus assimilatur templo ratione phibitionis.

Tertio dico, quòd CHRISTI *corpus aßimilatur templo ratione prohibitionis*. Et circa hoc est *notandum, quòd cum* Dauid *rex obtinuisset totum regnum* Israel *inspiratus à* DEO *disposuit ædificare domino* DEO *domum, idest templum: quam dispositionem contulit cum* Natham *propheta, qui ex parte* DEI *prohibuit* Dauid, *ne domum ædificaret.* Et *aßignauit causam prohibitionis, quia fecerat multa bella, & multum sanguinem fuderat. Sicut autem propter sanguinis effusionem prohibitus fuit* Dauid, *ne templum ædificaret domino* DEO, *ita prohibentur multi homines sanguinum à consecratione corporis* CHRISTI, *assumptione eiusdem, ab introitu corporis mistici, idest ecclesiæ, & multi etiam ab ipso corpore expelluntur, ut declarabitur per decem sanguineos. Primo dico, quòd primi homines sanguinei, qui prohibentur à corpore* CHRISTI, *sunt sanguinem humanum effundentes in dolo, de quibus dicit* Dauid. *Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos. Sic enim dolosè egerunt* Rex Achab, *& uxor eius* Iezabel *contra* Naboth. *Cum enim* Naboth *haberet uineam gratam regi* Ezechiæ, *nec uellet eam sibi dare,* Iesabel *scripsit de uoluntate regis litteras, & suo anulo signauit uiris* Iezraelitis *dicens. Prædicate ieiu-*

2.Reg.7
1.Paralip. 22.b

Decem sunt, qui prohibentur a constructione corporis Christi. primi sunt sanguinei.

Psal.54.d
3.Reg.21. a.b.

nium, & sedere faciatis Naboth inter primates, & sumite duos uiros filios Belial contra eum, ut falsum testimonium dicant contra ipsum, quod & factum fuit, & Naboth fuit lapidatus. Rex autem habuit uineam suam. Sed quòd Achab, & Iezabel effunderint dolosè sanguinem, patet per prophetam, qui sic ait. Occidisti insuper, & possedisti in loco hoc, ubi canes linxerunt sanguinem Nabot, lambent, & tuum. Canes comedent Iezabel in agro Iesabel. Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes: si mortuus fuerit in agro, comedent eum aues. Cum esset mortuus in prælio, linxerunt canes sanguinem suum. Iezabel autem præcipitio occisa, eius carnem comederunt canes. Sed & septuaginta filij eius simul interfecti fuerunt. Ecce quomodo uiri sanguinum, & dolosi prohibentur ædificace templum, idest corpus CHRISTI misticum triumphans, & militans, cum pater, & filij sint occisi in peccatis suis.

3.Reg.21.

3.Re.22.f

4.Re.9.b. & g.

4.Reg.10 a.b.

Secundi uiri sanguinei, qui prohibentur construere templum domini, sunt, qui sanguinem humanum effuderunt in paßionis domino, & licet omnis homo in hac uita propter primi hominis superbiam comparatus sit iumentis insipientibus, & sic factus illis similis ex eo, quòd concupiscentia præuertit rationem, & propter consensum prosternit ipsam in tantum, quòd homo, qui debet regi ratione, regitur concupiscentiæ impetu, sicut animalia bruta carentia ratione. Quanto autem regitur maiori impetu concupiscentiæ uolito, & procurato, tanto magis elongato à ratione grauius peccat. par. 2.q.77.ar.2, in R. & q. ea. ar. 6. in fi. R. Exem-

Secundi viri sanguinei prohibiti construere templũ domini.

plum adduco ad propositum, quod de David legitur.
2.Reg.2.a Cum David semel post dormitionem deambularet per solarium domus suæ, uidit Bersabe uxorem Vriæ, & concupiscentia motus postposito omni DEI timore, & cunctis habenis, & chamo rationis uoluit ipsam cognoscere, & cum ea dormire, quæ concepit. Ipse autem David arreptus à passione tractauit mortem Vriæ uiri sui, & ipsam uxorem accepit: Vnde à passionis dominio superatus fuit factus uir sanguinum, & per consequens ipse est prohibitus construere templum domini materiale, & spirituale. Tertij uiri sanguinei, qui prohibentur ædificare templum domini, sunt sanguinem effundentes in cibo. Est omnium creaturarum sanguinearum sanguis dulcis, sed sanguis humanus præ cunctis dicitur esse dulcis, & suauis; ne autem homo propter sanguinis suauitatem delectaretur in sanguinis humani comestione, præcepit DEVS in lege naturæ Noæ, quòd

Tertij viri sanguinei prohibiti ædificare templum domino.

Gen.9.a nullo modo, nec ullo casu comederet sanguinem, ut in hoc, quòd est minus malum, prohiberet, quòd est maius, .s. quantum distat genus hominum ab alijs generibus animalium. In quo præcepto intendit DEVS prohibere esum sanguinis, sicut prohibet homicidium. Nam inquit
Gen.9.a in eodem tex. Anima enim .i. uita omnis carnis est in sanguine, qui autem effuderit sanguinem, animam eius de manibus suis requiram. Ne ergo homo propter dulcedinem sanguinis animalium delectaretur etiam comedere, & bibere sanguinem hominum, DEVS sic stricte firmat suum præceptum, scilicet sub pœna homicidij. Sed ut etiam per prohibitionem sanguinis animalium, et ho-

minium prohiberet effusionem sanguinis CHRISTI, præuidens ergo DEVS, quòd Iudæi erant cum clamore dicturi de CHRISTO. Sanguis eius super nos, & super filios nostros, uoluit per suum præceptū eos assuefacere ad sanguinis effusi abhominationem. Vnde cum Moyses esset propè mortem, hoc præceptum datum in lege naturæ replicauit tāquam præceptum DEI nostri in lege scripturæ sub eisdem uerbis, et sub eadem pœna. Sic ergo patet per præceptum, et per pœnam morti annexam præcepto, quòd uir edens, uel bibens sanguinem, quòd debet mori, & per consequens non debet ædificare templum domino. Quarti uiri, qui prohibentur ædificare templum domino, sunt sanguinem effundentes in prælio. Si enim prælium est iniustum, te sciente, notum tibi esse non dubito, quòd sicut tibi non licet prælieri, ita nec licet tibi sanguinem effundere. Sed quomodo licet tibi effundere in bello iniusto, cum non licet tibi effundere in bello iusto. s. quantum ad regularitatem. Vnde sanctus ille rex Dauid, qui semper pugnauit iusto bello tam in aquirendo regnum, quàm inexpugnando inimicos regni, fuit tamen irregularis. i. inhabilis ad templi ædificationem. Nam clericis non licet bellare. 23. q. 8. per totum. Sicut autem prohibetur clericis bellare etiam in bello iusto. ead. quest. c. clerici. ita prohibetur laycis bellare in bello iniusto. Vnde si interfuerunt, & sequitur mors, aut membri mutilatio, uel sanguinis effusio, cum Dauid efficiuntur irregulares. 3. q. 1. c. ulti. Dicitur autem non liceat clericis bellare declaratur. Secunda secundæ. q. 40. duplici ratione, quo-

Mat. 27. d

Deu. 12. c. et Leui. 7. c. et c. 17. b

Quarti uiri sanguinei prohibiti ædificare tēplū domino.

2. Regū. 7

niam exercitium bellantium sit cum inquietudine. Nam ubi est clamor tubarum, equorum scutiferrum, contendentium, blasphemantium DEVM, & sanctos, maledicentium homines, animalia, & similia, sacerdos interuenire non potest. Est enim deputatus ad orandum, ad cuius orationem requiritur mentis eleuatio, & contemplatio, ad quam requiritur silentium, uel clamor ad DEVM. Vnde quãdo populus substinuit prælium primum, scilicet ab Amabalech. Moyses dimisso Iosue cum
Exod.7. armigeris in campestribus, ipse & Aaron, & Hur ascenderunt supra montem ad orandum, & dum Moyses haberet manus graues, & ipsas eleuaret, uincebat Israel. Dum autem laxaret, uincebat Amalech. Quòd autem non minus ualeat sacerdotis oratio, quàm armorum fortium multitudo, patet, quia maior fuit uictoria habita contra Amalech per orationem Moysi, quàm per Iesue gladium. Onde melius, & utilius est sacerdotem in ecclesia orare, quàm in exercitu bellare. Ad quam orationem cum exigatur generaliter quies, non licet sacerdoti bellare. Insuper adiungit supradictus doctor aliam rationem, quare non liceat clericis bellare, dicens. ead. q. Clerici ordinantur ad altaris ministerium, in quo sub sacramento repræsentatur paßio CHRISTI: ideo non licet ipsis sacerdotibus sanguinem effundere, quinimmo debent esse portati ad effundendum proprium pro CHRISTO exemplo CHRISTI. Qui igitur effundunt humanum sanguinem, uel effuderunt directè, uel indirectè, opere, consilio, præcepto, fauore, uel quomodocunque auxilio non admittuntur

cum

cum sancto Dauid ad templi ædificationem, et per consequens, nec ad corporis CHRISTI *consecrationem, quoniam sunt uiri sanguinei.* *Quinti uiri sanguinei, qui prohibentur ædificare templum domino, sunt sanguinem effundentes in iuris palatio; ut ostendatur cunctis, quòd sacerdos sacrificans* DEO *patri pro peccatoribus sanguinem* CHRISTI, *non debet esse cum Dauid uir sanguinis, negatur, quòd nec etiam sacerdos effundat sanguinem in iudicio. Attendant diligenter clerici, contendant seculares, qui uolunt clericari, quòd in iudicio sanguinis; idest cuiuscunque mortis non debent iudices sedere, nec ut actores contra sanguinem sui proximi stare, uel accusando, uel testificando, uel ministrando, ut spiculatores, ut prædones, ut notarij, ut carcerarij, ut coadiutores, & in falso iudicio, nec etiam in uero. Meminerint obsecro; quomodo steterunt contra sanguinem iustum duo senes, qui falsò accusauerunt innocentem Susanam. Meminerint, quomodo falsò testificati fuerunt contra ipsam. Meminerint, quomodo accusatione sua falsa, & sua iniqua testificatione induxerunt populum ad condemnandam ipsam, ut ream. Meminerint, quomodo diuino iudicio* DEVS *innocentem dominam per Danielem iustificauit, & falsi senes lapidati fuerunt. Stantes ergo, & sedentes in iudicio iniquo non solum sunt rei mortis, & irregulares, sed etiam sedentes, & stantes in iudicio iusto irregulares efficiuntur, idest inhabiles ad sacramenta suscipienda, uel etiam administranda etiam post peractam pœnitentiam. 50. dist. Siquis uiduam.* *Sexti uiri, qui prohibentur ædificare*

Quinti viri sanguinei prohibiti ædificare templum domino.

Dan. 13.

Sexti viri prohibiti ædificare templum domino.

templum domino, sunt sanguinem effundentes in martyrio, non dico passiuè, quoniam sancti martyres effundendo sanguinem propter fidei ueritatem sunt testes ueritatis, & CHRISTVM imitantur. Sed dico, quòd fiunt irregulares in martyrio sanguinem effundentes actiue, idest tyranni, falsi iudices, qui effuderunt sanctorum sanguinem; sanguinem iustum; sanguinem innocentem; sanguinem sacrum; sanguinem DEO gratum; sanguinem sacrificium DEO acceptum; sanguinem preciosissimum. Et quomodo non debent esse irregulares hunc sanguinem effundentes tam sanctum, cum fiant irregulares, qui sanguinem peccatorum effuderunt; & quomodo debeant admitti accedere ad altare, & administrare in sancta sanctorum diuina sacramenta, cum ipse Dauid fuerit prohibitus ædificare templum domino; non enim ædificant isti templum domino, sed soluunt templum domini, idest corpus CHRISTI scilicet CHRISTI ecclesiam. Non ædificant templum domino, sed soluũt templum domini, dum occidunt martyrem, qui est templum DEI iuxta illud, quod dictum est sacris martyribus. Templum DEI estis uos, & spiritussanctus habitat in uobis. Vnde quantuncuuque isti conuertantur, & agant pœnitentiam, semper tamen ramanent irregulares, & ad sacramenta conficienda, uel ministranda non admittuntur; sed cum Dauid templum DEO ædificare prohibentur. Septimi uiri sanguinei, qui prohibentur ædificare templum domino, sunt, qui CHRISTVM posuerunt in crucis patibulo. Si enim homi-

Ad Cor. 3.c.

Septimi viri sanguinei prohibiti ædificare templum domino.

cida est, qui ut priuata persona occidit peccatorem. Secunda secundæ.q. 64. quomodo non est homicida, qui occidit sanctum sanctorum, idest CHRISTVM? Si homicida est, qui occidit homicidam malo animo, ead. q. quomodo non est homicida pessimo animo occidens CHRISTVM sanctum? Si homicida est, occidens facto, uerbo, consilio. ead. q. quomodo non est homicida Pylatus sententiam proferens contra CHRISTVM, quem in conscientia sciebat esse innocentem? Si homicida est, qui consulit homicidium, quomodo non sunt homicidæ scribæ, & pharisei, ac principes sacerdotum persuadentes populo, ut Barrabam peterent, & CHRISTVM crucifigendum acclamarent, sanguinem autem suum supra se, & super filios suos inuocarent? Non ne principes sacerdotum, & summus pontifex Cayphas cum scribis, & phariseis sunt irregulares, licet dixerint; Nobis non licet interficere quemquam? quoniam animo occidendi CHRISTVM, eum accusauerunt, mortem persuaserunt, ad sententiandum falsò per minas Pylatum induxerunt, & non ne falso accusando, inquè testificando, peruersè instando culpabiliter persuadendo effunderunt sanguinem CHRISTI? Quomodo ergo permittuntur ædificare templum, qui templum soluunt? Et non ne potius debent repelli, sicut repulsi fuerunt inimici populi DEI à Zorobabel? 1.Exdrę.4 Hoc attestante templo, cuius uelum scisum fuit à summo usque deorsum. Et sic patet, quomodo uiri sanguinum probibentur ædificare templum domini

Octaui viri sanguinei prohibiti ædificare templum domino.

Octaui uiri sanguinei, qui prohibentur ædificare templum domino, sunt, qui sanguinem effundunt in homicidio, & sanguine proprio post uiros sanguineos effundentes sanguinem CHRISTI; *& sanguinem sanctorum martyrum.* R*estat dicere de irregularitate uirorum sanguineorum, qui effunderunt sanguinem proprium. Circa quod est notandum, quòd proprius sanguis accipitur multis modis. Primo modo per sanguinem compatriotarum; unde si malum est effundere humanum, quemcunque occidendo, peius est effundere sanguinem tuorum ciuium ex eo, quòd propter colligationem ciuilitatis plus obligantur tueri ciuem, & terrigenum, quàm forensem, & alienigenam secundum uirtutem pietatis, quæ reddit cultum parentibus, patriæ, & amicis.* Secunda, *secundæ.q.*102.*ar.*1.*in* R. *Sic ergo peccat, qui non iuuat proximum, cum potest, ut* 23.*q.*3. Non *inferenda.&.c.ostendit.&.q.*5.*c.reos.&.*Seconda, *secondæ.q.*60. *Ita grauius peccat, qui non iuuat ciuem, & compatriotam.* S*ecundo modo accipitur sanguis proprius pro sanguine paterno, uel materno; & sic grauiter peccauerunt filij duo* Salmanassar R*egis* A*ßyriorum, qui gladio effunderunt sanguinem paternum, patrem occidentes in templo domini sui orantem.* T*ertio modo accipitur sanguis proprius pro sanguine filiorum, & sic cum pater plus diligat filios, quàm filij patrem, uel matrem: sic plus peccant parentes occidendo filios.* S*econda, secondæ.q.*26.*ar.*9. S*ic ergo grauiter peccauit illa mulier, quæ tempore famis filium suum interfecit, & comedit cum socia.* Q*uarto modo accipitur*

Sanguis proprius sex modis accipitur. Primo modo.

Secundus modus.

4.Re.19. in fine.

Tertius modus.

4.Re.6.f

Quartus modus.

ſanguis proprius pro ſanguine uterino, & ſic duo fratres ſunt eiuſdem ſanguinis. Vnde dum unus frater effundit ſanguinem alterius fratris, ipſe effundit ſanguinem proprium, ut Cain occidendo Abel. Vt etiam Abſalon per manum ſuorum ſeruorum interficiendo Amon fratrem ſuum ex parte eiuſdem patris. Quinto modo dicitur ſanguis proprius per communicationem. Eſt enim communicatio ſanguinis uiri, & uxoris ad partum. Nanque in generatione filij uxor adminiſtrat ſanguinem purificatum, uir autem adminiſtrat ſemen à ſuo ſanguine deciſum. Vnde facta iſta communicatione ſunt duo in carne una. Quinimmo inquit dominus, ſunt una caro. Cum autem corpus mulieris quantum ad prolem ſit corpus uiri, quia mulier non habet poteſtatem ſui corporis, nec uir, ſic poteſt dicere uir de muliere. Hoc eſt corpus meum: & hic eſt ſanguis meus: & è conuerſo. Sin autem alter ipſorum alterum interficit, ſanguinem effundendo, poteſt dicere ſe effudiſſe ſuum ſanguinem proprium. Sunt enim pro conubijs una caro. 3.q.4.c. ſuſcitans. Qui uero interfecit, uxore priuatur 33 diſti.c. admonere. Sexto modo accipitur ſanguis proprius indiuidualiter pro ſanguine proprij corporis; & cum unuſquiſque teneatur magis diligere propriam uitam, quàm alienam, tam quo ad corpus, quàm quo ad animam. Secunda, ſecundæ.q.26.ar.4. ſic maximè peccat occidendo ſe ipſum.ea.par.q.64.ar.5.et ſic Saul grauiſſimè peccauit proprijs manibus, & proprio gladio ſe ipſum transfodiendo. Sic ergo omnes hi ſex modi, & ſimiles ſunt irregulares, & ab ædificatione templi

Gen. 4.b

2.Reg.13.e.f.

Quintus modus.

Gen.2.d

Matt.19.a

Sextus modus.

1.Re.31.b

domini tanquàm uiri sanguinei cum David sanguineo
Noni viri sanguinei prohibiti ædificare templum domino. repelluntur. Noni uiri sanguinei sunt, qui à domino repelluntur, et ædificare templum domino prohibentur. Sunt enim uiri proprium sanguinem effundentes, idolo sacrificando. Ad tantam dementiam descenderunt idolatræ, quòd non solum idolis sacrificabant oues, & boues, ac cætera animalia, sed etiam sacrificabant proprios filios. Et rex Moab, qui filium suum primogenitum regnaturum post ipsum supra muros ciuitatis obtulit in
4.Reg.4. holocaustum. Sed et si hic tam crudelis sanguineus fuit, quòd sanguinem filij sui primogeniti sic sacrificauerit, ut meritò (atteståte scriptura) fuerunt aquæ sanguineæ discurrentes per alueum siccum fluminis. eo. c. Non fuerunt minus sanguinei sacerdotes idoli Baal sacrificantes illi sanguinẽ ex propria carne effundendo cum lanciolis.
3.Reg.18. Vnde non immerito cum David prohibentur ædificare
Decimi viri sanguinei prohibiti ædificare templum domino. templum domino. Decimi uiri sanguinei, qui prohibentur cum David ædificare templum domino, sunt, qui effundunt sanguinem uoto indiscreto indiscretè consumato. Sicut DEVS est summè sapiens, et summa sapientia, sic amat sapientes sapienter uouentes, uel saltem uota indiscreta corrigentes. Exemplum habemus de Iepte
Iudith.2. duce, qui cum iret ad bellum contra hostes, uotum uouit DEO, quòd si in prælio fieret uictor, reuertens uictoriosus offerret DEO in holocaustum primum animal, quod sibi occurreret. Cum autem fuit reuersus, primum animal ei occurrens fuit filia, quàm obtulit DEO in holocaustum, quæ totaliter in fumum, & in cinerem fuit ab igne conuersa. Vnde testè Hieronymo iste Iepte

in uouendo fuit stultus, quia discretionem non adhibuit, & in redendo fuit impius, unde fuit sanguineus, & maxime quia occidit innocentem. Secunda secundæ. q. 88. arti. 2. arg. 2. Sic ergo habemus declaratum, quòd corpus CHRISTI assimilatur templo domini ratione prohibitionis. Quarto dico, quòd CHRISTI corpus assimilatur templo ratione consecrationis. Circa quam consecrationem notantur duodecim. Primo. n. figuratur. 2. in Hyerusalem mirabiliter situatur, tertio sine strepitu fabricatur. 4. soli DEO sacrificatur. 5. DEI præsentia declaratur. 6. DEI nomen inuocatur. 7. additus manifestatur. 8. DEVS adoratur, nono DEVS peccatoribus reconciliatur, decimo arca DEI in illo collocatur, undecimo consecratur, duodecimo ab omni populo ueneratur. Primo dico, quòd hoc sacrum templum figuratur loco, in quo constructum fuit. Hic nanq; est locus, in quo Iacob uidit schalam, & ait. Verè dominus est in loco isto, non est aliud, nisi domus DEI. Hic est dictus locus Bethel, et dictus Lazarus. Hic est locus, in quo Iacob construxit altare, atque uocauit locum domus DEI. Hic est locus, quem ostendit DEVS Abrahæ ad fabricandum altare, quo Isaac filium suum offerendo in sacrificium domino DEO immolaret. Hic est locus obitus Salem tempore Melchisedech regis Salem, qui obtulit Abrahæ panem, & uinum. Hic est locus dictus Iebus à Iebusco inhabitante usque ad tempus Dauid. Sed, & à Salamone ciuitas uocata est Hyerosolima, quo nomine uocat ipsam Matthæus dicens: quòd magi uenerunt Hyerosolymam. Communiter autem dicta est Hyerusalem

Christi corpus assimilatur templo ratione consecrationis.

In consecratione xij. notantur.

Prima cõparatio inter tẽplũ. & Christi corpus.

Gen. 28. c

Gen. 35. a

Gen. 22. a

Gen. 14. d

2. Re. 5. b

Matt. 2. a

in qua erat mons, in quo stabat Iebus, quo expugnato fecit Dauid domum suā cedrinam. i. de lignis de cedro, datis et paratis à rege Tyri, et Sydonis Hyram. Mons autem non amplius dictus est Iebus, sed Syon, ubi manens Dauid uocauit illam arcem ciuitatem Dauid. eo. c. Hic est locus, in quo apparuit angelus, qui peste depopulare uenerat ciuitatem Hyerusalem, in quo loco Dauid ædificauerat altare domino offerens sacrificium. Et in isto loco ædificatum fuit templum scilicet in Hyerusalem, & dixit Dauid. Hæc est domus DEI. Et licet per omnia supradicta nomina, & per omnia supradicta gesta figuraretur CHRISTVS, & ipsius gesta, præcipue in paßione: attamen ad præsens nolo ad propositum, nisi unum nomen. s. Hyerusalem, et nisi unum gestum scilicet templum. Quoniam sicut templum ædificatum fuit in Hyerusalem, sic CHRISTVS quantum ad corpus fuit organizatus in utero uirginis MARIAE, quæ comparatur ad Hyerusalem. Nam Hyerusalem interpretatur pax, uel uisio pacis. Sicut igitur Rex pacificus Salamon dilectus templum ædificauit in Hyerusalem, sic in utero uirginis gloriosæ à DEO fuit ædificatum corpus CHRISTI. Hæc autem uirgo est Hyerusalē pacifica, & uisio pacis. Quoniam & si inter corpus, & animam cuiuscunque hominis est rebellio, dum caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem, in ipsa uirgine inter utrunq; fuit commoda concordia, ita ut dicere posset. Cor meum, et caro mea exultauerunt in DEVM uiuum. Et si in cæteris hominibus corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam, illi animæ

2. Reg. c. 5. b.

2. Reg. c. 24. c

1. Paral. c. 22. a.

nullum grauamen dedit corpus, dum non solum anima illa sanctißima dominabatur sibi, sed etiam dominabatur corpori. Vnde non tantum fuit sine peccato mortali, sed etiam fuit sine ueniali, dum omnis eius uita, et actio semper intēta fuerit in domino. Fomes enim occultum, quòd in alijs sanctis per abstinentiam est debilitatum, quod inquam pluribus est ligatum, in ipsa uirgine per præsentiam filij DEI, *& per abundantiam spiritussancti, sicut per spiritum sanctum facta est mater* DEI: *ita fomes peccati in ipsa matre totaliter fuit extinctum. Vnde bene potest dici* Hyerusalem. *i. pax, uel pacis uisio, quia in ipsa fabricatum est per spiritum sanctum templum* DEI. *i. corpus* CHRISTI *filij* DEI *uiui. Vnde optimè per* Hyerusalem *figuratur. Secundo dico, quòd sicut templum consecratum est in* Hyerusalem *situatum, sic corpus filij* DEI *in uirgine est mirabiliter formatum, quoniam & si* DEVS *mirabiliter omnes infirmitates curauit, mirabilius omnes primos sensus à uirgine* MARIA *figurauit. Si mirabiliter* DEVS *sensus, & membra restaurauit, mirabilius in uirgine* MARIA *innocentiam restituit, dum maior fuit gratia in* MARIA, *quàm innocentia in Eua. Eua. n. innocentiam amisit,* MARIA *autem gratiam supra gratiam meruit. Si mirabiliter* DEVS *cœlum creauit, mirabilius in* MARIA CHRISTI *corpus concreauit. Per cœlum nanque creaturam corporalem conseruat, per* CHRISTVM *cœlum empyreum replet. Si mirabiliter* DEVS *per lucem rutilat splendorem corporalem, in* MARIA *refulget maiorem splendorem spiritualem. Quicunq; autem temptaret de*

Secunda comparatio inter templum, & Christi corpus.

tenebrosa carne, & ipsam pulcherrimam respexisset, ab ipso omnes tenebræ tentationum fugabantur: nec est hoc mirandum incredibile, quòd in ipsa erat DEI filius, lux mundi, lux, quæ in tenebris lucet, lux, quæ illuminat omnem hominem, lux uera & splendor æterni patris. Dum autem corpus CHRISTI in ipsa fabricatur, simul natura humana, & diuina contemplatur DEVM, & hominem. In una persona homo contemplatur, & gloriam sui corporis præstolatur. Ecce ergo quòd mirabiliter corpus CHRISTI in MARIA figuratur. Tertio dico, quòd sicut templum consecratum est cum silentio fabricatum, sic corpus CHRISTI. Vbi notandum quòd licet fuerit magnus numerus hominum laboratorum tam cædentium lapides, quàm dolantium ligna, quamq; conficantium lapides, & ligna, attamen nec malleus, nec securis sunt in templo audita, cum tamen essent qui portabant lapides, & ligna numero septuaginta millia, & cum essent, qui dolabant lapides in montibus octuaginta milia, et cum essent præpositorum, et laborantium tria milia sexcenti. Ecce quantum silentium, ecce quantum mirabile, cum quidam securi inciderent, quidam dolobra dolerent, quidam leuiga leuigarent, quidam clauos malleis conficarent cum celtre, quidam et malleo lapides sculperent. Certè hoc silentium fuit mirabile. Sed quàm mirabile silentium fuerit in templo CHRISTI .i. in ædificatione curporis eius audite. Tunc enim templum ædificatur consacrandum in Hyerusalem, quando in MARIA corpus CHRISTI concipitur. Ne autem malleus infamiæ audiatur, uel in-

Tertia cō paratio tē pli & corporis Christi.

3.Reg.6.a

iustus appareat accusator, uel falsus testis existat, uel sententia iudicis ad mortem lapidationis secundum legem condemnatis iniquè proferatur, à Ioseph desponsatur. Maluit.n.dominus aliquos de suo ortu, quàm de matris pudore dubitare. Sciebat.n. teneram esse uirginis uerecundiam, & lubricam famam pudoris, nec putauit ortus sui fidem matris iniurijs astruendam. Hæc Ambrosius, *& habetur.par.3.q.29.ar.1.arg.2.Vnde uirgo uirgini commissa per desponsationem conseruatur ab adulterij infamia, & ab iniqua sententia, & sic malleus, neque alius infamiæ strepitus non est auditus.*Tunc *sonitus mallei non auditur, dum occulta uirginitas utriusque.s.* Mariæ, *et* Ioseph *per occultum uotũ domino* DEO *consecratur.Secretè nanq; inter se uirginitatem perpetuam* DEO *uouerunt.p.3.q.28.ar.4.in* R.*& clarius arg. 3.Tunc sonitus mallei non auditur, dum inuenta grauida à* Ioseph, *non traducitur uolens occultè dimittere illam.Sed ab angelo excusatur, et partum à spiritusancto factum declaratur.Ait enim* Angelus.Ioseph *noli timere accipere* MARIAM *in coniugem tuam. Quòd.n. in ea natum est, de spiritusancto est.* Tunc *sonitus mallei non est auditus, cum grauida conceptu non grauatur, nec propter generationem gemit, quoniam sicut super aquas agilis ambulauit, sicut ex sepulchro subtilis resurrexit; sic agilis fuit in utero uirginis sine ponderis grauedine. Sic in eius uterum intrauit integris sigillis uirginitatis relictis. Tunc non est auditus sonitus mallei, dum in partu dolorem non sensit, immo sine dolore peperit; immo cum suauitate filium genuit*

Matth.1.c

par. 3.q.35.ar.6.Tunc non est auditus sonitus mallei, dum in prosequutione filij, & in paßione nemo sinistrum uerbum dixerit ei, nec de ipsa. Ecce igitur quomodo *sicut in ædificatione templi non est auditus strepitus mallei, sic in conceptione, uel natiuitate, nec in uita, nec in morte* CHRISTI *auditum est uerbum infame. Vnde bene corpus* CHRISTI *templo aßimilatur, dum consecratum sine sonitu, aut strepitu ædificatur.* Quarto dico, *quòd sicut templum consecratum soli* DEO *consecratur, ita in ipso soli* DEO *sacrificium sacrificatur.* In *templo enim erigitur altare, super quo non dijs falsis offertur sacrificium, sed soli* DEO, *& hoc in* Hyerusalem. Nanque *consecrato templo à Salamone per inuocationem* DEI *uiui obtulit in sacrificio bouum uigintiduo millia, ouium centum uiginti millia.* Altare *in templo consecrato est anima in corpore* CHRISTI. Hoc *altare quandocunque fuit sub diuo nullum habens coopertorium, nisi cœlum, ut quando* Noe *post diluuium ædificauit altare, super quo obtulit* DEO *sacrificium.* Vt *quando* Abraham *uiso, & audito* DEO *fecit altare, & obtulit* DEO, *qui apparuerat ei, sacrificium.* Vt *quando* Iacob *secundo* DEVS *apparuit illi in loco, in quo apparuerat primo.* Vt *quando* Moyses *habuit uictoriam contra* Amalech. Vt *quando altare collocatum fuit in tabernaculo per* Moysen *de lignis* Sethym. Vt Samuel. Vt Dauid. Quando *fuit in primo templo, ut tempore* Salamonis, *qui fecit altare æneum.* Sicut *autem altare est in templo* DEI, *sic anima in corpore* CHRISTI. *Sicut uero sacrifi-*

Quarta comparatio tépli, & corporis Christi

Gen.8.d

Gen.12.b

Gen.35.a

Exo.17.d

Exo.38.a

1.Reg.7. in fine.

2.Reg.6.

13.Re.8.g &.9.d

sia offeruntur DEO *super altare, sic nostræ orationes, nostræ elemosynæ, nostræ abstinentiæ, & omnia nostra bona offeruntur* DEO *super altare animæ* CHRSTI *in templo, idest in corpore* CHRISTI. *Quòd quidem templum* DEO *consecratur, dum pro peccatoribus crucifigitur, & usque ad mortem patitur, & sic templum consecratum continet altare, super quo soli* DEO *sacrificatur. Quinto dico, quòd* CHRISTI *corpus templo* DEI *assimilatur, quia cum consecratur,* DEI *præsentia declaratur. Vbi notandum, quòd cum Salamon perfecisset domum* DEI, *idest templum conuocato populo illud consecrauit domino, nomen domini inuocando, quo inuocato, & templo consecrato* DEVS *illum exaudiuit, ipsum quoque exauditum ostendit per signum. Nam sicut facto in deserto tabernaculo per Moysen,* DEVS *uolens ostendere Moysi, & populo, quòd sibi placeret, haberetq; gratum, impleuit quadam nube tabernaculum, per quod signum significauit, & approbauit illud tabernaculum sibi placere, & se paratum exaudire omnes effundentes ad illud suas orationes, & acceptare sua sacrificia. Similiter cum Salamon consecrasset templum, fecissetq; longam orationem pro se, pro toto populo, & etiam pro alienigenis, dominus significans ipsum exauditum, misit nubem, quæ impleuit templum, & quæ erat ita densa, et grossa, quòd sacerdotes in templo ministrantes non poterant se mutuò uidere. Vnde per illud signum* DEVS *declarauit suam præsentiam ibidem. Similiter ad nostrum propositum, cum in Hyerusalem, idest in uirgine*

Quinta comparatio templi & corporis Christi.

Ex.40.d

3.Reg.8.b

MARIA fuisset templum ædificatum, & consecratum, idest corpus & altare, idest anima. DEVS trinus & unus uolens hominibns ostendere suam præsentiam simul, & complacentiam non misit nubem, non caliginem, sed primo apparuit angelus pastoribus; secundo cum angelo facta est angelorum multitudo canentium. Gloria in altißimis DEO, tertio uenerunt reges per stellam directi, quarto spiritussanctus supra ipsum in specie columbæ stetit, & pater in specie uocis intonuit. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.

Lucæ.3.c Et hoc in baptismate. Cum similiter in transfiguratione, quando resplenduit facies eius, sicut sol, & uestimenta sua facta sunt alba sicut nix, apparuit spiritussanctus

Matt.17.a Mar.9.a in specie nubis lucidæ, et pater in uoce, & Moyses DEI legisfer, Elias ardens zelo DEI. Vnde non immerito dicimus corpus CHRISTI aßimilari templo, quoniam sicut templo ædificato, et consecrato per nubem DEVS ostendit suam præsentiam, sic supra CHRISTVM

Sexta cõparatio tẽpli & corporis Christi. ostendit per amplius, & per perfectius. Sexto dico CHRISTI corpus templo aßimilari, dum nomen DEI innocatur. Circa hoc est notandum, quòd cum Salamon ædificasset templum domino, illud consecrauit per inuocationem nominis DEI, qui promiserat, quòd nomen sanctum suum in templo illo, & loco staret electo. Et in

3.Reg.8. eodem loco promisit DEVS exaudire inuocantes nomen eius. Similiter certificauit Salamonem, quomodo

3.Reg.9.a ipse inuocando nomen domini erat exauditus, & iuxta suam postulationem sacrificauerat templum. Ad rem autem nostram redeuntes dico, quòd supra templum,

idest supra corpus CHRISTI inuocatum est nomen domini prius ab angelo, quàm conciperetur; deinde uocatum est à uirgine MARIA, quando nactus fuit circuncisus. Cui IESV datum est nomen. quod est supra omne nomen. s. DEVS filius DEI. 3. sent. dist. 33. c. 3. Quod quidem nomen iuxta Apostolum est tantæ dignitatis, tantæ potestatis, tantæ autoritatis, quòd in nomine IESV omne genuflectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum. Vnde ad huius nominis inuocationem exaudiuntur omnes fideliter inuocantes illud, et sic patet sexta comparatio templi, & corporis CHRISTI. Septimo dico CHRISTI corpus templo aßimilari, dum aditus manifestatur. Circa hunc aditum est notandum, quòd teste Nicolao de Lyra super psalmos. Doctores Iudæorum asserunt, quòd cum Salamon ædificasset templum illud, consecrauit, & inter cætera iußit arcam domini afferri de domo sua, & portari in tabernaculum, & sanctuarium, quod præparauerat in templo. Cum autem sacerdotes portantes peruenissent ad templum, hostium templi diuinitus fuit clausum. Sacerdotes autem cantauerunt hunc psalmum, in quo inter cætera habentur hic uersus. Surge domine in requiem tuam, tu, & arca sanctificationis tuæ, quem psalmum cum sæpius cantassent, tandem cum cantarent hunc uersum propter Dauid seruum tuum, non auertas faciem CHRISTI tui: tunc apertum fuit hostium templi, & sacerdotes cum arca intrauerunt. Ad huius uerbi expositionem noto, quòd quinque respectibus potest declarari, quare hostium templi fuit diui-

Lucæ. 2. d

Ad philip. 2.

Septima comparatio templi, & corporis Christi.

Psal. 131.

Psa. 131. b

Hostium templi quinque

nitus clausum, & apertum diuinitus. Primo exponitur *habendo respectum ad regem Salamonem.* Duo enim *erant consideranda in ipso.* Primum, *quod gloriam, quam habuit (quæ quanta fuerit, continetur in Paralipomenon.) Illam non habuit suis meritis, sed merito* Dauid *patris sui, cuius merito regnum totaliter non fuit ab ipso ablatum in semine suo, idest in filio, nec quo ad unam tribu in uita sua. Suo autem demerito, idest suo peccato idolatriæ post eius mortem regnum fuit scisum, & minor portiuncula remansit filio suo.* Maior autem *pars, idest decem tribus deuenit ad* Roboam *olim seruum suum.* Vt autem *ostenderet* DEVS *regi Salamoni, propter suum peccatum eum non mereri tantam gloriam, sed mereri ignominiam, & regni priuationem, ac damnationem æternam, idest expulsionem à paradiso cœlesti; ideo templi hostium fuit clausum diuinitus. Sed ut ostenderetur, quod propter meritum* Dauid, *& propter eius orationem, & psalmodiem, nec non propter* DEI *promißionem eidem* Dauid *factam, Salamon erat gloriosus, & demum erat ab idolatria conuertendus, ut factum fuit, fuit apertum. par. 3. q. 31. ar. 1. arg. 4. in fine. Secundo modo exponitur ista templi clausura, habendo respectum ad populum tunc præsentem, & ad promißionem factam patribus, quoniam ipse populus tunc fidelis erat futurus infidelis, & cum esset infidelis, bona, quæ habeat à domino, attribuebat idolis. Et hoc patet, quando adorauerunt uitulum conflatilem in deserto dicentes. Isti sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de Aegypto. Si autem populus perseuerabat in fide,*

[Margin notes: respectibus fuit clausum, & apertū, quando archa introducebatur. — Primus respectus. — 3. Reg. 4. — 3. Reg. 2. — 3. Reg. 2. d & 12. — Secundus respectus. — Exo. 32. b]

in fide, tunc habebat alium defectum, quia bona, quæ habebat à DEO DEI *bonitate, uel merito, aut promißione patrum, populus attribuebat suæ iustitiæ, & sanctitati, de qua præsumptione* Moyses *reprehendit populum, ostendens, quòd omnia, quæ dedit* DEVS *illi populo duræ ceruicis, & nihil boni meriti propter suas iniquitates,* DEVS *dedit propter suam bonitatem, propter promißionem factam patribus, propter* Hyerusalem, *quam elegit, propter sanctitatem patrum suorum.* Vt *ergo ostenderet* DEVS *populo huic tam præsumptuoso, quòd non propter sui iustitiam tantam gloriam daret illi* DEVS, *quam non habebat alius populus, ut patet in capitulis præalleg. ideo hostium templi clausum fuit, & ut ostenderet, quòd gloriam templi dabat propter suam bonitatem, & sanctorum patrum sanctitatem, ideo hospium templi fuit apertum.* Tertio *modo ista clausura exponitur habendo respectum ad populum non præsentem, sed futurum, qui licet esset tunc fidelis, dum construeretur templum, erat tamen futurus infidelis, & cito scilicet tempore* Ieroboam *quantum ad decem tribus.* Et *processu parui temporis quantum ad alias duas tribu scilicet tempore* Manases *filij* Ezechiæ. Ob *quam infidelitatem* DEVS *minatur populo destructionem ciuitatis, abhominationem templi, et tandem eius ruinam funditus. Sed quia non attenderunt ad minas factas etiam per ipsum* Dauid, Iuxta *prophetiam* Ieremiæ, *fuit populus ductus in seruitutem* Babiloniæ, *scilicet rex, mater, uxores, filij, & artifices, aurea, & argentea uasa, ciuitas fuit diructa, templum combustum, & omnia*

Deu.7.b. & 9.b.

Tertius respectus.

3.Reg.12. f.g.
4.Reg. 22.g.
1.Para.28
Ierem.29.

4.Re.24. c.et.2.Paralip.36.a Exdr,1,a passa sunt ruinam. Fuerunt autem reducti ad ciuitatem reædificatam, et templum restaurandum post annos .lxx. per Zorobobel. Hanc autem templi, et ciuitatis Hyerusalem destructionem uolens DEVS prænunciare, hostiũ templi fuit clausum, et ad prænunciandam reædificationem hostium templi fuit apertum, & sic patet tertia expositio. Quarto modo ista clausura exponitur habendo respectum ad CHRISTVM allegoricè, qui CHRISTVS dicit se ipsum hostiũ cum ait. Ego sum hostium. Vnde allegoricè exponendo, CHRISTVS est hostium huius ecclesiæ militantis. Quoniam igitur arca Noæ figurabat ecclesiam militatem in hac uita in diluuio peccatorum: sic hostium, quod debuit fieri in arca in latere deorsum, figurabat CHRISTVM, per quod hostium qui non intrat, sed ascendit aliunde, hic non est pastor, sed fur, & latro. Istud hostium est tantæ dignitatis, quòd CHRISTVS communicauerit hominibus deitatem, ut Moysi. Cum communicauerit filiationem .s. DEI dicẽdo Pharaoni. Noluisti dimittere filium meum Israel, ut seruiat mihi, ego interficiam filium tuum primogenitum. Cõmunicauit pastoralem autoritatẽ dicens Petro, et suis sequacibus. Tibi dabo claues regni cœlorum .i. ecclesiæ militantis. Nulli temen communicauit dignitatem, neque autoritatem hostiariam par. 3. q. 8. ar. 6. arg. 3. Sed declarato CHRISTVM esse hostium utriusq; ecclesiæ, declaremus, quomodo et quibus clauditur, & aperitur. Respondens dico, quòd clauditur infidelibus, Iudæis, qui in ipso scandalizantur; clauditur infidelibus paganis CHRISTVM stultitiam reputantibus; clauditur hæ-

Marginal notes: Quartus respectus. (beside "Quarto modo"); Ioan,10,b (beside "Ego sum hostium"); Gen,16,c (beside "arca Noæ"); Ioan,10. (beside "fur, & latro"); Gen,7. (beside "Moysi"); Exod,4,e (beside "Pharaoni"); Mat,16,c (beside "militantis. Nulli")

reticis CHRISTVM *deridentibus; clauditur scismaticis ecclesiam diuidentibus; clauditur excommunicatis dæmonia imitantibus; clauditur impœnitentibus ad* DEVM *non redeuntibus; clauditur non sperantibus diuinam bonitatem blasphemantibus. Quibus autem aperiatur, audite. Aperitur sincera fide credētibus; aperitur firma spe confidentibus; aperitur uera charitate diligentibus; aperitur peccatoribus uere pœnitētibus. Ecce quo modo declarata est clausura, et apertura hostij. i.* CHRISTI *allegorice habendo respectum ad* CHRISTVM, *et ad ecclesiam triumphantem qui ecclesiæ militantis est hostium. Quinto modo ista clausura exponitur habendo respectum ad* CHRISTVM, *et ad ecclesiam militatem.* Quintus respectus. *Vnde dominus noster uolens ostēdere, quòd erat hostium ecclesiæ triumphantis dixit. Ego sum hostium, per me si quis introierit, saluabitur, et ingredietur, et regredietur, et pascuo inueniet. Et subijcitur. Ego ueni, ut uitam habeant, et abundantius habeant. In quo uerbo confirmat se esse hostium ecclesiæ militantis, dum ait. Ego sum hostium, per me siquis introierit, saluabitur. Similiter* Ioan. 10. b *ostēdit se esse hostium ecclesiæ triumphantis, cum inquit, et ingredietur, et egredietur, et pascua inueniet. Ego ueni, ut uitam habeant, et abundantius habeant. Vbi notandum, ecclesiam triumphantem considerari in duplici statu. s. in statu gloriæ quantum ad animas tantum, & hoc usq; ad generalem resurrectionē: et in statu gloriæ quantum ad corpus unitum, et glorificatum, et hoc post resurrectionem. Quantū ad statum gloriæ cōmunicatæ animæ seperatæ à corpore ante resurrectionē hostiū clau-*

ditur, & aperitur, et hoc ratione cognitionis uespertinæ, & matutinæ, prout est in angelis, qui tunc cognoscunt esse rerum in propria natura, sic habent cognitionem uespertinam; quando uero cognoscunt esse rerum, quod habent in uerbo, sic habent cognitionem matutinam, quæ duæ cognitiones sic comparantur ad inuicem. Sic matutinum, quo pergimus ad lucem meridianam, & sic uesperum, quo pergimus ad noctem ut. par. 1. q. 58. ar. 6, & ar. 7. Etiam comparantur ad inuicem, sicut intrare, & exire, & sic ut claudere, & aperire: & sicut uidere faciem hominis in carne, & uidere imaginem faciei in speculo. Cum enim anima uidet esse rerum in uerbo, sic pergit ad lucem meridianam, cum autem cognoscit esse rerum in propria natura sic transit à luce meridiana ad uesperum, idest ad serotinum. Similiter cum cognoscit esse rerum in uerbo, sic dicitur intrare, cum uero cognoscit esse rerum in propria natura, sic dicitur exire. Similiter cum cognoscit res in uerbo, sic dicitur cognoscere propriè hominem facie ad faciem. Cum autem cognoscit esse rerum in propria natura, sic dicitur cognoscere hominem per imaginem in speculo, & ita cum cognosit esse rerum in uerbo, sic uerbum, idest CHRISTVS, ueluti hostium aperitur. Cum denique cognoscit esse rerum in propria natura, sic hostium, idest uerbum scilicet CHRISTVS aperitur, qui ait. Per me si quis intrauerit, ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet, idest facietatem in contemplatione uerbi, & cognitione esse rerum, quod habent in uerbo, & cognitionem rerum in uerbo, quod habent in propria natura.

Ecce quomodo est declaratum hostium claudi, & aperiri in statu, quem habet anima separata à corpore usque ad generalem resurrectionem. Similiter autem si consideramus animam quantum ad statum gloriæ post resurrectionem, quando erit unita corpori glorificato, cum contemplabitur gloriam suam, quàm habet cum DEO, *& clarè uidebit* DEVM, *sic hostium aperitur, & anima intrat, & facie ad faciem* DEVM *uidebit. Cum autem contemplabitur gloriam corporis, sic hostium clauditur, anima exit, et gloriam intuetur, quasi imaginem in speculo, utraque tamen uisio dicitur uita æterna, respectu damnatorum, qui resurgent ad ignem mortis gehennæ. Ideo inquit dominus, qui est hostium, quo intratur ad uitam, ego ueni, ut uitam habeant, & abundantius habeant. Sic igitur patet, quomodo quinto modo capitur ista templi clausura, & apertura. Similiter est declaratum, quomodo septimo* CHRISTVS *templo aßimilatur, dum additus manifestatur. Octaua comporatio* CHRISTI, *& templi est, quoniam sicut in templo, sic in corpore* CHRISTI DEVS *adoratur. Circa hoc est notandum, quòd sicut cognitio intellectiua præsupponit sensitiuam, teste Phil. in lib. de anima, sic inuisibilia* DEI *per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Sicut enim homines potentes, ut reges, ut promoueant mentes hominum ad ipsorum dignitatem, & reuerentiam quodam solemni cultu utuntur in uestitu, in famulorum comitatu, in insignijs, in palatijs, sic etiam* DEVS, *ut haberetur à populo in reuerentia quantum ad summum pontificem Aaron ip-*

Octaua comparatio templi et Christi.

Rom. 1.

sum figurantem eius habitum pontificalem eum induit
Exod.28. cum magna solemnitate. Similiter etiam ordinauit ta-
Exod.26. bernaculum cum magno apparatu. Et hoc quousque po-
pulus continuauit in peregrinatione & bellorum perse-
cutione. Cum autem populus fuit factus regum, & re-
ductus fuit ad statum pacificum, docuit occulte.i.per in-
spirationem Dauid regem facere templum solemnissi-
mum ad promouendum populum rudem ad DEI reue-
2.Reg.7. 1.Para.28 rentiam. Et exponuntur ad nostrum propositum. 1.2.
q.102.ar.4. in R. cum ar. 1. & 2. Templum autem
debuit esse solemne etiam, quoniam figurabat CHRI-
STVM, & maxime quantum ad corpus, quoniam sic
in tẽplo DEVS cœli adorabatur. Sic in corpore CHRI
STI ipsius diuinitas adoratur. Nanque propter multa
miracula, quæ fiebant ad uocem, & ad tactum ipsius,
multi adorabant ipsum, & in ipsum credebant. Vnde
sancta mater ecclesia non solum ipsum adorat, sed etiam
omnia, quæ à DEO petit, per IESVM CHRI-
STVM postulat, hoc est templum clausum, dum pa-
tiebatur ut purus homo dolores in corpore. Sed dum fa-
ciebat miracula, et dum omnis turba quærebat eum tan-
gere, quia uirtus de illo exibat, & sanabat omnes, erat
templum apertum. Ecce nunc apertum est templum
Apo.15.c tabernaculi testimonij. Opera enim miraculosa, quæ
operabatur, testimonia erant mirabilia testificantia,
quòd in templo idest in corpore CHRISTI uerè ado-
Nona cõparatio templi & Christi. rabatur DEVS, & sic patet octaua comparatio cor-
poris CHRISTI, et templi. Nono corpus CHRISTI
comparatur ad templum, quoniam sicut in templo, sic in

corpore CHRISTI peccatores DEO reconciliabantur. Circa hoc est notandum, quòd cum Salamon ædificasset templum fabricatum in Hyerusalem, ipsumq; consecraret inter cætera, quæ orando petierit à domino, fuit recõciliatio contra peccatores. Similiter CHRISTVS est templum, in quo peccatores reconciliantur DEO iuxta illud Apostoli. Reconciliati sumus DEO per mortem filij eius. Sicut enim peccatores reconciliabantur DEO, dum ibant ad templum, sic etiam cum pergunt ad CHRISTVM, et tanto plenius, quanto CHRISTVS est sacrificium DEO acceptißimum, qui per suum sanguinem remouit peccatum, quo DEVS erat ad iracundiam concitatus. par. 3. q. 49. ar. 4. in R. Decimo corpus CHRISTI templo aßimilatur, quoniam sicut in templo, sic in CHRISTI corpore arca collocatur. Vbi notandum, quòd Salamon in consacratione templi uoluit, arcam DEI in ipso collocari. s. in oratorio, quod in templo præparauerat. Arca in templo significat animam in CHRISTI corpore, quæ anima sicut arca de lignis sethim imputrebilibus. i. sine putredine peccati, ita in CHRISTO nullum fuit peccatum par. 3. q. 15. ar. 1. in R. Sicut arca erat deaurata intus & extra, sic anima ad intra, et per opera ad extra, gratia cuius plenitudo fuit in illa anima. ea. par. q. 7. ar. 9. De ista arca. i. anima CHRISTI inquit Ioã. Apertum est templũ DEI in cœlo, et uisa est arca testamenti in templo eius. Templũ. n. i. corpus CHRISTI in cœlo non cœleste, nec fantasticũ, sed terrestre, et uerum. par. 3. q. 5. ar. 1. Sed bene dicitur in cœlo, quia uirtute cœlesti. s. spiritussancti formatum

3. Reg. 8. d
2. Paral. d
Ad Rom. 5. b.
Decima comparatio templi et Christi.
3. Reg. 8.
Apo. 2. d

fuit ead.q.ar.2.arg.1.Et coelum fuit apertum, dum ipse, qui descendit de coelo secundum naturam diuinam primo ascendit super omnes coelos ed.ar. in R. Corpus CHRISTI, *& illud templum, de quo inquit* Ezechiel. *Filij hominis ostende domui Israel templum, & confundantur ab iniquitatibus suis.* Et *dicit idem: Introduxit me in templo, & mensus est frontem cubiti sex.*

Eze.43.b

Ez.c.41.a

Nota sex mensuras corporis Christi.

Quoniam templum, idest corpus CHRISTI *consideratur in sex statibus, idest mensuris, quarum prima est incarnatio, secunda est natiuitas, tertia est passio, quarta est resurrectio, quinta est ascensio, sexta est aduentus ad iuditium.* Bene *igitur est apertum templum* DEI *in coelo, idest corpus* CHRISTI *uerum, & uisa est arca, idest anima* CHRISTI, *in qua erat manna, idest facietas suauis, æterna, in qua erat uirga Aaron, legalis potestas regni, & sacerdotij, in qua erant tabulæ legis, idest plenitudo legis utriusque scilicet ueteris, & noui testamenti.* Sic *ergo uisa est arca, idest mysterium incarnationis, quo peccatores* DEO *reconciliantur.* V*nde patet decima comparatio* CHRISTI, *& templi* DEI *uiui.* V*ndecimo* CHRISTI *corpus templo* DEI *assimilatur. Sic.n. corpus* CHRISTI, *sicut templum* DEI *consecratur, ut sæpe replicatum est, quod Salamon ædificato templo illud ipse cum toto populo consecrauit, quæ consecratio figurabat consecrationem corporis* CHRISTI, *dum simul illud corpus fuit conceptum, & simul animatum par.3.q.6.per totum. Dum simul assumpsit animam, & corpus. ead.q. Dum simul fuit* DEVS, *& homo. ead.par.*

Vndecima comparatio templi & Christi.

q. 33. per totum. Dum simul CHRISTVS fuit conceptus, & sanctificatus ead. par. q. 34. art. 1. Dum CHRISTVS conceptus fuit uerus uiator, & uerus comprehensor ea. q. ar. 40. & sic apparet, quomodo comparatur templo DEI. Duodecimo CHRISTI corpus templo DEI aßimilatur, quia sicut templum, sic corpus CHRISTI ab omni populo ueneratur, cum hoc sit, quòd per paßionem suam omnes liberauit à culpa, omnes liberauit à pœna, omnes liberauit à potestate Dyaboli, omnes reconciliauit patri, omnibus aperuit ianuam paradisi. par. 3. q. 49. per totum. Et cum hoc sit quòd à patre cœlesti ipsi sit summè honoratus, dum iustè suum meritum ipse exaltauit, dando illi nomen, quòd est supra omne nomen, ut in nomine IESV omne genus flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum. ea. q. ar. 6. Sic patet, quòd est templum, quod ab omni populo ueneratur; de quo templo loquens Ioannes. Postquàm descripsit totam cœlestem ciuitatem dixit, quòd templum non uidit in ea. Dominus enim DEVS omnipotens templum illius est, & agnus, scilicet CHRISTI, qui scilicet in æternum gloriosus est templum cœlestis ciuitatis à cunctis gentibus uenerandum, non semel in anno, sed continuè per omnia sæcula sæculorum amen. Et sic per conclusionem habemus, quomodo CHRISTVS fuit absconditus in matre temporaliter, scilicet in utero, et quomodo est honorandus. Restat igitur declarare, quomodo fuerit in gremio matris honorandus. Cum uirgo gloriosa suum filium tenuisset absconditum in utero, sicut Hyerusalem

Duodecima comparatio templi & Christi.

Ap. c. 21. f

domini templum, ipsum tandem tenuit absconditum in gremio usquequo ipsa, & eius filius fuerunt inuitati ad nuptias, ubi suam diuinitatem manifestauit, dum primum miraculum fecit scilicet transmutando aquam in uinum, Ioan.2.a .s. in anno duodecimo. Quanta autem sit excellentia gloriosæ matris filium in gremio tenentis, manifestabitur narrando excellentiam filij in eius gremio sedentis. Sunt autem decem prærogatiuæ filij simul, & matris in gremio ipsum amplexantis. Prima prærogatiua CHRISTI, & matris gloriosæ est, quòd sicut CHRISTO nullus filius, sic MARIA uirgine nulla mater est prior. Ad declarationem huius prærogatiuæ est in primis ostendendum, quomodo CHRISTVS est omni filio prior, quòd sic declaro. Aeternum est prius temporali, ab æterno autem DEVS est pater filij, sed ex tempore est pater creaturæ.i. cuiuscunque filij, ergo per prius dicitur paternitas in DEO respectu filij, quàm respectu alicuius creaturæ, & eodem modo dico de filio respectu cuiuscunq; filiationis creatæ. Volens autem hoc declarare clarius accipio unum leonem ex una parte, & accipio unum hominem, qui propter suam audatiam uocetur leo, & interrogo uter istorum duorum magis propriè, et prius uocetur leo, et quia tota ratio naturæ leoninæ seruatur magis in illo animali.s. in leone, quàm seruetur in illo homine, qui solum dicitur leo per quandam similitudinem; sic ad propositum applicando omnes patres uocantur patres ratione filij, uocantur patres, & filij secundam quadam similitudinem ad paternitatem diuinam, et ad eandem filiationem,

Decem prærogatiuæ filij & matris.

Prima prærogatiua Christi, & matris.

ergo pater in diuinis, & filius per prius dicuntur in diuinis, quàm in creaturis. Et hoc est, quòd cõfirmat apost. cum ait, Flecto genua mea ad patrem domini mei IESV CHRISTI, ex quo omnis paternitas in cœlo, et in terra nominatur. Cum igitur sic filiatio, sicut paternitas per prius dicantur in diuinis, quàm in creaturis, sequitur, quòd sicut pater sumpto nomine essentialiter pro sancta trinitate, et sumpto nomine personaliter pro persona patris in trinitate semper est prius omni patre in creaturis, sic filius est omni creato filio prior. Sic igitur habemus primam partem huius prærogatiuæ, ut elicitur par. 1. q. 33. art. 3. in R. Quomodo autem uirgo gloriosa sit prior mater omni matre, uidetur difficilius ad probandum, cum in diuinis non detur maternitas, & cum in humanis, et cæteris creaturis multæ matres suam præcesserint maternitatem, sic igitur declarabitur. In materialibus causa materialis præcedit formalem, quoniam homo prius ædificat domum, quàm utatur domo, sic finis habens in moralibus ratione principij præcedit causam materialem, quoniã tu prius habuisti proficuum domus. i. finem, quàm ædificares domum. Vnde per prius in intentione est causa formalis, quàm causa materialis. Ad propositum autem, maternitas uirginis gloriosæ est quoddam figuratum, maternitas autem aliarum mulierum est figura, quæ per prius fit materialiter, et figuratum per prius fit formaliter. Vnde cum prima mulier fuerit uocata uirgo, quia de uiro suo sumpta, & tandem uocata fuit Eua, idest mater cunctarum gentium. Et quia sicut Eua erat mater multarum gentium corpora-

Ephe. 3. c
Gen. 2. d
Gen. 3. d

iter, & uirgo Maria erat futura mater per gratiam omnium iustorum, et omnium peccatorum: inde est, quòd Eua fuit mater figurans, & uirgo gloriosa fuit mater figurata. Sic igitur Eua præcessit MARIAM, ut causa materialis, ita in intentione diuina MARIA præcessit Euam, ut causa formalis, & finalis. Sicut ergo CHRISTVS MARIAE filius est filius, quo nullus prior, ita uirgo MARIA est prima mater prior omni matre. Clarius autem loquens adduco pro secunda figura uxorem patriarchæ Abrahæ, quæ primo ab homine uocata fuit Saray. Postmodum uocata fuit à DEO Sara, idest mater multarum gentium. Sicut igitur Isaac filius Saræ figurabat CHRISTVM benedictum, in quo DEVS erat benedicturus omnes gentes, sic Sara fuit figura figurans matrem CHRISTI .s. MARIAM, & licet Sara, ut figura præcessit MARIAM, ut causa materialis, attamen MARIA præcessit Saram, ut causa formalis. Sic igitur patet prima prærogatiua CHRISTI, & uirginis gloriosæ.

Gen.2.d. &.17.c.

Seconda prærogatiua Christi & matris.

Seconda prærogatiua CHRISTI, & matris eius .s. uirginis gloriosæ est, quia nullus filius est CHRISTO proprior creaturæ rationali, & irrationali domini filij DEI, sed impropriè, CHRISTVS autem propriè dicitur DEI filius secundum omnem perfectionem ueræ filiationis. Verbi gratia. Primo dicitur filius alicuius multum à longè per similitudinem uestigij tantum; cum autem in cunctis rebus reperiatur aliqua similitudo, & aliquod uestigium DEI, sic omnis creatura à remotis potest dici filius DEI. Quis est pluuiæ pater?

Sex modis dicitur filius.

Iob.38.c

aut quis genuit stilas roris? Et sic etiam omnis planta, omnis arbor, omnis creatura isto modo communi, et improprio potest dici filius DEI. *Secundo modo potest dici filius* DEI *secundum similitudinem imaginis, & sic creatura rationalis dicitur filius* DEI. *Cum autem in omni homine utriusque sexus fideli, & infideli electo, & reprobo in cœlo, & in inferno reperiatur imago* DEI, *sic omnes homines dicuntur filij* DEI, *ut dicit propheta. Non ne ipse est pater tuus, qui possidet, fecit, & creauit te? Tertio modo dicitur filius* DEI *iuxta similitudinem gratiæ, ut sunt omnes iusti, sine mortali peccato baptizati, qui ordinantur ad æternam hæreditatem gloriæ per munus gratiæ acceptum iuxta dictum Apost. Ipse spiritus reddit testimonium spiritui nostro,* Rom.8.c *quoniam sumus filij* DEI. *Quarto modo dicitur filius* DEI *homo in gratia confirmatus, qui iam in spe hæreditatem gloriæ possidet. Gloriamur in spe gloriæ* Rom.5.a *filiorum* DEI *par.1.q.33.ar.3.in* R. *Quinto modo dicitur filius* DEI *per participationem adeptæ gloriæ, & sic omnis beatus, qui est factus ad imaginem* DEI, *per naturam cum hominibus cũctis ad imaginem* DEI, *per gratiam prædestinationis æternæ ad imaginẽ* DEI, *per gloriam in patria dicitur filius* DEI. *Sexto modo dicitur filius* DEI, *quia imago* DEI, *& hoc modo proprie, & proprijssime* CHRISTVS *est filius* DEI, *qui non est ad imaginem* DEI, *sed est imago* DEI. *Iuxta illud Apost. Est imago* DEI *in-* Ad Colo. *uisibilis primogenitus omnis creaturæ. Nanque habet* 1.b. *in se omnem perfectionem similitudinis diuinæ, quam*

nullus alius filius habet; quoniam ipse habet cum patre identitatem naturæ, quam nullus hominum habet, 1.par.q.93.ar.1.arg.2. Et sic patet hæc CHRISTI prærogatiua scilicet quòd nullus est filius DEI proprior, & similiter nulla mater proprior gloriosa uirgine. Ad cuius declarationem est notandum, quòd quædam sunt essentialia, & accidentalia concurrentia ad maternitatem, in quibus omnes matres conueniunt, ut generatio, ut sanguis purificatus, ut partus, ut dolor, ut fœcunditas, quæ quinque sunt communia omnibus matribus, quoniam naturaliter non fit mater, nisi suscipiat uirile semen, nec fit mater, nisi deposita sterilitate per fœcunditatem, nec fit mater si ad corpulentiam geniti uir non administrat semen habens uirtutem generandi, nec fit mater, nisi per partum. Vnde quæ non parit, sed uel abhortum facit, uel moritur in puerperio, non dicitur mater, nec secundum diuinam sententiam parit sine dolore. Quod non est essentiale, sine quo non seruetur maternitas, sed est accidentale. Ecce; quòd habemus, quæ sunt communia omnibus mulieribus matribus. Videamus modo quæ sunt propria uirginis gloriosæ, quæ sunt. V. Prima est uirginalis rectitudo sine promnitudine carnali. Sicut enim fuit ita, & taliter in gratia confirmata, quòd non solum potuit non peccare, immo non potuit peccare Teste Giraldo ordinis minorum in suo compendio Theologiæ lib. 4. Rub. 3. ita tantam habuit rectitudinem animi ad uerginitatem, quòd omni promnitudine ad carnalem copulam erat libera. Vnde inquit angelo nuncianti maternitatem.

Quinque ad maternitatem concurrũt, in quibus omnes matres conueniunt.

Quinque proprietates virginis Mariæ, in quibus aliæ mulieres non conueniunt. Prima proprietas.

Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco? scilicet nec actu, nec habitu, nec proposito, nec promnitudine. Nam uirum non cognosco, idest nec cognoscere potero. Hæc autem habitudo sic fuit uirgini propria, quòd sicut proprium fuit CHRISTO esse redemptorem. par. 3. q. 48. ar. 5. ita proprium fuit uirgini MARIAE uirginalis rectitudo. Vnde sicut in alijs uirginibus datur inclinatio ad carnalem experientiam, ita in uirgine MARIA erat inflexibilis habitudo firmati propositi uirginitatis. Sic igitur cum in tali uirginitatis promptitudine sine promnitudine carnali, nulla mulierum poßit sibi communicare: patet, quòd talis uirginitas fuit ei propria, et sic habemus primam. Secunda proprietas est fœcunditatis limpitudo. Clara fuit fœcunditas Saræ, quæ in diebus suis proceßit sterilis usque ad annum nonagesimum, & in anno nonagesimo de uiro uetulo centum annorum concepit, & peperit filium Isaac per diuinam repromißionem. Clara fuit fœcūditas Rebech, quæ cum esset sterilis propter rationem uiri sui Isaac, dominus fœcundauit eam, & peperit uno partu duos filios. s. Esau, & Iacob. Clara fuit sterilitas Annæ, quæ post uotum factum domino concepit, & peperit Samuelem. Sed clarior fuit fœcunditas uirginis MARIAE, quoniam & si fuerunt illæ steriles, & à domino fœcundatæ, clarior tamen fuit fœcunditas MARIAE, quæ concepit filium, & facta fuit mater conseruata uirginitate, in qua uirginitatis fœcunditate cum nulla ei associetur, nec participet, & sicut unicus est DEI filius in diuinitate, & unicus in humanitate;

Secunda proprietas.

Gen. 25. c. & d.

1. Reg. 1. per totū.

Tertia proprietas. *ſic eſt uirgini* MARIAE *hæc proprietas propria ſcilicet uirginitatis fœcunda limpitudo. Tertia proprietas eſt gratiæ plenitudo. Multi homines, & multæ mulieres habuerunt gratiam* DEI *habitualem, & ſacramentalem infuſam, ſed de nullo; & de nulla mulierum dicitur, nec legitur, quòd ſit gratia plena, niſi tantum de glorioſa uirgine* MARIA, *& hoc dictum*

Lucæ.1.d *eſt ab Angelo. Quòd ſic declaro. Cum ignis in camara ſit principium caloris, quanto quis ignis eſt propinquior, tanto amplius participat de calore ſuo. Sic etiam in creaturis intellectualibus. Nanque angeli quanto ſunt* DEO *propinquiores, tanto magis participant de bonitatibus dominis. Modo cum* CHRISTVS *ſit principium gratiæ ſecundum diuinitatem autoritatiuè, ſecundum uero humanitatem inſtrumentaliter. quia teſte*

Ioan.c.1.b Ioanne, *gratia, & ueritas per* IESVM CHRISTVM *facta eſt. Et cum uirgo* MARIA *fuerit ſecundum humanitatem* CHRISTO *propinquior, ideo præ cæteris poſt* CHRISTVM *habuit gratiæ plenitudinem. Benè igitur dixit angelus. Gratia plena. par.3.q.27.arti.5.in R. Sed ut clarius loquar, diſtin-*

Primus gradus gratiæ. *guam plenitudinem gratiæ per gradus. Primus gradus eſt reſpectu ſui ipſius, & ſic dicimus, quòd fuit prima gratia in materno utero, in proprio utero, in cœleſti paradiſi utero habuit plenitudinem gratiæ contra omnem inculpabilitatem ipſam etiam habilitantem ad filij* DEI *maternitatem. In proprio utero, ſcilicet in filio* DEI *concepto, ex cuius præſentia habuit omnimodam gratiæ refulgentiam, ſicut quis includeret in ſe fontem*

luminis,

luminis, & omnis ſplendoris, ſcilicet ſolem. In utero cœleſti, ſcilicet eccleſiæ militantis habet gratiam conſumatam poſt CHRISTVM ſupra omnem creaturam exaltatam par.3.q.27.ar.5.arg.2. Secundus gradus plenitudinis eſt reſpectu filij DEI, quoniam ipſa illum habuit, qui à patre ut homo prædeſtinatus erat, ut non ſolum eſſet plenus gratia ipſum ſantificante, ſed etiam habuit ipſum habentem plenitudinem gratiæ ad omnem ſanctificationem iuxta illud Ioannis. De plenitudine enim omnes accepimus, ſcilicet ſicut uidimus eum plenum gratiæ, et ueritatis. Cum autem uirgo glorioſa fuerit propinquiſſima principio gratiæ, & gloriæ pleniſſima, ſicut in CHRISTO fuit gratiæ plenitudo ad aliorum omnium ſanctificationem, ita ipſa continuit in ſe ipſum funtem gratiæ.eo.ar.arg.1. Tertius gradus excellentiæ eſt reſpectu totius eccleſiæ militantis, quoniam & ſi.xij. apoſtoli ſimul cum MARIA fuerunt præſentes in monte Olineti, quando CHRISTVS aſcendit in cœlum. Ita uirgo MARIA fuit præſens in cœnaculo, quando uiſibiliter miſſus fuit ſpirituſſanctus. Et ſicut ſtetit ſpirituſſanctus ſuper ſingulos eorum, ita etiam ſtetit uiſibiliter in ſpecie ignis, & in figura linguarum ſupra MARIAM. Et ſicut apoſtoli habuerunt gratias gratis datas ſcilicet ſapientiam, ſcientiam, donum linguarum; ſermonem, et operationem miraculorum non ad prædicandum tantum in publico, ſed etiam in priuato. 2. 2. q.177.ar.2.arg.2. & .3. & clarius, & apertius par.3.q.27.ar.5.arg.3. ſic & MARIA. Et ſic patet tertia proprietas.

Secundus gradus gratiæ.

Ioan.1.c

Tertius gradus gratiæ.

Actu.1.b

Actu.1.c

Quarta proprietas.

Quarta proprietas est partus certitudo, quoniam ipsa sola concepit conceptum, perfecit conceptum perfectum, peperit, & quidem peperit non simplicem DEVM, *non simplicem hominem, sed simul* DEVM, *& hominem; & sic partus suus fuit filius* DEI, *& hominis, ita ipsa non dicitur solum mater hominis, sed mater* DEI, *& hominis. par. 3. q. 35. ar. 4.* Fuit enim *filius una persona in duabus naturis sine alicuius confusione ea. par. q. 2. ar. 5. arg. 2.* Et *sic patet quarta proprietas.*

Quinta proprietas.

Quinta proprietas est parturientis sollitudo, quoniam ipsa sola peperit sine dolore ea. par. q. 35. ar. 6. in R. *cum ar. 1. & 2. Sola sine obstetrice, sola sine adiutorio mulieris, sola sine balneo, sola peperit filium sine secundina fœcundi sanguinis depurati, quoniam sicut fuit prægnans sine corruptione, sic non indiguit sanguinis depuratione eo. ar. arg. 3. Sola uirgo, & mater, uirgo ante partum, uirgo in partu, & uirgo post partum. ea. par. q. 28. ar. 2. sic sola de spiritu sancto concepit ea. par. q. 32. ar. 2. Sola nihil in conceptione egit, sed tantum materiam præparauit ea. q. ar. 4. Sola ut pie credidit ecclesiæ super omnes cœlos, & super omnes angelos in anima, & corpore uiuo, & glorificato assumpta est.* Et *sic per has quinq; proprietates est declarata secunda prærogatiua* CHRISTI, *et gloriosæ uirginis* MARIAE *matris eius. s. quòd sicut* CHRISTO *nullus filius est proprior, sic nulla est proprior matri.*

Tertia prærogatiua Christi & matris.

Tertia *prærogatiua est, quòd nullus filius* CHRISTO, *nec ulla mater est uirgine in gloria mater uerior.* Ad *cuius declaratio-*

nem sunt notanda, quæ, & quot requiruntur ad ueritatem filiationis, & maternitatis. Sunt autem sex. Conditiones filiationis, & maternitatis sunt sex. *Prima est origo unius ab alio,* Nam unum planeta non est filius, nec mater alterius, quia non est origo unius ab altero, & hoc idem dico de angelis, inter quos non est origo unius ab alio, sed fuerunt à DEO creati par. 1. q. 61. ar. 2. in R. Prima cō ditio. *Secunda conditio, quæ requiritur ad filiationem, & maternitatem est origo à principio uiuente,* Secunda conditio. *& sic uermis nascens in cadauere non dicitur filius illius carnis putridæ, nec illa caro putrida dicitur mater illius uermis. Tertia conditio, quæ requiritur ad filiationem, & maternitatem est origo uiuentis,* Tertia cō ditio. *& propter hoc radius lunæ non dicitur filius lunæ, quia non habet uitam in se, nec luna dicitur mater radij, quia utrunque caret uita. Quarta conditio, quæ requiritur ad filiationem, & maternitatem est originis principium coniunctum,* Quarta conditio. *& propter hoc lapis præciosus, & aurum non est filius planetæ, quia genitum est in terra, & sydus siue planeta est in cœlo; nec mulier generans ex Turco ultra mare est mater Iudæi nascentis geniti ex muliere generante citra mare.*

Quinta conditio filiationis, & maternitatis est idemptitas naturæ, Quinta conditio. *propter quod uermis nascens in ligno non dicitur filius ligni, nec uermis nascens in uentre hominis dicitur filius illius hominis, quia non sunt eiusdem naturæ. Sexta conditio filiationis, & maternitatis est idemptitas naturæ specificæ,* Sexta cō ditio. *& sic homo dicitur filius mulieris, ex qua nascitur, quoniam in illa natiuitate da-*

tur origo, datur principium originis uiuens; datur origo uiuentis; datur principium originis coniunctum, datur idemptitas naturæ, & naturæ specificæ idemptitas. Eliciuntur par. 1. q. 27. ar. 2. Et in his. vi. conditionibus conueniunt omnes matres, et omnes filij naturæ humanæ. Sed restat septima conditio, quæ est propria filio MARIAE uirginis, & hæc est idemptitas naturæ non solum specifica, sed etiam indiuidua. Cum enim de ratione generantis sint, quòd generet sibi simile secundum formam, & cum in generatione diuina sit eadem forma generantis, & geniti: in rebus autem creatis non est eadem numero, sed specie tantum, sequitur, quòd nulla sit uerior filiatio, quàm filiatio CHRISTI filij DEI. 1. par. q. 33. arti. 2. argum. 4. in fi. Sed cum hoc sit, quòd in natiuitate filij DEI scilicet. CHRISTI, & filij MARIAE fuerit origo unius ab alio scilicet CHRISTI à MARIA, & cum hoc sit, quòd origo fuerit à principio uiuente, & cum hoc sit, quòd principium originis fuerit uiuens scilicet DEVS, & cum hoc sit, quòd principium originis scilicet spiritussanctus fuerit coniunctum; & cum hoc sit, quòd inter principium coniunctum detur idemptitas specifica scilicet matris, & filij secundum humanitatem, & inter patrem, & filium detur idemptitas formæ non solum specificæ, sed quid maius specie, idem numero, sed cum hoc sit, quòd natura mater detur mater talis partus, sequitur, quod sicut non datur filius CHRISTO uerior, ita non datur aliqua mater uerior, & sic tertia prærogatiua patet declarata. Quarta prærogatiua CHRISTI,

et uirginis MARIAE est, quòd sicut nullus est CHRISTO certior, sic nulla mater est MARIA mater certior. Similiter duo certificantur .s. filiatio CHRISTI, & maternitas gloriosæ uirginis MARIAE, et utraque certificatio præcellit omnem certificationem cuiuscunque filij, & cuiuscunque matris. Filiatio autem filij DEI simul manifestatur per maternitatem MARIAE, & maternitas MARIAE certificatur per filiationem CHRISTI. Fit autem hæc certificatio per .xiij. testimonia. Primum testimonium fuit Angeli Gabrielis filiationem filij DEI, & eius maternitatem annunciantis. Secundum testimonium fuit sancta Helisabeth, quæ salutata fuit à MARIA, & immediate spiritu prophetico repleta prophetauit dicens. Et unde hoc mihi, ut mater domini mei ueniat ad me. Tertium testimonium fuit Ioannis in utero exultantis ad præsentiam matris filij DEI, & ad præsentiam eiusdem DEI filij. Quatrum testimonium fuit angeli, Ioseph in somnis sic alloquentis. Ne tenceas accipere MARIAM coniugem tuam, quod enim in ea natum est, de spiritu santo est. Quintum testimonium fuit angeli filij DEI natum pastoribus denuntiantis, & eiusdem angeli cum magna angelorum multitudine canentis. Gloria in altißimis DEO, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Sextum testimonium fuit pastorum DEI uerbum quærentium, & puerum pannis inuolutum in præsepio inuenientium, quæ sine mora adorauerunt. Septimū testimonium fuit regum ductus stellæ CHRISTVM inquirentium, qui tandem docti per docto-

Quarta prærogatiua Christi, & matris.

Testimonia. xiij. certificantia Christi filiationē, & virginis Mariæ certā maternitatem.

Primum testimonium. Lucæ.1.d

Secūdum testimonium. Lucæ.1.e

Tertiū testimoniū. Luc.c.1.e

Quartum testimonium. Matth.1.c

Quintum testimonium. Lucæ.2.e

Sextum testimonium. Lucæ.1.c.

Septimū testimonium. Matth.2.a.b.

res CHRISTVM inuenientes eum in gremio matris adorauerunt. Octauum testimonium fuit sancti Symeonis CHRISTVM in suis brachijs tenentis, & eum dominum suum confitentis. Nonum testimonium fuit sanctæ Annæ uiduæ de CHRISTO in templo prophetizantis. Decimum testimonium fuit angeli in somnis Ioseph admonentis ut puerum, & matrem acciperet, & fugeret in Aegyptum, quoniam Herodes ipsum quærebat ad occidendum. Vndecimum testimonium fuit angeli iterum in somnis Ioseph apparentis, annunciando mortem Herodis, & suorum consultorum, qui quærebant mortem CHRISTI. Duodecimum testimonium fuit omnium doctorum admirantium de suis petitionibus, atque responsis, quando MARIA, Ioseph ipsum perdiderant. Tertiumdecimum testimonium fuit spiritusſancti in baptismate in specie columbæ apparentis, stantisq; super caput eius. Ecce habemus.xiij.testimonia certificantia CHRISTI filiationem, & MARIAE maternitatem, quæ testimonia sunt tantæ autoritatis, quòd merito possumus concludere, quòd sicut CHRISTO nullus filius est certior, ita nulla mater est MARIA certior mater.

Octauum testimonium. Lucæ.2.e
Nouum testimonium. Lucæ.2.f
Decimũ testimonium. Matt.2.c
Vndecimum testimonium. Matt.2.d
Duodecimum testimonium. Lucæ.2.b
Tertiũdecimum testimoniũ.

Quinta prærogatiua est, quòd sicut CHRISTO DEI filio, sic nullus, & nulla uirgine gloriosa sanctior. Antequam de sanctitate loquamur, comparemus sanctitatem unius ad sanctitatem alterius, primo audiatur significatio huius uerbi sanctitas. Vnde dico, quòd exponitur tribus modis primo sanctus idem est, quòd mũdus. Græcè nanque dicitur agios.i.sine terra. Secundo modo

Quinta prærogatiua Christi, & matris.
Sanctitatis triplex significatio.

idem est, quòd firmus. Vnde quæ legimus, & firmantur, sancta dicuntur. Tertio modo sanctus idem est, quòd san guine tinctus. 2.2.q.81.ar.8.in R. Sin autem sanctus idem est, quod mundus, scrutemur, si quem poßimus inuenire sanctiorem CHRISTO, nec inueniemus aliquē, cuius munditiā CHRISTVS non excedat. Si.n. damus munditiam sanctificationis, secundum hanc excedit omnes sanctificationes, mundos, quoniam alij sanctificati de peccatoribus facti sunt sancti. Ipse uero de non sancto non est factus sanctus, sed simul fuit conceptus, et sanctus .i. sanctificatus. pa.3.q.34.ar.1. Sin autem damus munditiam à peccato, fuit ipse mundißimus ab omni peccato. ea.par.q.3.ar.1. immo mundißimus fuit à fomite peccati. ea.q.ar.2. Si uerò damus munditiam secundū splendorem gratiæ sic omnes participantes gratiam ipse excellit, uidimus nanq; (inquit Ioānes) plenum gratiæ. Ita Ioan.1. nanq; fuit gratia plenus, quòd de eius plenitudine omnes accepimus. ead.par.q.7.ar.9. Si quidem damus munditiam secundum progeniem nobilem, et præclaram secundum multorum ascendentium antiquitatem quis CHRISTO nobilior, qui ascendit per multas generationes, in- Lucæ.3. ter quas fuerunt duces, & reges. ea.par.q.31.ar.3. Si igitur damus munditiam secundum parentes optimos, non ne optimi fuerunt tres patriachæ, ex quibus ipse sumpsit carnem humanam scilicet Abraham, Isaac, & Iacob par. 3. q. 31. ar. 8. Sin autem dicat quispiam, quòd ipse participat maculam cum antiquis patribus, qui fuerunt peccato maculati, ut Adam, & sui descendentes, ex quibus filius DEI est incarnatus; nec

sic contraxit maculam, quoniam non descendit à patribus peccatoribus secundum uirtutem sactimonialem, sed tantum secundum uirtutem corporis.ea.par.q.3.ar.1.
Exe.43.a arg.2. Et tunc ita mundum præuidit in figura Ezechiel dicens. Ecce gloria DEI Israel ingredebatur per uiam orientalem, et uox erat ei quasi uox aquarum multarum, & terra splendebat à maiestate eius, à gloria domini, idest splendor significans præsentiam DEI ingrediebatur per uiam orientalem scilicet diuinitatis, & terra, idest humanitas splendebat à maiestate eius. Sicut enim CHRISTVS uiator, et compræhensor quandoq; prout erat expediens permittebat humanitatem pati, & gloriam celabat, stans compræhensor absconditus; ita quandoq; et miraculosè diuinitatis præsentiam permittebat manifestari. Audiuistis primum sanctitatem CHRISTI, audiamus modo, quomodo ipsa munditia est prima sanctitas uirginis MARIAE, in qua post CHRISTVM ipsa excellit omnium hominum munditiam. Si enim dantur mundi per sanctificationem in maternis uteris, qui propter sanctificationem nunquam peccauerunt mortaliter, uirgo MARIA in sui sanctificatione sic fuit munda, quòd nunquam peccauit mortaliter, nec uenialiter pa.3.q.26.ar.4.in fi.R.et ar.6.arg.1. Si dantur mundi per gratiæ plenitudinem quantum ad statum, ad quem quis eligitur, ut Stephanus ad disputandum, & primo ad sustinendum martyrium; CHRISTVS uerò ad redimendum genus humanum; uirgo autem MARIA electa ad pariendum, & concipiendum ipsum redemptorem, ideo præ omnibus fuit

Prima sanctitas scilicet virginis munditia.

plena gratiæ, et nitida munditia par. 3. q. 7. ar. 10. arg. 1. Si dantur mundi per nobilem progeniem super omnes MARIA est nobilis, & præclara de stirpe sanguinis regalis scilicet regis David, et Salamonis par. 3. q. 31. ar. 2. in R. cum ar. 1. in fi. Si dantur mundi nati de parentibus sanctis, MARIA clarißima fuit, quoniam filia fuit sanctißimorum Abraham, Isaach, & Iacob. ea. q. arg. 8. Nec obstat de Salamone, quoniam ipse, & cæteri reges numerati in Geneologia CHRISTI quandoque fuerint peccatores, tandem fuerunt conuersi. ea. q. ar. 3. arg. 4. Ecce quomodo habemus declarationem huius quintæ prærogatiuæ, in qua declarauimus, quòd sicut nullus fuit sanctior CHRISTO, idest mundior, sic nullus fuit post CHRISTVM mundior uirgine MARIA. Sed quoniam quidam pié moti, & cum reuerentia gloriosæ uirginis MARIAE asserunt, quòd sicut Adam, & Eua in statu innocentiæ procreassent filios cum originali iustitia, sic uirgo gloriosa per sanctificationem in utero. Vnde uolunt, quòd gratia sanctificationis id operetur in MARIA, quod donum originalis iustitiæ in Adam, & Eua, ut recitatur par. 3. q. 27. ar. 3. in medio in R. Et hoc uolunt quantum ad totalem remotionem fomitis. Ideo ad huius declarationem, quæ fuit maior munditia, an munditia Euæ in statu innocentiæ, an munditia uirginis gloriosæ in statu sanctificationis? Vt autem id clarius eluceat, dicam particulariter dona innocentiæ, & dona gratiæ sanctificationis. Primum donum in statu innocentiæ fuit dominium paßionum; unde ratio nulla paßione mali, uel

Quæ maior munditia Euæ in statu innocentiæ, an Mariæ in sanctificatione.

Dona tria data Euæ in statu innocentiæ.

boni præsentis, aut futuri fuisset præuenta, sed omnes præuenisset, et imperasset. 1.par.q.95.ar.2.in.R. Secundum donum innocentiæ est generatio per coitum sine libidine, quoniam sic illa membra genitalia, & concupiscentia fuissent obedientia rationi, sicut cætera membra corpori. ead.par.q.98.ar.2.in fi. R. Tertium donum est proles iusta, quoniam procreassent filios cum originali iustitia. ea.par.q.100.ar.1. Videamus dona, quæ habet gloriosa uirgo MARIA *in sanctificatione. Primum donum fuit donum rationis, quo appetitus sensualitatis totaliter subiciebatur rationi, & ratio liberè sine impedimento paßionum adhærebat* DEO *in* DEO *confirmata. Hoc autem non habuit Eua scilicet, quòd in statu innocentiæ ipsa fuerit confirmata, ut patet per effectum, quia fuit à* DEO *separata per peccatum contra* DEVM *peccando mortaliter. 2.2.q. 163. per totum. Beata autem uirgo fuit per gratiã sanctificationis confirmata, cuius confirmationis tria obtinuit secundum Giraldum superius allegatum. Primum est inseparabilis coniunctio rationis ad* DEVM, *et propter hoc non poterat peccare mortaliter. Secundum est inflexibilis subiectio inferiorum potentiarum animæ sub imperio rationis. Vnde Bernardus ubi sic confirmata non poterat peccare etiam uenialiter. Vnde August. Scimus.n. quòd omnis* MARIAE *uita, & actio semper intenta fuit in domino. Tertium est indiuißibilis conuersio actualis totius hominis in* DEVM, *quando homo diuina dulcedine affectus ex toto corde, ex tota anima, ex omnibus uiribus semper actu tendit in* DEVM, *& in*

Quatuor dona virginis Mariæ in statu sanctificationis. Primum donum rationis.

Bernard.

August.

quocunq; alio in quantum in ipso reducet DEVS, hic autem gradus non datur perfectè in hac uita, quoniam ex diuina fruitione causatur. Sed in hac uita tanto perfectius habetur, quanto diutius mens humana in DEO delectatur, ut beata uirgo MARIA. Vnde in hoc gradu nemo fuit ipsa perfectior. Secundum donum, quod uirgo MARIA habuit in sua sanctificatione fuit generatio sine coitu, in quo dono excessit Euã, et quã unq; aliam, quoniã Eua tantum habuit, quòd potuit generare sine libidine, sed beata uirgo MARIA genuit sine libidine, & sine coitu. Tertium donum, quòd MARIA habuit, fuit filius non solum conceptus, & natus cum originali iustitia, sed sanctificatus, & confirmatus in gratia; sic sanctificatus, quòd esset aliorum sanctificator, parte.3.q.34.ar.3.in fi.R. Quartum donum, quod uirgo MARIA habuit in sua sanctificatione, fuit repletio cœli. Eua nanque data fuit uiro in adiutorium ad replendam terram; unde dictum fuit utrique. Crescite, & multiplicamini, & replete terram, MARIAE autem uirgini datum est, ut repleat cœlum, & hinc est, quòd tota terra repleta inhabitatur, dum humana creatura dilatatur. Quòd est magnum, sed est maximum, quòd cœlum repletur, fides ubiq; diffunditur, euacuatur limbus, purgatorium refrigeratur, infernus conquæren do ululat, omne genus cœlestium, terrestrium, & infernorum filium in gremio uirginis adorat; dum ipse filius sanguinem extratum de uirgine matre super crucem effundens omnes aspergit, cõfirmat debiles, et matris sancti tatis munditia omnibus splendet, omnes illuminat, omnes

Secundũ donũ fuit generatio

Tertium donum.

Quartum donum.

Gen.2.

confortat; & sic patet quinta prærogatiua scilicet quòd sicut CHRISTO nullus filius, sic uirgine MARIAE matre, nulla sanctior. Vnde patet prima, secunda, & tertia sanctitas. Sexta prærogatiua CHRISTI, & uirginis MARIAE fuit, sicut CHRISTO DEI filio, sic uirgine MARIA matre eius nullus, & nulla fuit fœcundior. Ad huius declarationem est in primis iuestigandum, qui fuerunt fœcundi, secundo quæ mulieres fuerunt fœcundæ; deinde faciemus comparationem, & applicabimus ad propositum. Fuit primo fœcundus Adam primus parens, cui factum fuit præceptum crescendi, & multiplicandi, & replendi terram. Secundo fuit fœcundus Noe, & tres filij eius, quibus post diluuium dictum fuit secundo. Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Tertio fœcundus fuit Abraham, cui dictum fuit à DEO. Respice cœlum, & numera stellas, sic erit semen tuum. Quarto fœcundus fuit Isaac, qui orauit pro fœcunditate Rebech uxoris suæ sterilis, & genuit Esau, & Iacob uno partu. Quinto fœcundus fuit Ismael quia de lumbis eius exierunt duodecim duces. Sexto fuit fœcundus Iacob, qui genuit.xij. patriarchas, & cum intraret Aegyptum, duxit secum animas septuaginta. Et tam fœcundus fuit Iacob in filijs suis, quòd in exitu Aegypti fuerunt annumerati à.xx. annis supra filij Israel sexcentamilia tria milia quingenti quinquaginta, exceptis leuitis, & exceptis paruulis usque ad uigesimum annum, & exceptis mulieribus. Cum autem propter peccatum murmurationis perisset tam magna multitudo iuxta iudicium DEI.

Sexta prærogatiua Christi, & matris.

Sex patres fœcundi.

Gen.9.a

Gen.c.13.d.et.c.15.a

Gen.46.a b.& Exo.1.a.

Num.1

per.40.annos, quibus steterunt in deserto tot nati fuerunt, quot mortui sunt in deserto. Ecce *audiuistis fœcunditatem patrum, & matrum, filiorumq; ueteris testamenti, audite modo fœcunditatem* CHRISTI, & *uirginis* MARIAE. *Nota igitur, quòd si* CHRISTVS *debet esse fœcundus, oportet, quod sit pater, similiter si uirgo debet esse fœcunda, oportet, quòd sit mater. Vt autem utrunq; declarem, dicam primo de fœcunditate* CHRISTI, & *consequenter de fœcunditate uirginis* MARIAE. *Primo de fœcunditate filij dico, quòd* CHRISTVS *dicitur pater scilicet futuri sæculi. Sicut enim pater in generatione filij præparat semen decisum à sanguine, & in quo consistit uita, sic* CHRISTVS, *ut uerus pater futuri sæculi ad esse, & uiuere filiorum apposuit suum sanguinem. Nanque aperto latere fluxit aqua baptismi, & sanguis sacramenti Eucharestiæ, quæ sacramenta habent uirtutem à passione* CHRISTI *par.3.q.62.ar.5. Cum autem teste philosopho ex eisdem uiuamus, & substentemur scilicet sanguinibus, quibus sumus, sic constat, quòd omnes nascimur, ac nutrimur sanguine* CHRISTI *in baptismate* CHRISTI, & *sacramento sui corporis. Vnde apparet, quòd sit pater. Sed Isaias in autoritate allegata non solum dixit, quòd uocaretur pater, sed etiam adiecit, quòd uocaretur pater futuri sæculi. Videamus quod est illud futurum sæculum, ad quod declarandum dico con Dyonisio in lib. de Ecclesiastica Ierarchia, quòd triplex est hominum status. Primus est status ueteris legis, secundus nouæ legis, tertius gloriæ*

Nũ.14.e. &.26.a.

Fœcunditas Christi, & Mariæ.

Isaiæ.9.b.

Isai.q.9.b.

Triplex est hominũ status.

non in hac uita, sed in futura. Primus autem .s. ueteris legis est figura secundi .s. legis nouæ. Secundus est figura tertij. 1.2.106. art. 3. arg. 1. Primus autē status est imperfectus respectu secundi, et in hoc statu sicut in primo sæculo erat Isaias, quando prophetizabat dicens, quòd CHRISTVS uocaretur pater futuri sæculi .s. status, uel sæculi futuri testamenti. Quod sæculum, siue status habet imperfectionem respectu tertij .s. gloriæ. Vnde sicut ostendit pater CHRISTVM esse suum filium in baptismate dicens. Hic est filius meus, ita & baptizatos ostendit filios scilicet adoptiuos per gratiam, & similiter ostendit esse filios in gloria tam corporis, quàm animæ in generali resurrectione, quando iterum in trasfiguratione idem pater inquit. Hic est filius meus. Sic igitur CHRISTVS, qui in eius paßione, & sanguinis effusione nos dilexit, quòd nos lauit à peccatis nostris in sanguine suo. Et pater futuri sæculi, idest noui testamenti, & status gloriæ scilicet ultimi post generale iudicium. Est autem fœcundus, & cunctis fœcundior per filiationis eminentiam, quoniam, & si sancti patres ueteris testamenti fuerunt fœcundi, non fuit eorum fœcunditas, nisi corporum mortalium, CHRISTVS uerò est pater fœcundus animarum immortalium, & corporum immortalium per gratiam, & gloriam in generali resurrectione. Sed quia uirgo fuit uera mater CHRISTI. par. 3. q. 35. ar. 4. & sine uirili semine, tantum suum administrando purißimum, atque sacratißimum sanguinem, sic fuit fœcunda, quòd illum genuit, & peperit, in quo omnes

Matt. 3. d. & Mar. 1. b.

Mat. c. 17. 2. Mar. 9. b. Lucæ. 9. d

Apo. 1. c

Isai. 9. b

fœcundantur. Vnde ſicut reſpectu præcioſi ſanguinis filius eſt omnibus fœcundior, ita ipſa præ cunctis eſt fœcundiſsima, & ſic patet ſexta prærogatiua.

Septima prærogatiua eſt, quòd ſicut nullus filius eſt CHRISTO utilior, ita nulla mater eſt MARIA matre utilior. Ad huius utilitatis declarationem eſt diligenter inueſtigandum, quid eſt illud, quod maximè proficiat, uel noceat regno, ciuitati, oppido, caſtro, uillæ, domui, uel familiæ, & dico, quòd unum maximè nocens eſt ſcilicet ſeditio, uel ſcima, ſeu diuiſio iuxta illud CHRISTI. Omne regnum in ſe ipſum diuiſum, deſſolabitur, & domus ſupra domum cadet. Ad quod declarandum procedam per contrarium, cum enim intellexerimus, quantum bonum ſit unio, ſciemus faciliter quantum malum ſit diuiſio. Teſte nanque philoſopho .i. Metha. Id, quod eſt maximè ens, & maximè uerum, eſt cauſa omnis entis, & ueri. Hoc autem eſt DEVS, ex quo omnia per ipſum, & in ipſo, et ita concluditur, quòd ſit neceſſe ante omnem multitudinem ponere unitatem. Nulla enim eſt multitudo non participans uno inquit Dyon. de diuini. nomi. c. ulti. Omne enim quod eſt, tam diu manere, & ſubſiſtere poteſt, quamdiu unum fuerit. Ait Boetius de conſola. Cum uero DEVS non creauerit omnes homines ſimul, ſed unum tantum, ex quo omnes quid intellexerunt dicere, reſpondet Auguſtinus de ciui. Dei. c. 12. et. 21. Dicit. n. creauit dominus unum non ſolum dimittendnm, ſed ut eo uæhementius commendaret unionem pacis, & concordiæ. Sicut autem DEO placet unio, ita dyabolo placet diuiſio, quoniam in unio-

Septima prærogatiua Chriſti, & matris.

Sicut pax & vnio profunt regno, ita diuiſio nocet.

Luc. c. 2. c

ne omnia conseruantur, & crescunt, in disunione uerò omni patent ruinæ. Est ergo studium dyaboli suscitare discordias, scisinata, & diuisiones; sic studuit facere in deserto per Chore, Dathan, & Abhiron. Hanc uiam
Nũ.16.d diuisionis docuit dyabolus Absalon contra patrem proprium concitando populum. Nam fecit sibi currus, & equites, & quinquaginta uiros, qui precederent eum, et mane consurgens stabat iuxta introitum portæ, & omnem uirum, qui habebat negotium, ut ueniret ad regis iudicium, uocabat Absalon ad se, & dicebat, de qua ciuitate es tu? qui respondebat ex una tribu Israel, ego sum seruus tuus, respondebatq; illi Absalon. Videntur sermones tui boni, & iusti, sed non est, qui audiat te. Constitutus à rege (dicebat Absalon) quis me constituet principem super terram, ad me ueniant omnes, qui habent negotium, & iuste iudicem. Sed cum accederet homo ad eum, ut salutaret eum, extendebat manum suam, & osculabatur eum. Tandem tractauit per seditionem
2.Re.15.a expellere patrem, & auferre ab ipso regnum. Et cum Absalon fuisset mortuus, hanc seditionem tentauit dyabolus per Adoniam fratrem supradicti Absalon. Audi-
3.Reg.1.a. uistis quàm sollicitè dyabolus tentat diuisionem in regimine, audite modo quomodo DEVS pro bono regni, & cuius libet communitatis procurat unionem. Nanque per Dauid fuit untus Salamon in Regem, ipsumq; Rex
3.Re.1.f.g Dauid adorauit. Vnde ut regeret populum pacificè, de-
3.Rge.3. a.b. dit ei dominus maximam sapientiam. Et regnum suum dilatauit regendo Iuda, & Israel pacificè, & unitè ita, ut omnes reges circunstantes mitterent sibi munera. Et

sic

sic habemus quomodo diuisio est causa destructionis regni, sicut unio est causa amplificationis. Vtilitas huius regni attribuitur Salamoni, & Bersabæ matri eius. Salamoni tanquã principali post dominũ, Bersabeæ uero tanquam procuranti. Cum enim frater Salamonis ex parte patris scilicet Adonias usurparet sibi regnum, Dauid patre suo hoc ignorante, Bersabeæ consilio prudentum docta introiuit ad regẽ dicens. Nõne tu domine mi Rex iurasti mihi, quòd post te regnaret filius tuus Salamon? 3.Reg. c.1.c. *Et ecce Adonias regnat. Vnde hoc cognito Dauid instituit regem Salamonem filium Bersabeæ, & sic utilitas regni pro uno respectu fuit à Salamone, & pro alio fuit à matre. Salamon in sacro eloquio ueteris testamenti figurabat* CHRISTVM, *Bersabeæ figurabat* CHRISTVM *uirginem quantum ad utilitatem. Sed sicut Salamon fuit utilior cunctis regibus populi* DEI, *sic* CHRISTVS *fuit utilior præ cunctis regibus, & ducibus, & similiter uirgo* MARIA *fuit utilior Bersabeæ, & cunctis matribus. Sed quia ad utilitatem regni cœlestis concurrunt* CHRISTVS, & MARIA *mater eius, erit pulchrum audire, & intelligere, quomodo concurrant simul ad utilitatem tam præclaram* CHRISTVS, & MARIA. *Audiant ergo, qui habent aures audiendi. Bonum utile capit extimationem, & quanto est maioris utilitatis, tanto maius præcium succedit ei, ita quòd magnum prætium indicat magnitudinem utilitatis. Cum autem salus cœlestis regni sit unum bonum maximæ utilitatis, magno præcio est extimandum.* Hoc autem

Vtilitas totius mũdi attribuit Christo, & matri eius.

præcium est sanguinis, et non cuiuscunque, sed CHRISTI, *de quo præcio sanguineo locuturus sum latius, quàm in præcedentibus*. Nota *naturaliter quam uirtutem habeat sanguis in humana generatione, demum dicam spiritualiter de sanguine* CHRISTI, *& uirginis gloriosæ*. In *generatione corporali semen excidi-*

Gen.c.2.

tur à sanguine, qui disponit, & præperat sanguinem purificatum mulieris ad locum generationis; in quo loco uirtute seminis, in quo est uirtus actiua, sic disponitur sanguis, in quo est uirtus paßiua, quòd à sanguine procreatur corpulenta substantia, et fiunt duo in carne una. Immo CHRISTO *teste fiunt duo, scilicet uir, & uxor una caro, scilicet in filio*. V*nde sicut mulier potest dicere filio caro mea, & sanguis meus propter corporalem substantiam, quam filius habet per sanguinem matris, ita pater potest dicere filio, tu es caro mea, tu es sanguis meus*. V*eniens autem ad beatam uirginem, dico, quòd in generatione corporis* CHRISTI *ipsa nihil egit actiuè, sed solum paßiuè spiritu sancto disponente sacrum sanguinem per ipsam ministratum ad locum generationis*. V*nde ipsa propter sanguinem administratum potest dicere* CHRISTO. *Hic est sanguis meus, & quia in sanguine uirtualiter sunt omnia membra; & caro corporis potest dicere* CHRISTO. *Tu es caro mea, Tu es uerè corpus meum. par. 3. q. 3 2 ar. 4.* Omnes *ergo utilitates, quæ habētur ex isto san-*

Vtilitates sanguinis Christi, et virginis Mariæ sunt quatuor.

guine, attribuuntur DEO, *tanquam causæ principali:* CHRISTO *homini, tāquam causæ instrumento coniuncto, Virgini autem Mariæ tanquàm instrumento*

disiunсto. Sũt autem huius sanguinis utilitates quatuor. Prima utilitas est DEI *patris reconciliatio, unde inquit Apostolus. Reconciliati sumus* DEO *per mortem filij eius cum enim peccatum, & peccator sint* DEO *odio:* CRISTVS *spargens suum sanguinem moriendo abluit peccatum, quod est causa odij, & affert uitã suam in sanguine pro sacrificio* DEO *acceptissimo. Vnde ablata iniuria peccati, & oblato hoc sacrificio reconciliatur* DEVS *par. 3. q. 49. ar. 4. in R. Fitquè homo dilectus per naturam, etiam dilectus per gratiam remoto peccato e. ar. arg. 1. Sed est, qui dicat, quomodo reconciliatur* DEVS *cum peccatoribus per mortem sanguineam filij sui, cum homines tam Iudei, quàm gentiles, tam populares quàm incliti, tam sacerdotes & religiosi, quàm laici, tam principes quàm subditi occiderunt filium suum? Respondetur quòd certe grauiter peccauerunt, sed quia maior fuit charitas* CHRISTI *sanguinem effundentis moriendo pro ipsis, & cæteris præsentibus, & futuris; Ideo raconciliatus fuit pater. Odium nanquè ipsorum, & malignitas non potuit adequari charitati* CHRISTI, *& uirginis gloriosæ e. ar. arg. 3. propter quam charitatem filius & mater effundebant suum sanguinem, & sic patet prima utilitas sanguinis* CHRISTI *&* *Virginis* MARIAE. *Secunda utilitas est regeneratio, scilicet per nouam natiuitatem, hæc autem fit in baptismo. Si* DEO *fuisset oblatus omnis sanguis cunctarum auium, conctorum piscium, quorumcunque animalium, cuiuscunque sexus hominum, omnes isti sanguines*

Prima vtilitas sanguinis Christi & virginis Mariæ. Ro. c. 5. b.

Secunda vtilitas sanguinis Christi & virginis Mariæ.

minime fuissent sufficientes ad placandum DEVM, sed solus sanguis CHRISTI contractus ex sanguine uirginis, qui sanguis est tantæ uirtutis, tantæque autoritatis, quòd per ipsum regeneramur in secundam uitam, quæ fit in Baptismate ex aqua, & spiritu sancto par. 3. q. 70. ar. 8. in prin. R. Vnde apostolus saluos nos fecit per lauacrum regenerationis spiritus sancti, quem effudit in nos abundè scilicet ad remißionem peccatorum, & copiam uirtutum, ut inquit glosa. Sic enim renouamur in nouam uitam. par. 3. q. 66. ar. 1. arg. 1. ante finem. Fit autem noua uita in baptismate per sanguinis CHRISTI effusionem in morte iuxta illud apostoli. Quicunque baptizati sumus in CHRISTO IESV in morte ipsius baptizati sumus. Vnde sicut CHRISTVS mortuus fuit dimittens uitam ueterem, & post modum resurrexit indutus noua uita scilicet gloriosi corporis, ideo sequitur, ut quomodo CHRISTVS surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Ecce quanta utilitas, dum mortales imitantur uitam immortalem.

Ioan. c. 3. Ad Titu. c. 3. b.

Ad Gal. 3. c.

Tertia utilitas est resanatio, non dico corporis, sed animæ, & hoc in sacramento pœnitentiæ. Quoniam per peccatum mortale homo in anima infirmatur ad mortem. Vbi notãdum, quòd (teste apostolo) donum CHRISTI est efficacius, quàm peccatum, ideo sicut peccando homo incurrit culpam, & pœnam, ita per gratiam CHRISTI in pœnitentia remittitur culpa mortalis, & pœna æterna. Quod sic declaratur. Ad gratiam pertinet operari in homine, iustificando à peccato, &

Tertia utilitas sanguinis Christi, & uirginis Mariæ.

Rom. 5. c

etiam cooperari homini ad rectè operandum. Remißio autem culpæ, & reatus pœnæ æternæ pertinet ad gratiam operantem; sed remißio pœnæ temporalis pertinet ad gratiam cooperantem, in quantum homo cum auxilio diuinæ gratiæ patienter tollerat pœnas, quibus absoluitur à reatu pœnæ temporalis. Vnde ſicut prius eſt effectus gratiæ operantis, quàm gratiæ cooperantis; ita prius eſt remißio culpæ, & pœnæ æternæ, quàm plena abſolutio à pœna temporali. Vtrunque enim eſt à gratia; ſed primum eſt à ſola gratia; ſecundum uerò eſt à gratia, & libero arbitrio. In pœnitentia autem habemus hanc gratiam remißionis à paßione CHRISTI. Vnde inquit Apoſtolus loquens de CHRISTO. Quem DEVS poſuit propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius propter remißionem præcedentium delictorum. par. 3. q. 86. ar. 4. arg. 3. Sed quia ſanatio infirmitatum corporalium eſt figura ſanationis infirmitatum ſpiritualium, ideo uideamus qualiter ſanauit corporaliter, & ſciemus cito, quomodo etiam per gratiam ſanauit ſpiritualiter, ut ſic appareat uirtus ſanguinis CHRISTI. Reperio autem CHRISTVM ſanaſſe infirmos in ſex gradibus, & ita ſex ſunt gradus pœnitentium, quibus præſentatur ſanguis CHRISTI. Primi ſunt obſtinati pœnitentiam fingentes. Secundi ſunt pœnitentes ad uomitum reuertentes. Tertij ſunt pœnitentes pœnitentiam ſimulantes. Quarti ſunt pœnitentes in ſtatu incipientium. Quinti ſunt pœnitentes in ſtatu proficientium. Sexti ſunt in ſtatu perfectorum. Primi. n. quibus præponitur ſanguis CHRI-

Rom. 3. d.

Sex ſunt gradus pœnitentium ſicut ſanatorū a Chriſto in ſanguine ſuo.

Obſtinati & impœnitentes non ſanantur.

STI, & uirginis MARIAE nec sanantur spiritualiter, sunt obstinati, inter quos stat CHRISTVS, & inter quos stant electi: sed quoniam sunt reprobi, sunt insanabiles, & ad pœnitentiam minime conuertuntur. Vnde inter istos sanguinis CHRISTI est ociosus, dum non conuertuntur bonitate CHRISTI, nec exemplis paucorum conuersorum. Horum exemplum habemus de CHRISTO, qui in patria sua non poterat ullam uirtutem facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit. Vbi notandum, quòd pauci infirmi curati significant paucos electos sanatos per pœnitentiam, conuersos ad CHRISTI sanguinem participandum. Magna autem multitudo insanabilium significat magnum numerum reproborum, inter quos uirtus sanguinis CHRISTI non potest operari; quoniam sunt praui, sunt duri, sunt obstinati. Secundi sunt pœnitentes, sed cito ad uomitum reuerentes, DEVM non cognoscentes: unde sicut pauci sunt ibidem à CHRISTO sanati, sic inter magnam multitudinem obstinatorum pauci sunt electi uerè pœnitentes; Exemplum habemus per Euangelistam. Cum enim CRISTVS iret in Hyerusalem, scilicet ad effundendum sanguinem maximæ utilitatis, & spiritualis resanationis, transiuit per mediam Samariam, & Galileam, & occurrerunt ei decem uiri leprosi, quos dominus ipse sanauit, quorum nouem non fuerunt reuersi ad dandum gloriam DEO, Vnus autem reuersus fuit, & DEO gloriam dedit. Vnde similiter sanati spiritualiter per pœnitentiam in sanguine CRISTI efficiuntur ingrati, & tanquam ingrati non agunt gratias DEO. Quidam contriti,

Luc. 6.b.

Pœnitentes, & cito ad uomitũ redeuntes non sanantur.

Luc. 17. c.

sed non confitentes. Quidam confeßi, sed pœnitentiam impositam non adimplentes. Quidam pœnitentes, sed mala ablata non restituentes. Quidam restituentes temporalia, sed non restituentes famam. Quidã restituentes famam, sed negligentes communionem. Vnde tanquam obstinati sunt pœnitẽtes, sed cito ad uomitum reuertentes. Tertij *sunt ficté pœnitentes pœnitentiã simulantes. Quorum quidã de peccato præterito dolent non propter offensam* Dei, *sed propter pœnã annexã culpæ. Quidã pœnitendo dolent de præterito, sed cum proposito pecca tum comittendi in futurum. Quidã pœnitendo dolent de præterito, cũ proposito cauendi in futuro, sed non indulgent offendẽtibus. Quidã indulgẽdo, sed nolentes ueniã petere, unde omnes isti, & similes sunt ficté pœnitentes, pœnitentiã simulantes.* Ideo nõ *sunt de paucis in sangui ne* CHRISTI *sanatis, sed sunt de multis obstinatis, in quibus Christus nullã uirtutem potest facere, ipsis Christi sanguini resistentibus.* Quarti *sunt peccatores incipientes. Sæpe audiuimus, et uidimus homines in peccatis perseuerantes lõgo tẽpore, ita, et in tantũ, quòd in peccatis habituantur, et sic firmãtur in habitu peccãdi corrupto, quòd etiã ipsismet uidetur cogi ad peccatũ, et necessitari. Vnde corripientibus, arguẽtibus, et castigantibus respõdet unusquisq;. Ego nõ possum aliter facere, et hi, nisi* Deus *faceret expressum miraculũ, non sine magna difficultate cõuertuntur, et per pœnitentiã sanantur. Sanantur autẽ non subito et simul, sed simul, & succeßiuè, non tamen ex parte* DEI, *qui ut infinitæ uirtutis operatur in instanti peccatores impios iustificando.* 1.2.q.113.*arti.*7.*in* R. *sed ex parte peccatoris concurrunt*

Pœnitentes ficte, et pœnitẽtiam simulantes nõ sanantur.

Pœnitentes in statu ĩcipientium non sanantur.

quandoque dispositiones, ut terremotus, ut fluctus maris, ut motus uentorum, ut incendium, ut pestis, ut auditus diuini uerbi, & tunc peccator peccatis infirmus paulatim sanatur. ea. q. ar. 10. in fine R. Exemplum habemus de cæco, quem dominus sanauit. Cum enim uenisset IESVS in Bethsaidam manu sua apprehendit cæcum, & duxit seorsum à Turba extra uicum, & expuit in oculos eius; quo facto interrogauit eum, si aliquid uideret, qui respondit, Video homines quasi arbores ambulãtes Tunc dominus iterum spuit in oculos, & claré uidit. pars. 3. q. 86. arg. in oppo. Sicut igitur iste cæcus fuit illuminatus, ita peccatores; quantum est ex parte ipsorum paulatim curantur, & isti sic studentes procurare uitam nouam dicuntur incipientes, scilicet in primo gradu charitatis. 2. 2. q. 24. ar. 9. Quinti sunt peccatores proficientes, quorum studium est principaliter obseruantia præceptorum DEI resistendo semper uitijs, & concupiscentijs, non solum declinando à malo, sed faciendo bonum eod. ar. & non solum detestando peccata mortalia, sed etiam peccata uenialia par. 3. q. 90. ar. 4. Cum autem dantur peccatores sic se exercitantes, dicimus, quòd sunt pœnitentes in statu proficientium, scilicet de bono in melius. Horum exemplum habemus in his, quos dominus perfecté sanauit. Vnde si sanauit leprosos, sanauit totaliter: si sanauit Paralíticos, totaliter sanauit. si sanauit dæmoniacum, eidem restituit uisum, auditum; & sic quemcunque sanauit, sanauit integraliter: & sicut sanauit corpora integraliter, ita etiam sanauit spiritualiter. Nunquam autem quenquam sanauit, quem

Mar. 8. c.

Proficientes, & obseruantes præcepta Dei sanãt.

omnino non liberauerit. Teste Aug. libro de pœnitentia. Vnde sicut infirmi non exercent opera sanitatis, quæ sanati exercent, sic peccatores non exercent opera gratiæ, quæ cum fuerint iustificati, exercent, diuina precepta adimplendo. Sexti sunt pœnitentes perfecti, & quandoque miraculose isti faciunt actus. Primo enim CHRISTO *ministrant corporaliter, uel spiritualiter. Vbi notandum, quòd* DEVS, *qui totum hominem sanat, totum hominem perfectè curat, & hoc interdum successiuè, quandoque subito, ut socrus Simonis, quæ tenebatur magnis febribus, sanata uero à* CHRISTO, *surrexit, & ministrabat illis. Secundo sic sanatur pœnitens perfectè, quòd non solum sanatur à culpa, & à pœna, sed etiam ab omnibus reliquijs peccatorum, ut patet de Magdalena. Tertio pœnitens perfectè sic sanatur spiritualiter, quòd nunquam amplius infirmatur, sed semper stat attentus, ne ad uomitum reuertatur. Sicut enim non legitur aliquem infirmum bis dominum sanasse: sic nec pœnitentem bis à peccato liberasse par. 3. q. 84. ar. 10. arg. 3. Quarto. sic perfectè pœnitet, quòd semper actu, uel habitu reperitur cum displicentia peccati adict. q. 4. ar. 1. argu. in oppo. & in fine. R. Quinto dolet dum primis motibus, & alijs fantasmatibus, & representationibus à bono proposito retardatur. Vnde si pro* CHRISTO, *dormiens occideretur, plenàm indulgentiam obtineret. par. 3. q. 86. ar. 4. arg. 2. et sic patet tertia utilitas sanguinis* CHRISTI, *& uirginis* MARIAE. *Quarta utilitas sanguinis* CHRISTI, *& uirgi-*

Pœnitentes perfectè sanantur.

Lucæ. 4. c

Lucæ. 7. f

Quarta utilitas sanguinis Christi, & virginis Mariæ.

nis MARIAE est incarceratorum redemptio. Sunt autem carceres quinq;, à quibus per sanguinem CHRISTI redimimur, scilicet corpus proprium, sepulcrum. Limbus, purgatorium, & infernus. Primus carcer animæ rationalis est corpus proprium. Si bene cõsideremus proprietates miserabiles carceris, hoc nostrum corpus nõ est, nisi carcer. Nanq; carcer est locus malefactorum, locus debitorum, locus desolatorum, locus derelictorum, locus uermium, locus tenebrarum, locus immundiciarũ, locus famelicorum, locus tribulatorum, locus lachrimarum, locus suspirantium, locus afflictorum, locus in quo liberi clauduntur, in compedibus constringuntur, in manicis ferreis conficantur, in catenis ligantur, sitiunt, esuriunt, frigent uel calescunt fumo lachrimari cogũtur. Et propterea locus iste est miserabilis omnibus miserijs plenus. Si igitur anima uult quietari oportet omnino à corpore separari: ut placuit Porphirio improbato per Aug. de ci. dei. et par. 3. adic. q. 73. ar. 1. in R. Est enim perfectior unita corpori, quàm à corpore separata, & est magis DEO conformis e. ar. arg. 4. Sed si ad animæ perfectionem exigitur, quòd sit corpori unita, oportet, quòd corporis natura mutetur, ut quod est animæ carcer ad pœnam, sit illi libertas, et quod est animæ rebelle, sit ipsi obediens. Hoc autem erit plenè adimpletum in generali resurrectione, in qua corpora nunc paßibilia erũt impaßibilia, & incorruptibilia, iuxta illud apostoli. Seminatur in corruptione, resurget in incorruptione, & dum in hac uita corpus est fortius anima, dum corpus, quod corrumpitur, aggrauet animam. Tunc anima erit

Qunque carceres

Primus carcer animę est corpus.

1. ad Cor. 15. f.

1. ad Cor. 15. f.

in resurrectione fortior. Vnde apostolus seminatur in infirmitate, resurget in uirtute, & hoc fiet exemplo Ad Philip.c.3.in.
CHRISTI, *qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Sic enim primus homo de terra terenus est, & qualis terrenus, tales & terreni: sic secundus homo* CHRISTVS *de cœlo cœlestis, & qualis cœlestis, tales & cœlestes par. 3. adic. q. 80. ar. 1. prope finem.* R. *Ecce quanta fiet utilitas in sanguine* CHRISTI, *dum homo redimitur à primo carcere, quod est corpus proprium. Secundus carcer est sepulcrum, scilicet in quo cadauer sepelitur, et quia diuersa sunt loca, in quibus cadauera sepelliuntur, ideo in plurali dominus loquens inquit. Omnes, qui in monumentis sunt, audient uocem filij* DEI, *& qui audierint, uiuent. Quidam enim sepelliuntur in aquis, ut qui demerguntur. Quidam in corporibus piscium, ut qui à piscibus comeduntur. Quidam in igne, ut qui comburuntur, & cineres aduentum sparguntur. Quidam in aere, ut qui habent monumenta multum alta à terra. Quidam in terra, ut qui infoßis terra cooperiuntur. Quidam supra terram, ut qui in superficie terræ sua sepulcra habent lapidea. Quidam sepelliuntur in uentribus auium & animalium, ut qui comeduntur ab auibus, & canibus, & lupis, & à cæteris bestijs. Quidam, immo omnes sepellientur in quatuor elementis. Omnes enim particulæ elementorum conuertentur ad sua elementa, ut sic uerificetur illud. Cinis es, & in cinerem reuerteris, & illud, terra es, & in terram reuerteris. par. 3. adict.*

1. ad Cor. 1. f.

Secundus carcer est sepulcrũ.

Ioan. 5. e.

Psal.23.a q.77.ar.1.in fi.R. Ecce habetis qualiter homo incarceratur in sepulcro. Sed notandum quòd quomodocunq; sepelliamur, & ubicunque, sicut domini est terra & plenitudo eius, ita cum CHRISTO redimemur ab his carceribus in generali resurrectione par.3.adic.q.76. ar.3.in fi.R. Nam sicut propter peccatum Adæ omnes morimur, ita per CHRISTVM omnes uiuamus. Et enim maius est donum CHRISTI, quàm peccatum

Rom.5. Adæ. Sicut autem membra Adæ sunt sibi conformia quantum ad culpam, & quantum ad pœnam: sic etiam membra CHRISTI debent eidem ut capiti esse conformia, quantum ad uitam immortalem in resurre-

Rom.6.b. ctione. Vnde apost. CHRISTVS resurgens a mortuis iam non moritur. ea.par.q.73.ar.1.arg.4.&.5. Sicut ergo CHRISTVS de monumento resurrexit, sic omnes, qui in monumentis sunt, resurgent. ea. par.q.74.ar.1.in fi. R. & sic patet quomodo in sanguine CHRISTI contracti ex MARIA uirgine redimimur à carcere secundo scilicet à monumento.

Tertius carcer est limbus. Tertius carcer est limbus, in quo detinentur, qui cum solo peccato originali hinc recedunt. Sed nota, quòd dupliciter hinc homo decedit cum peccato originali scilicet prout peccatum inficit personam, & naturam, & sic decedunt paruuli Christianorum sine baptismate post CHRISTVM passum: & Paruuli Iudæorum sine circuncisione ante CHRISTVM passum, & paruuli omnium paganorum, ante CHRISTVM passum, & post CHRISTVM passum, etiam antequam Abraham susciperet signaculum circuncisionis, in

Dupliciter homo decedit cum peccato originali.

quo tempore pueri saluabantur in fide parentum expiantium peccatum per sacrificia & oblationes, in quibus protestabantur fidem CHRISTI redemptoris. Secundo autem homo decedit in peccato originali expiato quantum ad personam, sed non quantum ad naturam, ut in sanctis patribus ante circuncisionē, & in sanctis patribus post circuncisionem. Ad propositum autem dico quòd pueri, in quibus non fuerit expiatum originale peccatum, nec quantum ad personam, nec quantum ad naturam, stabunt in carcere limbi cum priuatione diuini luminis tantum in æternum: sancti autem patres, in quibus erat expiatum peccatum originale quantum ad personam, uel per sacrificia ante circuncisionem, uel per circuncisionem post signaculum datū Abrahæ, omnes hi fuerunt uisitati à CHRISTO redemptore, & participauerunt utilitatem sui sanguinis, iuxta illud Zachariæ. Tu uero eduxisti tuos in sanguine tuo de lacu, ubi non erat aqua. Nos autem habemus fiduciā in introitum sanctorum in sanguine CHRISTI pro his. par. 3. adic. q. 73. ar. 2. arg. 2. et. q. 67. ar. 7. arg. 6. et par. 2. q. 89. ar. 6. & sic patet tertius carcer. Quartus carcer est purgatorium. In hoc incarcerantur omnes, qui peccauerunt per peccata uenialia, uel per peccata mortalia, de quibus fuerunt corde contriti, & ore confeßi, sed non satisfecerunt per pœnitentiam. Sanguis enim CHRISTI, qui offertur quotidie per manus sacerdotum, est permaximè utilis ad mortuorum redemptionem par. 3. adic. q. 69. ar. 9. in R. Vnde cantatur in ecclesia, Quotidie offertur in ecclesiā pro uiuis, &

Zach. 9. c

Quartus carcer est purgatorium.

*defunctis, ut omnibus prosit, quod pro omnium salute institutum est. Vnde in missa sicut ante consecrationem fit spetialis commemoratio pro uiuis, ita post consecrationem fit spetialis memoria pro defunctis.par. 3.q.79 ar.7.in R.*Patet itaq;, *quomodo sanguis* CHRISTI *contractus de utero uirginis* MARIAE *est magnæ utilitatis ad redimendum incarceratos de carcere purgatorij.* Quintus *carcer est infernus, ubi sunt incarcerati damnati, scilicet omnes, qui cum consensu peccati mortalis ex hac uita decesserunt, contra quos sic pronunciat* CHRISTVS *se dicturum in iuditio.* Ite *maledicti in ignem æternum; & sequitur, & ibunt hi in supplicium æternum; & nihilominus sanguis* CHRISTI, *in aliquo erit eis ad utilitatem.*Primo *cum* DEVS *posit damnatos, anichilare, eos, & demones conseruat in esse par.1.q.20.ar.2.in fi.*R. *cum arg.4. & 2.2.q.25. ar.11. in fi.*R. Præterea *sanguis* CHRISTI *est damnatis ad utilitatem, dum, scilicet misericorditer cum ipsis agens punit eos citra cōdignum, cum in opere suo conueniant misericordia, & iustitia.par.1.q.21.ar.4. & sic patet quintus carcer, scilicet infernus, & tertia utilitas sanguinis* CHRISTI, *quæ est incarceratorum redemptio. Cum enim non reperiatur sanguis tantæ utilitatis, sicut est sanguis* CHRISTI *contractus ex uirgine* MARIA, *concluditur septima prærogatiua, scilicet quòd sicut nullus filius* CHRISTO DEI *filio est utilior: ita nulla mater est matre* CHRISTI *utilior.* Octaua *prærogatiua est, quòd sicut nullus filius est* CHRISTO *uirginis filio gratior.*

Quintus carcer est infernus.

Octaua prerogatiua Christi, & uirginis Mariæ.

Sic nulla mater est matre CHRISTI *gratior. Ad huius prærogatiuæ declarationem, primo loquendum de* CHRISTO. *Secundo de beata uirgine. Tertio adaptandum erit ad propositum. Considero igitur in* CHRISTO *triplicem gratiam, scilicet gratum facientem, gratis datam, & gratiam manifestationis spiritus sancti. Prima gratia dicitur gratia gratum faciēs, quæ datur cum charitate, nec compatitur secum peccatum aliquod mortale, fuit autē hæc gratis habitualiter in* CHRISTO, *& eius plenitudinem habuit. Primo plenitudinem intensiuam, scilicet in summo gradu communicabili creaturæ. Secundo habuit plenitudinem extensiuam, scilicet quātum ad omnes effectus gratiæ quarumcunq; uirtutum, & quorumcunq; donorum: & sic propter primā plenitudinē fuit iustus, & sanctus in primo instanti suæ conceptionis, sed propter secundam fuit alijs principium gratiæ, per quam* Deus *suos sanctificauit in filio suo dilecto. par. 3. q. 7. ar. 9. in* R. *cum arg. 2. Sed ut hoc intelligamus clarius, exponamus unum uerbum, quod tradidit nobis Ioānes. Inquit enim loquens in persona* CHRISTI *de spiritu sancto ei dato. Non ad mensurā dat* Deus *spiritum suum. s. Christo.* Hoc autem *tripliciter intelligitur: primo de dono, quod ab æterno* DEVS *pater dedit filio, diuinam naturam, quæ est donū infinitum, quo dono tantus est filius, quantus est pater. Secundo modo potest intelligi de dono, quod datum est humanæ naturæ, ut uniretur diuinæ personæ, quod est donum infinitum.* Vnde *glosa super eodem uerbo.* Sicut *pater plenum, & perfectum genuit uerbum, sic ple-*

Triplex. gratia in Christo.

Prima gratia Christi

Eph. 1.b

Ioan. 3. d.

num, & perfectum est unitum humanæ naturæ. Tertio modo potest intelligi de gratia habituali, in quantum gratia CHRISTI se extendit ad omnia, quæ sunt gratiæ. Unde sic exponens Augustinus ait. Mensura diuisio quædam donorum est. Alij enim datur sermo scientiæ, alij sermo sapientiæ, sed CHRISTVS, qui dat, non ad mensuram accipit. Cum autem fiat sermo de gratia habituali, & de gratia unionis, est speculandum, quæ earum in CHRISTO fuit primitus scilicet gratia habitualis, an gratia unionis, & dicitur, quòd tempore nulla præcedit, nec sequitur alteram, cum eodem tempore, & eodem instanti facta fuerit unio, & gratiæ habitualis infusio. Ordine tamen rationis gratia unionis præcessit gratiam habitualem. Sic enim dispositio in uia generationis præcedit perfectionem, ad quam disponit in his, quæ successiuè perficiuntur. sicut calor, fuit dispositio ad formam, ignis est effectus profluens à forma ignis iã præexistentis: humana autem natura in CHRISTO unita est personæ uerbi à principio absque successione. Unde gratia habitualis non intelligitur ut præcedens unionem, sed ut consequens eam, sicut proprietas quædam naturalis. Ista nanque secundum Augustinum in Enchiridion est quodammodo CHRISTO con naturalis par. 3. q. 7. ar. 9. in fi. R. & ar. 10. in prin. R. & ar. 1. arg. 1. & ar. 13. in prin. R. cum arg. 2.

Secunda gratia in Christo.

Secunda gratia in CHRISTO dicitur spiritus manifestatio. Hæc non est gratia gratis data simpliciter, quoniam gratia gratis data simpliciter potest esse cum peccato, quoniam potest homo prophetizare, fidem habere,

pere, loqui de diuinis, atque humanis existens in peccato. Nec est simpliciter gratia gratum faciens, quoniam ea datur ad propriam salutem, & potest esse in homine procurante tantum suam salutem, ut heremita, Idiota, ut uetula deuota, ut artifex et mercator, qui omnes in gratiam procurāt tantum propriam salutem. 1. 2. q. 111. ar. 1. Sed hæc est gratia gratum faciens, simul habens gratias gratis datas, uel est gratia gratis data cum gratia gratum faciente. Per hanc enim homo procurat propriam salutem, & salutem proximi. Vnde cum homo procurat salutem proximi, sic datur ei manifestatio spiritus, scilicet gratiæ gratum facientis ad utilitatem, scilicet per gratiam gratis datam. Hinc est, quòd cum spiritus uenit ad discipulos, non solum uenit in specie ignis, per quem significatur gratia gratum faciens, sed etiam uenit in figura linguarum, per quam significatur gratia gratis data ad utilitatem ecclesiæ, & quia huiusmodi exercitium fit recto animo per spiritum sanctum, ideo dicitur manifestatio spiritus. Cum autem gratiæ gratis datæ fuerint plenißimæ in CHRISTO, *& consimiliter gratia gratum faciens, et non una sine alia seorsum, sic dicimus, quòd in* CHRISTO *fuerunt gratiæ gratum facientes, et gratiæ gratis datæ. par. 3. q. 7. ar. 7. per totum. Vnde sequitur, quòd in ipso fuerit manifestatio spiritus ad utilitatem, quàm incœpit ostendere in nuptijs, quando fecit primum miraculum, aquam in uinum transmutando. Cum ergo in* CHRISTO *fuerit gratia gratum faciens in supremo gradu, communicando creaturis intensiuè; & cum in eo fuerit gra-*

1. Ad Cor. 12. a.

Tertia gratia

tia gratum faciens extensiuè quantum ad omnes uirtutes, & dona præ cunctis participantibus gratiam; & cum in CHRISTO *fuerint omnes gratiæ gratis datæ ad ecclesiam redimendam, fundandam, et per totum orbem dilatandam, & cum in* CHRISTO *fuerit infinita propter benefitium unionis, quod alteri non fuit concessum, & cum in* CHRISTO *fuerit manifestatio spiritus ad singularissimam, & excellentissimam spiritus manifestationem, (ut iam declaratum est) sequitur, quòd nunquam fuit aliquis filius hominis, nec* DEI, *nec alicuius matris ipso* CHRISTO *gratior. Audiuistis octauam prærogatiuam de* CHRISTO, *sequitur dicere quomodo in uirgine* MARIA *fuit hæc prærogatiua scilicet, quòd nulla mater fuit ipsa gratior. Circa hanc prærogatiuam primo dico, quòd uirgo* MARIA *habuit gratiam gratis datam cum omnibus gratijs gratis datis. Nanque habuit aliquas quantum ad habitum tantum, sed non quantum ad usum, ut est sermo sapientiæ, & sermo scientiæ, non autem earum usum, & similium, quia non licet mulieri prædicare publicè in ecclesia propter sexum fœmineum uirorum allectiuum, et ne doctrina* CHRISTI *pateretur calumniam, si à matre pronunciaretur. Nemo enim ea melius sciuisset dicere annunciationis misterium, secretum conceptionis, archanum sanctificationis, iocunditatem natiuitatis, iubilum angelorum, fastigium magorum. Insuper non habuit usum gratiæ miraculorum, quia huius gratiæ usus seruabatur* CHRISTO *principaliter in uita, & apostolis post ascensionem, habuit autem usum sapientiæ*

Prima gratia virginis Mariæ.

contemplando, ipsa enim conseruabat omnia de CHRISTO dicta conferens in corde suo. par. 3. q. 27. ar. 5 arg. 3. & 2. 2. q. 177. ar. 2. in R. cum arg. 3. Secundo habuit gratiam gratum facientem, & hanc habuit in utero matris. Vnde dixit illi angelus. Aue gratia plena. Et ueré gratia plena. s. sanctificationis. Plena gratia cõfirmationis. Plena gratia charitatis. Plena gratia maternitatis. Nanque in utero materno fuit præparata ad filij DEI maternitatem. Plena gratia dedicationis, quoniam sic erat præparata DEI filio, quòd de uiro non potuisset concipere. Plena gratia inauditæ fœcundationis. s. concipiens de spiritu sancto. Plena gratia præseruationis, præseruata ab omni uiolatione, uirgo ante partum, uirgo post partum, quæ fuit uirgo in partu. Plena gratia suauissimæ consolationis, dum non peperit cum dolore, sed cum suauitate. Plena gratia educationis, quia lactauit filium ubere de cœlo pleno. par. 3. q. 27. art. 5. per totum. Plena gratia imitationis, quoniam, etsi non est imitata CRISTVM in gratia unionis scilicet quòd natura humana, & diuina sint simul unitæ, habuit tamen hanc gratiam, quòd sicut in CHRISTO facta est unio duarum naturarum in una persona. par. 3. q. 2. art. 1. Sic talis unio facta fuit in suo utero. ead. par. q. 31. arti. 4. Vnde plena fuit gratia gratum faciente, & gratia gratis data. Tertio habuit gratiam spiritum manifestantem, quoniam per totum orbem manifestatur præsentia spiritus sancti in ipsa firmati. Non enim est ciuitas, non oppidum, non castrum, in quo non sit aliqua imago uirginis MARIAE,

Luce. 2. g.

Secunda gratia virginis Mariæ. Lucæ. 1. d

Nota decem plenitudines gratiæ in Maria virgine.

Tertia gratia virginis Mariæ.

coram qua DEVS *per ipsam operetur multa miracula ad firmandam fidem incarnationis, & sic patet octaua eius prærogatiua, quòd sicut* CHRISTO DEI *filio, nullus filius est gratior, sic nulla mater est uirgine* MARIA *gratior.* Nona *prærogatiua* CHRISTI, *& uirginis* MARIAE *est, quòd sicut nullus filius fuit unquam* CHRISTO DEI *filio sublimior, ita nulla mater fuit unquam matre* CHRISTI *sublimior. Tractare cupiens de sublimitate filiationis* CHRISTI, *& uirginis* MARIAE *eam probo tribus modis. Primo propinquitate. Videmus.n.quod receptiua quo magis appropinquant causæ influenti, eo magis, & abundantius participant de influentia, sicut apparet de igne, cuius calorem magis participat, qui magis igni est propinquior. Cum autem anima* CHRISTI *inter omnes creaturas rationales sit propinquior* DEO *propter unionem personalem, sic magis influentiam diuinitatis omnium gratiarum, omnium uirtutum, omnium donorum in se suscipit, & sic in gratia, & in uirtute, & in donis spiritualibus est sublimior. par.3.q.7.arti.5.in me.R. Secundo dignitate, sicut enim dignitas exigit, quòd homo in dignitate constitutus habeat omnia, quæ ad illam dignitatem conueniant, sicut caput in corpore humano, nam cum sit dignior, & superior pars corporis, & cum habeat influere uirtutem motiuam alijs membris, sic in se debet habere, & habet maiorem uirtutem alijs membris. Cum autem* CHRISTVS *sit omnium membrorum sui corporis mistici caput, sic in se debet esse sublimior in*

Nona prærogatiua Christi & uirginis Mariæ.

Sublimitas Christi probatur tribus modis.

cunctis gratijs, in cunctis uirtutibus, in cunctis donis spiritualibus, in quibus nemo sibi debeat adequari. eo. R. Sed omnes tanquam membra de ipsius influentia oportet participare, iuxta illud Ioannis. De plenitudine eius accepimus. Tertio instrumentali actiuitati, uidemus enim ad sensum, & experimur in nobis, quòd opus operandum efficatius, et perfectius agit membrum coniunctum scilicet brachium, quàm membrum disiunctum, ut seca, ut securis, uel dolabra. Cum autem omnes filij hominum fabricantes in ædificio ecclesiasticæ archæ domini sint ueluti membra disiuncta, sicut prophetæ, & patriarchæ ueteris testamenti, et euangelistæ, ac apostoli noui testamenti, & cum hoc sit quòd anima CHRISTI *sit instrumentum coniunctum, idest brachium mouens alia disiuncta membra, iuxta illud euangelistæ: Fecit potentiam in brachio suo; sic hac actiuitate patet* CHRISTVM *esse sublimiorem filium præ cunctis filijs* DEI. *Ecce quòd habemus* CHRISTVM *esse sublimiorem præ cunctis filijs* DEI. *Similiter uirgo* MARIA *fuit sublimior mater omnibus matribus. Quòd declaratur primo proprietate. Nulla enim mater est alicuius filij mater, quin etiam potuerit, & quin etiam possit esse alterius filij mater; sed uirgo* MARIA *sic fuit per sanctificationem in utero præparata mater filio* DEI, *quòd nulla alia potuisset esse mater filij* DEI *nec ipsa potuisset esse mater alterius, quàm filij* DEI. *Vnde sicut rationabilitas est propriè proprium hominis, & sicut urere est proprium ignis, sic fuit proprium uirginis* MARIAE *maternitas filij* DEI, *& ideò*

Ioan. 1. c.

Lucæ. 1. f

Sublimitas virginis Mariæ probatur p quatuor rationes.

ſicut fuit proprium CHRISTO eſſe redemptorē. par. 3. q. 48. ar. 5. Sic fuit proprium uirgini MARIAE eſſe matrem CHRISTI Redemptoris ead. par. q. 27. art. 6. arg. 1. Sic enim completa fuit omnis diuerſitas generationis, quòd nullus alius reſtat generandi modus. Nam primus homo factus fuit de limo terræ ſine uiro, & ſine fœmina. Prima mulier facta fuit de uiro ſine fœmina, cæteri autem homines nati ſunt de muliere, & uiro. CHRISTVS autem natus fuit de muliere ſine uiro. ea. par. q. 31. ar. 4. in fi. R. Secundo declaratur eius ſublimitas puritate, quoniam in utero materno adepta eſt puritatem inclinantem ad bonum. In conceptione autem filij DEI conſumata eſt eius puritas per gratiam confirmantem in bono, in ſua autem glorificatione conſumata eſt eius puritas per gratiam perficientem ipſam in fruitione omnis boni. Cum autem nulla mater unquam peruenerit ad tantam puritatem, ſequitur, quòd ſit omnibus matribus ſublimior; quinimmo fuit ſublimior Ioanne Baptiſta, & Ieremia. eod. ar. arg. 1. & clarius. eod. artic. arg. 2. Tertio declaratur eius ſublimitas affinitate, quoniam CHRISTVS habet affinitatem cum humano genere, ſcilicet cum Dauid, cum Abraham, & cum Adam, quàm affinitatem habet mediante uirgine MARIA, quæ licet habuerit carnem, & oſſa, ſicut habent aliæ mulieres, quæ quidem ſunt integrales corporis partes, attamen quia non poſſunt ſubtrahi de uno corpore ſine corruptione, uel diminutione eiuſdem corporis, & quoniam DEI filius uenerat reparare corrupta, & diminuta, nullam corru-

ptionem, uel diminutionem integritati corporis matris non debuit inferre, & ideo ad fiendam affinitatem CHRISTI *cum patribus antiquis, non debuit incarnari, & eius corpus formari de carne, nec de ossibus uirginis* MARIAE, *sed de sanguine, qui non est actu pars corporis, sed est potentia tantum, & ideo dicitur carnem de uirgine sumpsisse, non quod materia corporis esset actu caro, sed sanguis, qui est in potentia caro. par. 3. q. 31. arti. 5. argu. 1.* E*st autem notandum, quòd ad affinitatem causandam in alijs mulieribus, sanguis purificatus trahitur ad locum generationis cum quadam concupiscentia, & ardore inordinato, quæ concupiscentia locum non habuit in* MARIA *uirgine, cuius sacratus sanguis fuit præparatus uirtute spiritus sancti. eod. ar. in* R. *Cum ar. 3.* Q*uia uero corpus, & sanguis uirginis* MARIAE *fuit secundum uirtutem seminantem in* A*dam, & in alijs patribus usq; ad* MARIAM *uirginem per hunc modum dicimus.* CHRISTVM *contraxisse affinitatem cum humano genere. ead. par. q. 31. arti. 6. argu. 3. non tamen secundum uirtutem seminalem, quæ lucum non habuit in conceptione corporis* CHRISTI, *sed tantum secundum corporalem substantiam, quòd tamen non est intelligendum hoc modo, quod corpus* CHRISTI *in* A*dam fuerit quædam corporalis substantia, sed quia corporalis substantia corporis, idest materia, quam sumpsit de uirgine, fuit in* A*dam, sicut in actiuo principio, non autem sicut in materiali principio, quia scilicet per uirtutem generatiuam* A*dæ, & aliorum ab* A*dam de-*

ſcendentium uſq; ad uirginem beatam factum eſt, ut illa materia præpararetur ad conceptum corporis CHRISTI*.eo.ar.arg.1. Sed quia in nulla alia matre fuit, nec erit affinitas taliter cauſata, ideo dicitur declarari ſublimitatem uirginis* MARIAE *per affinitatem. Quarto declaratur eius ſublimitas miniſterij ſolemnitate, quoniam miſterium dicitur, quod habet ſecretam, & abſcõditam diſpenſationem. 1.q.1.c. Multi in medio ut ſunt eccleſiaſtica ſacramenta.eod.c.ante mediũ. Quæ miſteria indignis, & non intelligentibus minimè ſunt communicanda 43.di.§.ultimo,&.c.in mandatis. Conſiderò in uirgine glorioſa, quatuor miſteria. Primum miſterium fuit plenitudo dilectionis. Sanctos nanq; ſuos* DEVS *ab æterno diligit ſcilicet dum uult eis omne bonum, & dum uult eis bonum, quo acquiritur illud finale bonum, & ſic in genere* DEVS *uult ſanctis ſuis finem, & omnia, quæ ſunt ad finem, & hoc in genere. Sed in ſpecie concurrunt ſeptem ad dilectionis plenitudinem, ſcilicet dilectio, ideſt* DEI *uoluntas cauſa boni, quoniam uoluntas humana ad ſui dilectionem præſupponit bonum in re, quam diligit, nec eſt cauſa cauſans illud bonum. Sic uoluntas* DEI *antequam diligat creaturam, uult creaturæ bonum, & cauſat in re illud bonum, & maximè in creatura rationali, quæ eſt capax fœlicitatis æternæ. Voluntas igitur* DEI*, dum homini uult bonum, cauſat illud bonum. Cum autem ſegregat fœlice futurum ab homine reprobo futuro, ſic hominem, quem primo diligit, nunc ſecundo elegit. Cum uero traſmutat dilectum in finem ultimum dirigendo, ſic*

Nota miſteria in virgine declarantiam ſuã ſublimitatem. Primum miſteriũ.

tertio DEVS sanctum suum prædestinat par. 1. q. 23. ar. 4. in R. & ar. 1. in fi. R. & sic ista dilectio, & electio, ac prædestinatio actiuè sunt in DEO ea. q. ar. 2. in R. Vnde sicut prouidentia actiuè est in prouidente, sicut gubernatio actiuè est in gubernante, sic prædestinatio actiuè est in DEO prædestinante. par. 1. q. 23. ar. 2. & sic gratia perueniens, uel operans est actiuè in DEO gratificante. 1. 2. q. 3. ar. 2. in R. Nec inuenio quenquam in sacro eloquio ueteris, ac noui testamenti, cui DEVS hæc tria misteria, hæc tria archana, hæc tria secreta, hæc tria abscondita reuelauerit, sed sicut prouidentia in prouiso est passiuè, sicut in gubernato gubernatio est passiuè, sic prædestinatio passiuè est in prædestinato, sicut gratia cooperans, uel concomitans, subsequens, uel præcedens est in gratificante, & passiuè in gratificato, sic etiam prædestinatio quo ad executionem dicitur esse in prædestinato, & hoc quantum ad quatuor effectus, quos ponit Apostolus dicens. Quos prædestinauit, hos et uocauit, & quos uocauit, hos & iustificauit, & quos iustificauit, illos & glorificauit. Sequitur autem septimum rationabiliter, scilicet quos magnificauit per gratiam prædestinationis, illos & beatificauit, & hoc quia de ratione prædestinationis est, quòd sit certa. par. 1. q. 23. arti. 6. Vnde Augustinus super illud Ro. 8. Quos præsciuit (inquit) prædestinatio est præscientia, & præparatio beneficiorum DEI, qua certissimè liberantur quicunque liberantur. Audiuistis modum, & processum dilectionis DEI quantum ad septem concurrentia. Modo appli- Rō. c. 8. f

cemus ad uirginem gloriosam hæc septem, & quomodo facta fuerunt ei manifesta plenè. Primo nanque DEVS *eam dilexit, dum bonum finem sibi uoluit, & cum hoc uoluit ei cum fine illo, quæ sunt necessaria ad consequendum finem, quæ omnia sunt communia omnibus sanctis; sed præ cæteris fuit dilecta, quoniam* DEVS *super alios sanctos finem ultimum ei uoluit, dum maiorem gloriam sibi præparauit, & maiorem gratiam, & charitatem, qua finem ultimum consequeretur. Secundo eam extra numerum reproborum segregauit, & amplius super omnes electos eam elegit. Vnde de ea canit, ecclesia. Elegit eam* DEVS, *& prælegit eam. Tertio eam prædestinauit non solum præordinando ad uitam, sed prædestinando per eam alios habituros uitam æternam, dum prædestinata fuit mater illius filij, per quem omnes sunt prædestinati habituri uitam æternam, iuxta illud Apostoli prædestinauit nos inadoptione filio-*

Eph.1.b. *rum per* IESVM CHRISTVM. *Et alibi quos*

Rom.8.f. *præsciuit, hos prædestinauit conformes fieri imagini filij eius. Ideo inquit Augustinus in prædestinatione sanctorum. Prædestinatio, est naturæ humanæ tanta, & tam excelsa, & summa subiectio, ut quo attoleretur altius non haberet. par. 3. q. 24. ar. 2.* Ecce quomodo DEVS *illam super omnes prædestinauit. Quarto*

Isaiæ.7.c. DEVS *illam uocauit scilicet dum præ cunctis prophetizata fuit. Vnde Isaias. Ecce uirgo concipiet, & pariet filium. Fuit autem quinto iustificata scilicet in sanctificatione, quoniam, etsi alij, & aliæ fuerunt sanctificati, uel sanctificatæ, ut spiritualiter portarent filium*

DEI in mentibus per fidem, spem, et charitatẽ, sic tamen fuit sanctificata, quòd filium DEI portauit non solum in mente, sed etiam in utero. par. 3. q. 31. ar. 5. in R. Vtrunque autem partum spiritualem perfecit, et beatior fuit in partu spirituali, quàm in corporali. Vnde Augustinus in lib. de uirginitate. Beatior est MARIA in perficiendo fidem CHRISTI, quàm concipiendo carnem CRISTI, & subditur. Materna propinquitas nihil MARIAE profuisset, nisi fœlicius CHRISTVM corde, quàm carne gestasset. Magnificata denique sexto fuit, dum filium conceptu peperit, & ipsum, quem in mente formatum gerebat, & carne, & spiritu magnificabat. Vnde ait euangelista. Magnificat anima mea dominum. Lucæ.1.e Ecce ergo quomodo debet peruenire ad septimum præ cunctis beatior. Secundum misterium, Secundũ misteriũ. quo declaratur noua prærogatiua scilicet sublimitatis, est misterium sanctificationis, & licet in multis præcedentibus locis sit dictum de sanctificatione uirginis gloriosæ, modo tamen dicendum est de ea prout est misterium. i. secretum absconditum. s. respectu finis, ad quem fuit sanctificata. Quidam. n. sanctificati fuerunt extra uentrem maternum in ueteri testamento. s. cum misterio, ut Noe ad fabricandam archam propter conseruationem spetiei humanæ, & aliarum speticrum, auium, & animalium, ut Abraham, Isaac, Iacob, Moyses, et quam plures alij, qui extra uentrem maternum sanctificati fuerunt domini, ut omnes primogeniti, de quibus dicitur. Sanctifica mihi omne primogenitum. Sed de duobus sanctificatis in utero matris, quorum sanctifica- Exo.13.a

tio fuit mysterium, scilicet Ieremias, & Ioannes Baptista. De Ieremia enim scribitur. Antequam exires de uentre, sanctificaui te. Et de Ioannes dixit Angelus spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ. Mysterium utriusque fuit figura prophetica. Nam Ieremias in suis uerbis prænuntiauit CHRISTVM passurum, & præfigurabat eum sanctificaturum populum iuxta illud Apostoli. IESVS ut sanctificaret populum per suum sanguinem extra portam passus est. Sed quia non sufficit sanctificatio per sanguinē, nisi CHRISTO passo applicetur genus humanum per fidem in Baptismate iuxta illud Apostoli. Sed abluti estis, sed sanctificati estis, ad quem Ioannes debebat populum præparare, iuxta illud Zachariæ. Præibis ante faciem domini parare uias eius. Et ideò ad præfigurandam hanc sanctificationem fuit Ioannes sanctificatus. Vnde omnes in utero, & extra uterum maternum sanctificati, in figura figurauerunt, & figurando prophetizauerunt CHRISTVM sanctificandum, & sanctificaturum; sed cum uirgo MARIA fuerit sanctificata, non ut figura figurans, sed ut ueritas in se ueritatem figuraret, concepit CHRISTVM DEI filium sanctum figuratum. Cum autem nullus alius quomodolibet sanctificatus fuerit electus ad tantum, & tam sublime officium, ad quòd electa fuit uirgo MARIA, ut in eius sacro utero celebraretur tale commertium, tale fœdus, talis unio diuinitatis, et humanitatis, in qua DEVS humiliatur ad hominē, et homo assumitur ad DEVM, sequitur, quòd eius officium superat omnia officia om-

Ierem. 1. a. Lucæ. 1. Ad hæb. 13. b. 1. Cor. 6. c Luc. 1. e.

nium sanctificatorum. Sic ergo per hoc mysterium sanctificationis declaratur noua eius prærogatiua sublimitatis. Eliciuntur. par. 3. q. 27. ar. 6. cum arg. 1. in R.

Tertium mysterium declarans nouam prærogatiuam uirginis MARIAE, *est Angelica annunciatio. Hoc mysterium fuit ab æterno archanum in* DEO, *secretum Angelis, absconditum hominibus, tam patriarchis, quàm prophetis, fuitq́; mysterium magnum ex parte diuini consilij deliberantis, ex parte patris filium mittentis, ex parte filij uenientis, ex parte angeli prænunciantis, ex parte uirginis suscipientis, & fuit tam occultè secretum, quòd diabolo fuit absconditum.* À DEO *(inquit euangelista) mittitur angelus, quia hoc nomen* DEVS, *est nomen essentiale, commune tribus personis, dum de qualibet persona in diuinis prædicatur, quia uerè pater est* DEVS, *uerè filius est* DEVS, *uerè spiritus sanctus est* DEVS. *Ideo cum dicitur.* À DEO *missus est angelus, intelligitur quòd à sanctißima Trinitate sit missus. Sed quare? Certe, ut quod ab æterno est occultè deliberatum, sit Angelo manifestum tanquam nuncio fideli. Cognouit enim angelus futuram incarnationem, latuit autem eum inuestigabilis domini conceptio, atque modus, qualiter totus in genitrice, totus manebat in omnibus, necnon in uirginea cellula. Vt habetur. par. 3. q. 31. ar. 2. arg. 3. Ecce quàm occultum mysterium ex parte* DEI *deliberantis, & ex parte angeli denunciantis. Cum autem pater, a quo filius præcedit, et æternaliter gignitur, filiũ mittit. O quàm secretum mysterium, non. n. mittitur filius tanquam minor à maiori,*

Tertium misterium

Lucæ. 1. c

nec tanquam minus sapiens à sapientiori, neque minus potens à potentiori, sed sicut splendor à lumine, & sicut radius à sole, ita tamen, quòd ille, qui erat in mundo, et per quem mundus factus est, incipit esse in mundo modo nouo. Nam qui primo erat inuisibilis, per humanitatem assumptam factus est uisibilis, par. 1. q. 43. ar. 1. in R. sed quare mittitur? Certe, ut ipse, per quem mundus est factus, mundū repararet. par. 3. q. 3. ar. 8. in R. Sequitur aliud misterium, scilicet ex parte acceptantis, scilicet uirginis MARIAE, cui pro nuncio mittitur Angelus non qualiscunque, sed Gabriel superior in ordine archangelorum, quoniam & si archangeli dicuntur, qui magnalia DEI annunciant, merito ad MARIAM debet mitti Gabriel princeps archangelorum, quia maximum est, quod ipse annunciat, scilicet incarnationem filij DEI. par. 3. q. 31. art. 2. argu. 4. Vnde quanuis Angelus secundum esse naturæ sit maior, & nobilior qualibet anima rationali, ut par. 1. q. 108. ar. 8. in R. & quanuis Angelus compræhensor sit maior quolibet uiatore. par. 3. q. 30. ar. 1. & sic respectu istorum duorum modorum anima sanctæ MARIAE sit inferior Angelo, dicente domino. Qui minor est in Regno Cœlorum, maior est illo, scilicet Ioannes Baptista, attamen in esse gratiæ, & in esse gloriæ MARIA est excelsior Angelis. par. 3. q. 30. art. 1. arg. 1. Cum autem in uita præsenti non esset, nisi in statu uiatoris, non autem compræhensoris, sic per Angelum fuit instructa de misterio incarnationis, non tamen secundum cognitionem naturalem, quam habet Angelus,

Matt. 1. b

ſed ſecundum cognitionem, quàm habent in uerbo. par. 1.q. 57.ar. 5.in R. & ſic patet quomodo per hoc tertium myſterium, quod eſt angelica annunciatio, declaratur noua prærogatiua uirginis glorioſæ, quæ fuit, quòd nulla mater eſt matre CHRISTI ſublimior.

Quartum myſteriū.

Quartum myſterium declarans matris CHRISTI ſublimitatem eſt diuini uerbi incarnatio. Incarnatio diuini uerbi eſt myſterium ualde abſconditum, maximè propter duo nomina, ſcilicet caro, & corpus. Reſpectu enim carnis dicitur incarnatum uerbum. Sed cur reſpectu corporis non etiam dicitur incorporatum uerbum? & ubi habemus hoc uerbum incarnatio habeamus incorporatio? Vt autem hoc ſecretum abſconditum nobis aperiatur, primo recitemus auctoritates, in quibus ponitur caro, & illas, in quibus ponitur corpus. Quantum ad primum, primo habemus ſymbolum fidei, in quo cantatur. Et incarnatus eſt. Secundo habemus Ioannem dicentem. Verbum caro factum eſt. Tertio habemus, CHRISTI dicentis dictum. Caro mea ueré eſt cibus. Quarto habetur. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis uitam in uobis, & infra quinto ſequitur. Qui manducat meam carnem, in me manet, et ego in illo. Cum enim hæc myſteria dicantur abſcondita ſub nomine carnis, ſic apparet, quòd hoc ſacrum myſterium debeat poni ſub nomine incarnatio, et non ſub nomine incorporatio. Sed quantum ad ſecūdum uerbum.ſ.corpus, uidetur, quòd hoc myſterium debeat poni ſub hoc nomine incorporatio, quoniam cum in ultima cœna inſtitueret ſacramentum Euchareſtiæ inquit

Quare dicitur incarnatio, & non incorporatio.

Ioan.1.b.
Ioan.6.f
Ioan.6.f
Ioan.6.f

ipse CHRISTVS. *Accipite, & comedite, hoc est*
Luc. 22. f *corpus meum. &c.* Vt *autem ostenderet hoc mysterium semper sub hoc nomine duraturum, subiunxit.* Hæc *quo-tienscunque feceritis in mei memoriam facietis.* Sic *igitur ecclesia utendo hoc nomine corpus, uidetur inuere, quòd hoc mysterium debeat dici incorporatio, et non in-carnatio.* Ad *huius mysterij declarationem tria sunt declaranda. Primum quare utrobique ponitur una pars naturæ humanæ, scilicet caro, & corpus; nec ponuntur omnes partes humanitatis scilicet anima, caro, & corpus; & cum in una persona sit unio duarum naturarum, cur non ponitur etiam natura diuina?* Secundum *declarandum est, quare in incarnatione ponitur caro, & non corpus?* Tertium *declarandum est, quare in ultima cœna scilicet in communione dicitur corpus, et nō caro.*

Nota ꝙ sacra scriptura loquitur p sinodocem quatuor modis.

Circa primum, notandum est, quòd sacra scriptura loquens per sinodoche capit partem pro toto quatuor modis. Primo *capiendo partem maiorem in quantitate, & minorem in uirtute, prout quando formauit* DEVS *hominem de limo terræ, & quando dixit.* Non *permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est.*

Gen. 2. a
Gen. 6. a

Notum *est, quòd corpus primi hominis non fuit formatum solum de puluere, siue de terra, sed etiam de alijs tribus elementis maioribus in uirtute, sed dicitur homo de terra propter maiorem quantitatem.* Et *similiter notum est, quòd in homine erant membra uitalia, ut cerebrum, cor, epar. splen, uiscera, ossa, & nerui.* Sed *dixit caro est, propter maiorem quantitatem.* Secundo *sacra scriptura capit quandoque maiorem partem in uirtute,*

&

& minorem in quantitate. Vnde dixit dominus Petro: Beatus es Simon Bariona, quia caro, et sanguis non reuelauit tibi. Vbi caro capitur pro uiro, & sanguis pro muliere, sic etiam sanguis capitur pro uita. Tertio sacra scriptura capit partem nobiliorem, ut animam pro uita, iuxta illud Matthæi. Anima plus est, quàm esca, & alibi. Quam cõmutationem dabit homo pro anima sua, idest pro uita. Quarto sacra scriptura capit partem ignobiliorem iuxta illud. Omnis caro fœnum, idest homo ad modum fœni, & sic habemus quomodo sacra scriptura loquens per synedochen capit partem pro toto quatuor modis. Secũdum hos quatuor modos locutus fuit CHRISTVS de se in sacramento corporis sui. Vnde capiens partem pro toto, & primo partem maiorem in quantitate utitur nomine hoc, scilicet corpus meum. Vnde igitur. Accipite et comedite, hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur, secundo CHRISTVS loquens de se in hoc sacramento utitur p synedochẽ uerbo exprimente partem maiorem in uirtute, scilicet panis. Vnde inquit. Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi, & exprimens quantæ sit uirtutis iste panis, subiungit immediate. Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum, panis enim hic intelligitur pro parte commestibili personæ separata à partibus incommestibilibus, quæ pars commestibilis in corpore est maior uirtute. Tertio CHRISTVS loquens per synedochen utitur nomine exprimẽte partem maiorem nobilitate. Pars autem illa est, quæ continetur in sacramento non mate-

Matt.16.c
Gen.9.a
Deut.12.
Matt.6.d
Mat.16.d
Isai.40.b
Mat.26.c
Nota q in misterio sacramẽti Christus fuit locutus p sine docen.
Ioan.6.f

terialiter, sed sacramētaliter ex ui sacramenti, scilicet secundum quod determinatur per formam sacramentalem, scilicet. Hoc est corpus meum. Vnde ibi est corpus CHRISTI *sacramentaliter, & inuisibiliter more spirituali. Vndè inquit, spiritus est, qui uiuificat,*
Ioan.16.g *idest corpus in sacramento spiritualiter, caro autem, idest corpus carnale, scilicet pro speciebus carnalibus, ut in macello non prodest quicquam, suum igitur corpus non sub spetiebus humanæ carnis, sed sub spetiebus sacramētalibus est pars* CHRISTI *nobilior, de qua loquens per synedochen capiendo partē pro toto inquit comedite, hoc est corpus meum. Quarto* CHRISTVS *loquens per synedochen capit pro toto partem maiorem & ignobiliorem, sub hoc nomine caro & sanguis. Vnde ait caro mea uerè est cibus,*
Ioan.6.f *& sanguis meus uerè est potus, & sequitur loquens de effectibus. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis uitam in uobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meū sanguinem, habet uitam æternam, & ego resuscitabo eū in nouißimo die, & cætera. Vt autem credamus eum* CHRISTVM *integrum sub qualibet spetie, scilicet panis, & uini, idest in carne, in corpore, in tota persona, cum corpore uero, & non fantastico, in carne uera, & non imaginaria, cum anima, cum diuinitate sumendum sacramentaliter, & spiritualiter inquit si-*
Ioan. 6.f *cut misit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrē,*
Quomodo in misterio icarnationis *& qui manducat me, & ipse uiuet propter me. Secundum declarandum est, quare in incarnatione, &*

quare in præcepto cõmunionis utitur CHRISTVS *hoc nomine caro, & incarnatio, & non potius corpus, & incorporatio? Respondens dico, quòd in incarnatione, quæ à carne dicitur; Euangelista utitur hoc nomine caro dicens, Verbum caro factum est, idest Verbum homo factus est.* Et hoc ideo dictum eꝗ *ad exprimendam diuini uerbi incarnati humilißimæ humilitatis profundißimam profunditatem. Caro enim est pars hominis uilior, quam filius* DEI *assumens fuit profundißimè humiliatus. Ideo non dicitur corpus, & incorporatio, sed caro, & incarnatio. Sed restat tertium declarandum, scilicet quòd cum hoc uenerabile sacramentum celebretur in memoriam paßionis* CHRISTI *ignominiosæ, in qua illa caro uilis, & uilior omni parte personæ* CHRISTI *cur etiã non dicitur in paßionis commemoratione. Hæc est caro mea, sicut dicitur hoc est corpus meum. Ad hoc respondens dico, quòd ideo hoc sic factum est propter quatuor rationes.* Prima ratio *est utilis comparatio, et pia per locum à minori argumentatio; sicut enim speras, quòd cibus nutritiuus in quinto gradu, ut panis nutriet te, sic etiam sperare potes, quòd te nutriet cibus nutritiuus in gradu decimo. Vnde si te nutriri speras comedendo panem, magis debes sperare, quòd te nutriet panis, & membrum capponis, si ergo speras uitam æternam per carnem* CHRISTI, *multo amplius debes sperare uitam æternam per carnem, & corpus* CHRISTI. *Sed cum idem* CHRISTVS *intelligatur sub nomine carnis, qui intelli-*

non dicit corpus sꝫ caro.

Ioan.1.

Quomodo in misterio corporis Christi dicitur potius corpus meũ, ꝙ caro ꝓpter quatuor rationes.

gitur sub nomine corporis, attamen pro paruulis ætate, pro paruulis in christiana religione, pro paruulis in fide, pro paruulis in spe, pro paruulis in charitate fit ista argumentatio, cuius fundamentum dat CHRISTVS, dum ipse, qui corpus suum comedendum sub nomine carnis præcipiebat pauloante cœnam, in cœna porrigit sub nomine corporis dicens. Accipite, & comedite, Hoc est corpus meũ. Hæc Albertus Magnus.4.di.8. Secunda ratio est pia argumentatio ad fidem confirmandam de totalitate CHRISTI in sacramento. Quoniam si credis in sacramento totum CHRISTVM sub nomine carnis, multo magis debes confirmari in fide, dum tibi porrigitur sub nomine corporis; hæc supradictus Doctor. Tertia ratio est ad satisfaciendum paßioni, cuius hoc sacramentum fit in memoria; & quia passus fuit in omnibus membris, & sensibus, ideo ad satisfaciendum paßioni dictum est. Hoc est corpus meum. Vt autem prouideretur sacramento, quod datur per modum cibi, dictum est caro, quia est magis apta comestioni, quàm sit corpus. Quarta ratio est, quoniam hoc est sacramentum unitatis, ideo enim datur sub specie panis, & uini, quæ duo effluunt à multis granis frumenti, & uini, ad significandum unionem totius corporis CHRISTI mistici, & quia corpus propter membra melius repræsentat ecclesiam, quàm faciat caro, ideo potius dixit corpus meum, quàm caro mea. Sed est, qui dubitando dicat cum dictum sit, quòd dominus loquens per synedochen capiat partem pro toto, & precipue

Nota quare nõ dicitur anima mea, vel

partem uirtuosiorem, & etiam partem nobiliorem. Et cum anima sit nobilior, atque uirtuosior carne, uel corpore; Et cum natura diuina sit nobilior, et uirtuosior natura humana, cur non dixit per synedochem anima mea, uel diuinitas mea, & non caro mea, uel corpus meum? Ad huius dubij declarationem nota primo, quòd anima quàmdiu est corpori mortali coniuncta per horum sensibilium cognitionem manuducitur in cognitionem inuisibilium, et ideo traduntur sacramenta, quæ sunt sacrarum rerum signa, cum anima CHRISTI, & diuinitas eisdem sint quædam sacra, & spiritualia, nec sint sensibilia, & per consequens non poßint esse signa significantia, sed potius res significatæ, scilicet per sacramenta; ideo dominus in confirmando suum sacramentum, uel de suo sacramento loquens non dixit diuinitas mea, nec anima mea, sed dixit caro, mea, uel corpus meum. Hæc eliciuntur par. 3.q.40.ar.4. Præterea & secundò per hoc sacramentum reputatur paßio CHRISTI, cuius paßionis hoc sacramētum est memoriale ea.par.q.79. ar.1.in medio.R. cum autem anima CHRISTI non habeat sanguinem, nec diuinitas, & cum diuinitas, & anima sint immortales, ideo non dixit dominus anima mea, uel diuinitas mea, sed dixit caro mea, uel corpus meum. Vlterius & tertio nota, quòd hoc sacramentum datur homini per modum cibi, et potus: & similiter proprietates, quas corporaliter habent cibus, & potus, habet hoc sacramentum spiritualiter. Ideo non dixit dominus, diuinitas mea, nec anima mea, qua

diuinitas mea sicut caro mea, vel corpus meū.

ſunt duo incomeſtibilia, ſed inquit caro mea, uel corpus meum. Quarto conſtat hoc ſacramentum ex ſpeciebus, in quibus traditur, quæ duo ſignificant unionem, quam ſignificare non poteſt diuinitas CHRISTI, nec anima eius; Ideo bene loquitur dominus in hoc ſacramento, cum dicit, uel caro mea, uel corpus meum, ut par. 3.q.79.ar.1. & ſic apparet, quomodo potius dicitur incarnatio, quàm incorporatio, per quam incarnationem habemus declaratum quartum myſterium declarans nouã prærogatiuã.ſ.quòd ſicut CHRISTO MARIAE filio nullus filius fuit unquã ſublimior, ita nec ulla mater fuit unquam MARIA ſublimior, cum cantet eccleſia de ipſa ſola. Et incarnatus eſt de ſpiritu ſancto ex MARIA uirgine. Superius habuimus pro declaratione ſecundi libri, quo modo CHRISTVS uerè eſt DEVS abſconditus in utero uirginis, & in eius gremio: nunc autem declarare oportet, quomodo CHRISTVS DEI filius in matre temporali fuit, & eſt in eius mentis domicilio, & hoc perpetualiter. Sicut natura diuina aſſumpſit naturam humanam in unitate perſonæ, & non accidentaliter, ſed indiuiſibiliter, ut par. 3.q.2.ar.6. Nam uerbum, quod ſemel aſſumpſit, nunquam dimiſit, nec etiam per mortem, in qua & ſi anima fuerit ſeparata à corpore, diuinitas tamen, ideſt natura diuina non fuit ſeparata à natura humana par. 3.q.50.ar.2.&.3. Et ſicut corpus CHRISTI non mobiliter in ſacramento, ſed immobiliter, quantum durant ſpecies ſacramentales. ead. par. q.76.ar.6. ſic per gratiam fuit in uir-

Firmitas virginis Mariæ in gratia.

gine gloriosa tanta unio spiritus MARIAE, & CHRISTI, quòd ipsum CHRISTVM DEI filium, quem semel formatum suscepit in mente, nunquam dimisit, nunquam ab illa separatus fuit: sed confirmata in gratia, in fide, in spe, & in charitate, ipsum in se conseruauit perpetualiter usq; quo per gratiam peruenitur ad gloriam. Sed sicut charitas est intensibilis in infinitum. 2.2.q.24.ar.7. sic charitas in MARIA uirgine continuè intendebatur, siue augebatur. Et hoc est, quòd ipsa incarnatio ait. Magnificat anima mea dominum. Sed quomodo imperfectior, ut MARIA potest magnificare perfectiorem, ut dominum, idest DEVM, quomodo infinitum potest à finito fieri maius? quomodo ergo MARIA potest dominum magnificare, cum inquit. Magnificat anima mea dominum. Ad quod declarandum dicam magnificentias, quibus dominus DEVS magnificauit uirginem MARIAM, & uersa uice ostendam, quomodo ipsa magnificat dominum. Prima enim magnificentia fuit firma, & incontaminabilis sanctitas. Sicut enim sol suis radijs inter sydera corruscat, & in alto, et in profundis cloacharum transiens in nullo contaminatur, sic uirgo MARIA gloriosè fulget inter angelos, gloriosè rutilat inter sanctos, refulget sine macula inter peccatores, qui potius splendore suæ sanctitatis illustrantur, quàm ipsa suis immundicijs maculetur. Quoniam sicut DEVS per spiritum sanctum uasculum uteri præparauit, ut filius DEI ibidem habitaret, & inde carnem sumeret, sic in mentis uascu-

Dubiũ cũ responsione.

Maria virgo pluribus magnificẽtijs magnificata est.

Prima magnificẽtia in Maria virgine.

lo DEVS *trinus & unus descendit, & in illo habi-*
Ioan.14.c *tauit, tanquam perfectè adimpleuerit illud. Qui diligit*
me, sermonem meum seruabit, & pater meus dili-
get eum, èt ad eum ueniemus, & mansionem apud eum
faciemus par.1.q.43.ar.3.in.1.R. Mãsionem quip-
pè facit sancta trinitas, dum p̃ gratiã inhabitauit, nec
unquã discesßit. Nõ.n.*recedit* DEVS *ab anima, nisi p̃*
aliquod peccatũ mortale. In *ea aũt nõ dicitur fuisse pec*
catũ, quoniã tũc nõ fuisset idonea mater filij DEI. *Nã*
sicut gloria filiorum, patres eorũ, ita p̃ oppositũ igno-
Prou.17.a *minia matris redundasset in filium. Ideo fatendũ est ip-*
sam matrem CHRISTI *nullũ peccatum commisisse.*
*par.3.q.27.ar.4.in.*R.*Quinimo non solum nõ cõmi*
sit, nec solum peccatum aliquod actuale in ipsa nõ fuit,
sed neque de mortali peccato fuit temptata, & maximè
de peccato carnis, cum temptatio carnis sit ipsa concu-
piscentia, [redacted] *de qua* CHRI-
STVS *tentari noluit. par.3.q.41.art.1.arg.3.* Et
ideo in ipso conceptu, in quo fuit mater, de ipsa bene
cantatur. Tota *pulchra es amica mea, & macula non*
Cãt.c.4.b *est in te.* Sic *ergo per hanc magnificentiam dicit.* Ma-
gnificat anima mea dominum non solum in utero ge-
stando, non solum in utero usque ad debitum incremen-
tum ex meo sacro sanguine corpulentiaam admini-
strando, sed ipsum DEI *uerbum (uerbum inquam*
mihi donatum) in mente firmiter custodiendo. Nam
DEVS *dedit* MARIAE *uerbum illumiuans in-*
tellectiuam, ipsa hoc donum magnificauit dono DEI
inflamando uolitiuam. Verbum *enim quod insinuare,*

intẽdimus cũ amore, notitia est. Non igitur secundum, qualencunque perfectionem intellectus mittitur filius sed secundũ instructionẽ intellectus, quo prorumpat in affectum amoris. Vnde Apostolus. Qui audiuit à patre, & didicit, uenit ad me. Et Dauid in Psal. In meditatione mea exardescet ignis. Et ideo inquit Augst. in lib. de Trini. Filius mittitur, cum à quocunq; cognoscitur, atq; ꝑcipitur. Perceptio. n. quandã experimẽtalem notitiã significat, et hæc propriè sapiẽtia dicitur, quasi sapida scientia: Sicut ergo spiritus sanctus amor à spiritu sancto mittitur, qui est sapientia: sic in MARIA uirgine uerbum magnificatur, dum mens eius in affectum amoris inflammatur. par. 1. q. 43. ar. 5. argu. 2. Dum igitur inflammatur mens sua in sanctitate, magis, atque magis firmatur: & sic patet prima magnificentia, qua uirgo magnificat, & magnificatur. Sed est, qui dubitando dicat: quo modo uerum est, eam habuisse hanc magnificentiam, scilicet quòd fuerit in ea firma, et incontaminabilis sanctitas, cum in duobus peccatis inueniamus eam per sacros doctores peccasse, scilicet peccato inanis gloriæ, & peccato infidelitatis? Nam Ioan. Cerisostomus super Matthæum exponens illud. Ecce mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes te. Dicit enim manifestum est, quòd solum ex uana gloria faciebant. Et idem Chrisostomus super Ioan. super illo uerbo. Vinum non habent, inquit, uolebat illis imponere gratiam, & se ipsam clariorem facere per filium, & quod fortaßis humanum patiebatur, quenadmodum fratres eius dicentes. Manifesta te ipsum mundo, &

Dubiũ de firmitate fidei virginis Mariæ, et eius sanctitate.

Matt. 12. d et Mar. 3. d

Ioann. 2. a

Ioann. 7. a

ſubdit. Nec enim fratres eius credebant in eum. Ecce doctor famoſiſſimus quantum ei imponit peccatum inanis gloriæ. Sed quid Auguſtinus de eius parua fide dicat, audite. Inquit enim ſuper illo uerbo. Tuam ipſius animam pertranſibit gladius, quòd beata uirgo in morte domini ſtupore quodam dubitauit. Sed inanis gloria eſt peccatum magnum, & etiam dubitare de fide eſt maius ergo uidetur, quòd non fuerit firma ſanctitas in ipſa, neque incontaminabilis. Primo reſpondetur ad dictum Ioannis Chriſoſtomi. Et in primis accipio uerſiculos originalis ſui, & ſeorſum cuilibet uerſiculo reſpondebo. Dicit enim in primo uerſiculo, uolebat illis imponere gratiam, & ſe ipſam clariorem facere per filium, et ſic uidetur innuere, quòd peccauerit per uanam gloriam. Ad huius uerſiculi declarationem nota: quis in nuptijs loquitur, & quibus loquitur: & finem, ad quem loquitur. Loquitur ne MARIA, uel ſpiritus ſanctus? certe quæ recipit ſpiritum ſanctum ſuperuenientem in uerbi incarnationem, quæ nullum commiſit peccatum poſt ſuum partum, non amiſit ſpiritum ſanctum in nuptijs, nec ſpiritus ſanctus ab ipſa diſceſſit, qui ſpiritus ſanctus gratias gratis datas pleniſſimè illi conceſſit, inter quas ſpiritu prophetico ipſa repleta pro loco, & tempore illis gratijs uſa eſt. par. 3. q. 27. ar. 5. arg. 3. Quis negare poteſt, quòd ſpiritu prophetico nõ fuerit loquuta? quo ſpiritu loquuta fuit filio omnibus audientibus tanquàm teſtis indigentiæ, tanquàm aduocata, tanquàm teſtis humanitatis CHRISTI, qui in nuptijs per miraculum proprium erat oſtenſururi

Luc. 2. c

Reſpõſio ad dubiũ.

suam diuinitatem, ut sic per hanc matris, & patris testificationem DEVS & homo crederetur. Spiritu autem sancto mota dixit ministris. Quaecunque dixerit uobis, facite. Quis ei reuelauit, quòd aliquid esset praeparaturus ad miraculum futurum, nisi spiritus sanctus, qui caeteris CHRISTI coadiutorijs dedit discretionem spiritum, scilicet ut scirent occulta cordium praesentia, atque futura? In nuptijs ergo attende quis loquitur, & dic, quòd est spiritus sanctus ore MARIAE, qui loquitur ministris, ut obediant CHRISTO pro futuro miraculo. Ad quem uerò finem fuit locutus spiritus sanctus. Certe ut CHRISTVS per deitatem operantem miraculum clarificaretur, ut uirgo DEI mater & non solum hominis crederetur: ut conuentus apostolorum in fide deitatis, & humanitatis confirmaretur. Vnde sequitur, quòd facto miraculo crediderunt in eum discipuli eius, idest firmius. Dicit quarto doctor Chrisostomus in illo uersiculo. Volebat illis imponere gratiam, illis quippè, quorum nuptiae celebrabantur, & se clariorem per filium facere, ut quae ante miraculum putabatur mater hominis, post miraculum credetur mater hominis, & DEI. Sequitur secundus uersiculus. Et fortassis quid humanum patiebatur, quemadmodum & fratres eius dicentes, manifesta te ipsum mundo. Attendite quid Apostolus uoluerit dicere, quando ait. Humanum dico propter infirmitatem carnis uestrae. Certe uoluit dicere illud, quod ante dixerat. Temptatio uos non apprachendat, nisi humana. Est autem temptatio humana, sine qua non tran-

Ioan,12,a

Ad Rom. 16.c

Ad Cor. 10.c

situr hac uita, ut concupiscentia carnis contra spiritum, quæ concupiscentia ortum habet à fomite peccati, sicut flamma à prunis. Sed quomodo quid humanum poterat pati, cum opinio sit tenentium, quòd non fuit concepta in peccato originali? Caret igitur peccati fomite, & per consequens in ipsa nulla fuit concupiscentia, & per consequens nec ullum ueniale peccatum, & multo minus peccatum mortale. Secundum autem opinionem tenentium, quòd postquàm fuit concepta, fuit etiam in utero materno sanctificata. Nam fomes in ea fuit ligatum in utero materno, & in conceptione filij DEI *fuit totaliter extinctum. Vnde in ipsa nullum fuit peccatū actuale, mortale, nec ueniale. par. 3. q. 27. art. 3. argu. 3. & argu. 4. in fi. R. & art. 1. in fi. ar. 5. argu. 1. Ad dictum autem Chrisostomi dico, quòd ipse loquitur sub dubio. Ait enim fortaßis quid humanum patiebatur.* Et

Matt,12,d *idem Chrisostomus exponens illud. Ecce mater tua, & fratres tui et cæt. inquit, manifestum est, quòd solum ex uana gloria hoc faciebat, scilicet fratres* CHRISTI, *sed non mater. Vel dicitur, quòd ipse Chrisostomus excesit, uel potest exponi, ut intelligatur dominum in ea cohibuisse non inordinatum inanis gloriæ motum quātum ad ipsam, sed id, quod ab alijs posset extimari ea. q. ar. 4. argu. 3. Sequitur tertius uersiculus:* Nondum *enim ut oportebat de eo opinionem habebat. Cui con-*

Lucæ,2.e *sentire uidetur Augustinus super illo uerbo. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Inquit enim in libro ueteris, ac noui testamenti. Beata uirgo in morte domini stupore quodam dubitauit. Vnde uidentur hi duo docto-*

res affiirmare, quòd peccauerit per infirmitatem. Cui respondetur, quòd illa dubitatio non fuit infidelitatis, sed admirationis par.3.q.27.ar.4.arg.2.in medio. Vnde ad propositum inquit Basilius in epistola ad Opitmum, quòd beata uirgo aßistens cruci, & aspiciens singula post testimonium Gabrielis, post ineffabilem diuinæ conceptionis notitiam, post ingentem miraculorum ostensionem anima fluctuabat ex una parte uidens eum pati iniusta, ex altera parte considerabat eius mirifica. Sunt autem iuxta modum traditum à supradicto Basilio quinquaginta considerationes, quas stans iuxta crucem ipsa uirgo faciebat. Primo enim considerabat quãtum fuit humiliatus in incarnatione, & quantum hodie humiliatur in paßione. Secundo considerabat in incarnatione ex suo sacro sanguine concipitur, & hodie sacer ille sanguis effunditur. Tertio considerabat, quomodo in incarnatione à patre mittitur, & hodie à patre derelinquitur. Quarto considerabat, quomodo in incarnatione DEVS & homo coniungitur, & hodie anima à corpore disiungitur. Quinto considerabat, quomodo in incarnatione caro à uita suscipitur, & hodie uita moritur. Sexto considerabat, quomodo in incarnatione de spiritu sancto concipitur, & hodie Dyabolus uictor eum persequitur. Septimo considerabat, quomodo in incarnatione uirgo nupta eum suscipit, & hodie Synagoga meretrix eum abicit. Octauo considerabat, quomodo in incarnatione mater uirgo relinquitur, & hodie Synagoga nouerca efficitur. Nono considerabat, quomodo in natiuitate nascitur suauiter, &

Quinquaginta considerationes factæ per Mariã iuxta crucẽ stando.

Prima cõsideratio.

2. consideratio.

Tertia cõsideratio.

Quarta cõsideratio.

Quinta cõsideratio.

Sexta consideratio.

Septima cõsideratio.

Octaua cõsideratio.

Nona consideratio.

Decima consideratio. hodie in cruce moritur crudeliter. Decimo considerabat, quomodo in natiuitate ab ipsa pannis inuoluitur, & hodie in cruce uestibus exuitur. Vndecima consideratio. Vndecimo considerabat, quomodo in natiuitate reclinatur in præsepio, & hodie eleuatur in crucis patibulo. Duodecima consideratio. Duodecimo considerabat, quomodo in natiuitate sacro lacte lactabatur, & hodie in cruce felle & aceto potabatur. Tertiadecima consideratio. Terciodecimo considerabat, quomodo in natiuitate ab Angelis glorificabatur, et hodie in cruce à cūctis blasphematur. Quartadecima consideratio. Quartodecimo considerabat, quomodo in natiuitate à pastoribus adorabatur, & hodie à sacerdotibus, à schribis, phariseis, & ab omni populo exprobatur. Quintadecima consideratio. Quintodecimo considerabat, quomodo in natiuitate à regibus honorabatur, & hodie ab Herode, & Pylato condemnatur. Sestadecima consideratio. Sextodecimo considerabat, quomodo in conceptu ab ipsa Helysabeth salutabatur, & ipsa uirgo ab Helysabeth prophetatur, sed hodie ad crucem à collegio filiorum Hyerusalem associatur, et cum ipsa illud collegium cum flectu lachrymatur. Decimaseptima consideratio. Decimoseptimo considerabat, quomodo in conceptu Baptista in utero materno exultat cum honore, hodie totus populus strepit cum furore. Decimaoctaua cōsideratio. Decimooctauo considerbat, quomodo in conceptu sanctæ mulieres inuicem se salutant, & hodie sanctæ dominæ stantes à longe inuicem gemunt, & plorant. Decimanona consideratio. Decimonono considerabat, quomodo ad ipsam fuit à DEO Angelus missus uisibiliter, & hodie ad uxorem Pylati missus est Dyabolus inuisibiliter. Vigesima cōsideratio. Vigesimo considerabat, quomodo in conceptu ab Angelo aue, idest sine uæ dicitur, sed hodie omni uæ subijcitur. Vigesima prima cōsideratio. Vigesimoprimo

cõſiderabat, quomodo in cõceptione in ſtabulo naſcitur, & hodie in cruce moritur. Vigeſimoſecundo conſiderabat, quomodo in natiuitate inter duo animalia bouem & aſinum collocatur, & hodie inter duos latrones eleuatur. Vigeſimotertio conſiderabat, quomodo in natiuitate ſol in media nocte cœlum, & terram illuminauit, hodie cum CHRISTO *moriente ſuos radios occultauit. Vigeſimoquarto conſiderabat, quomodo in pueritia circunciditur, hodie per totum corpus ſanguis eicitur. Vigeſimoquinto conſiderabat, quomodo in pueritia ſanctus Symeon ipſum amplexatur, & hodie brachijs apertis in cruce dilatatur. Vigeſimoſexto conſiderabat, quomodo infans ſuper altare offertur in templo, hodie in cruce figitur in publico. Vigeſimoſeptimo conſiderabat, quomodo dum puer ſuper altare ſtabat, à Symeone gladius mœroris prædicitur, hodie gladio cruoris transfigitur. Vigeſimooctauo conſiderabat, quomodo infantes propter ipſum moriuntur innocentes, hodie uerò moritur propter nocentes. Vigeſimonono conſiderabat, quomodo dum puer per Angelum apparentem* Ioſeph *à morte liberatur, & hodie per Angelum in orto ad mortem confortatur. Trigeſimo conſiderabat, quomodo puerum perditum inuenit in templo in medio doctorum, & hodie in monte Caluariæ ipſum inuenit in medio peccatorum. Trigeſimo primo conſiderabat, quomodo uir factus à* Baptiſta *in Iordane lauatur, hodie in cruce ſuo ſanguine totus tingitur, dum cruentatur. Trigeſimoſecundo conſiderabat, quomodo in baptiſmo, & in transfiguratione à patre filius dile-*

Vigeſima ſecũda cõſideratio.
Vigeſima tertia conſideratio.
Vigeſima quarta cõſideratio.
Vigeſima quinta cõſideratio.
Vigeſima ſexta conſideratio.
Vigeſima ſeptima conſideratio.
Vigeſima octaua cõſideratio.
Vigeſima nona conſideratio.
Trigeſima conſideratio.
Trigeſima prima conſideratio.
Trigeſimaſecunda conſideratio.

Trigesima tertia consideratio. Trigesima quarta consideratio. Trigesima quinta cõsideratio. Trigesima sexta cõsideratio. Trigesima septima consideratio. Trigesima octaua cõsideratio. Trigesima nona cõsideratio. Quadragesima consideratio. Quadragesima prima consideratio. Quadragesima secunda cõsideratio. Quadragesima tertia cõsideratio. Quadragesima quar-

ctus uocabatur, & nunc in cruce se derelictum protestatur. Trigesimotertio considerabat, quomodo in transfiguratione eius facies ut sol fuit clara, & nunc in cruce facta est obscura. Trigesimoquarto considerabat, quomodo uno cibo multa hominum milia cibauit, & & potauit, & nunc in cruce sitiens felle cibatur, & aceto potatur. Trigesimo quinto considerabat, quomodo per infinita miracula ostendit mundo suam deitatem, & nunc in cruce ostendit puram humanitatem. Trigesimo sexto considerabat, quomodo tormenta patiebatur, & pro iniuriantibus patrem deprecatur. Trigesimoseptimo considerabat, quomodo ut latro moriebatur, & latroni paradisum promittebat. Trigesimooctauo considerabat, quomodo in cœna commisit Petro curam matris, & in cruce ipsam ueram matrem committit discipulo dilecto. Trigesimonono considerabat, quomodo discipulis spiritum sanctum promisit, & nunc in cruce inclinato capite emisit spiritum. Quadragesimo considerabat, quomodo in ultima cœna dedit corpus suum ad comedendum, & hodie illud parauit ad sepelliendum. Quadragesimoprimo considerabat, quomodo in cœna sanguinem discipulis in potum porrigebat, & nunc in cruce ex aperto latere sanguis cum aqua affluebat. Quadragesimosecundo considerabat, quomodo petræ scindebantur, & corda Iudæornm indurabantur. Quadragesimotertio considerabat, quomodo CHRISTVS lux uera in sepulchro claudebatur, & nunc in cruce sol obscurabatur. Quadragesimoquarto considerabat, quomodo resurrectio expectabatur, & à Iudæis sepulchrum

chrum sigillabatur. Quadragesimoquinto considerabat, quomodo monumenta aperiebantur, & mentes peccatorum claudebantur. Quadragesimosesto considerabat, quomodo uelum templi scindebatur, & Iudæus simul cum Paganis contra CHRISTVM inuehebatur. Quadragesimoseptimo considerabat, quomodo multa corpora sanctorum surrexerunt, & impij Iudæi in sua pertinaci prauitate perseuerabant. Quadragesimooctauo considerabat, quomodo latro CHRISTVM morientem DEVM credebat, & in cruce mortuum, ac in sepulchro tumulatum DEVM adorabat. Quadragesimo nono considerabat, quomodo super terram multi secum flebant, & cum latrone in Limbo sancti patres gaudentes exultabant. Quinquagesimo considerabat, quomodo filio DEI priuabatur, & discipulum purum hominem amplexebatur.

ta consideratio. Quadragesimaquinta consideratio. Quadragesimasexta consideratio. Quadragesimaseptima consideratio. Quadragesimaoctaua consideratio. Quadragesimanona cōsideratio. Quinquagesima cōsideratio.

Cum autem ad domum peruenisset, intrans cubiculū suum filium, quem firma fide formata tenebat in cordis secreto, solitaria cōtemplabatur, ioconditatem uitæ cōuersam in mortis mœrorem, dum captiuatur; est omnipotentia; dum iudicatur, & est iustitia; dum spoliatur, & est omnium prouidentia, dum uelatur, & est sapientia, dum flagellatur, & est clementia, contemplabatur altitudinem maiestatis in humilitate, latitudinem æternitatis in breuitate, secretorum profunditatem in sepulchri obscuritate. Contemplabatur, quomodo comprætensor peregrinabatur, quomodo illa animæ gloria non in corpore manifestabatur, quomodo omnium doctor, ut discipulus examinabatur, quomodo iustus,

peccator reputabatur; quomodo in tot miraculis non DEVS *reputabatur, quomodo ſplendor patris extinguebatur, quomodo rex regum, & dominus dominantium, omnium imperator ſeruis ſubijciebatur. Cōtemplabatur, quomodo ſurſum eſt cum candore, et deorſum cum liuore. Surſum diues, deorſum pauper ſurſum uitæ ſpeculum, deorſum mortis ſpectaculum: ſurſum glorioſus, deorſum ignominioſus: ſurſum ab angelis glorificatur, deorſum ab hominibus blaſphematur. Ecce audiuiſtis, quomodo uirgo* MARIA *nō peccauit per uanam gloriam, nec etiam peccauit per infidelitatem, quia (ut declaratum eſt) ſua dubitatio non fuit infidelitatis, ſed admirationis: quoniam quem temporaliter nouem menſibus in utero portauit, et. 30. annis oſtendit in gremio, in mentis domicilio perpetualiter tenuit. In cuius ſignificationem eccleſia in matutinis hebdomodæ ſanctæ de ſua fide facit ſpecialem cōmemorationem, propter quam declarandam narrabo quid ſit in ordine prædicatorum. Nam ſecundum ordinem prædicatorum in hebdomoda ſancta cantantur tres mattutini ſcuri iſto modo uidelicet. Accendūtur tot candele ante altare maius, quot pſalmi dicuntur ad mattutinum, & ad laudes, quibus accenſis inchoatur mattutinum, & pro quolibet pſalmo finito extinguitur una candela. Cum autem cantatur benedictus, extinguitur ultima, & etiam extinguntur omnes lampades, et omnia luminaria, quæ ſunt in eccleſia, excepta una candela paruula, quæ in una lanterna de oſſo ſeruatur cooperta in loco ſecreto, & tunc ſine lumine terminantur*

mattutini. Ad propositum est sciendum, quòd extinctio luminum significat extinctionem luminis fidei in omnibus: lumen uero in secreto seruatum significat fidem Petri seruatam in uirgine MARIA. *Fides Petri fuit ista. Tu es* CHRISTVS *filius* DEI *uiui, qui in hunc mundum uenisti. Hæc est fides, super quam debebat ædificari ecclesia* CHRISTI, *qui ait Petro. Tu es Petrus, & super hanc petram, scilicet confeßionis* CHRISTI *ædificabo ecclesiam meã. Hæc est fides, pro qua orauit* CHRISTVS, *de qua inquit* CHRISTVS *Petre ego pro te rogaui, ut nõ deficiat fides tua. Sed quoniã oratio* CHRISTI *nusquam dicitur fuisse inanis, quomodo deficit, cum ipse ter* CHRISTVM *negauerit? Dico, omnẽ orationem* CHRISTI *semper fuisse exauditam, eius ergo fides seruata fuit in uirgine gloriosa, quæ in mentis domicilio conseruauit in secreto lumen fidei. Sic igitur patet eius dubitationem, eius fluctuationem non fuisse infidelitatis, sed admirationis. Concluditur igitur uirginis* MARIAE *prima magnificentia, qua dominum magnificat, & à domino magnificatur: quæ magnificentia est firma, & incommutabilis sanctitas. Secunda magnificentia, qua uirgo* MARIA *magnificatur à domino, & domino magnificat, est unionis sublimitas. Circa hãc magnificentiam est primo notandum, quòd donans gratis per donum magnificat donatarium, & donatarius magnificat donantem, & suum donum, scilicet gratis beneficium suscipiendo, gratias agendo, laudando, & beneficio*

Mat. c. 16 c.

Mat. c. 16. c.

Luc. c. 22. d.

Secunda magnificẽtia in Maria virgĩe.

bene utendo. Cum enim diues liberalis, uel beneficus, uel pius, uel misericors dat pauperi donum, & eo bene utitur pauper, ita quòd negotiando efficitur diues, uel si erat diues, efficitur ditior, sicut per benefactorẽ magnificatur, ita ipse beneficiatus benefactorem, & beneficium magnificat. Modo ad propositum est sciendum, quòd uirgo gloriosa, & (ut ita dicam) paupercula accepit à domino donum, quando in utero materno suscepit spiritum sanctum, qui est donum. s. donans, & donatum. Nam cum spiritus sanctus dat se ipsum, dicitur donans iuxta illud Augustini. Quid tam tuũ, quàm tu? Datur autem ut amor, quo amore dantur & alia dona. par. 1. q. 28. per totum. Inter quæ dona uirgo MARIA spiritu sancto plena, amore, & gratia suscepit hanc magnificam unionis sublimitatem. Ad quam declarandam concurrunt septem uniones, in quibus ipsa fuit sublimis: quarum prima est unio corporalis. Secunda unio integralis. Tertia unio formalis. Quarta unio spiritualis. Quinta unio sacramentalis. Sexta psonalis essentialis.

Septima vniones cõcurrentes in Maria, quibus ipsa fit sublimis.

Prima enim unio, in qua uirgo gloriosa fuit sublimis, est corporalis, quia ipsa CHRISTVM DEI filium, quem tenuit absconditum in utero, & deinde extra uterum in gremio, tandem tertio ipsum in mentis domicilio seruauit. Est igitur notandum, quòd prima unio est corporalis. Videmus enim quòd corpus cuiuscunque animalis, & præcipuè hominis habet caput, & dorsum, & omnia membra, quæ omnia simul ligantur per neruos, & sic simul constituunt unum humanũ corpus propter unio-

Prĩa vnio est corporalis.

nem: cuius unionis neruus inter caput & membra, & inter membrum, & membrum est mediator. Quæ unio perfectissimè fuit in corpore CHRISTI *sine tremore paralitico, & post* CHRISTVM *fuit perfectè in corpore uirginis gloriosæ. Sic etiam ad hoc, ut genus humanum tanquam dorsum uniatur cum* DEO, *prouidet de neruo mediatore* DEI *& hominum. Est autem mediator non inquantum* DEVS, *sed inquātum homo. par. 3. q. 26. ar. 2.* Hanc autem unionem *fecit per mortem suam iuxta illud apostoli.* Mediator DEI, *et hominū* CHRISTVS IESVS, *qui dedit semetipsum in redemptionem pro multis. Est autem magna unio corporalis secundum quòd corpus & membra uniuntur naturaliter. Sed est maior, quæ fit inter* DEVM, *& genus humanum. Hæc autem humanitas fuit contracta de uirgine* MARIA, *unde per ipsam unionem magnificatur, & dominum magnificat. Secunda unio est integralis. Cum ad aliquod totum integrale requirantur suæ partes, si una pars deficiat, illud totum non dicitur integrale. Si autem dantur omnes partes, sed seorsum, & separatim, iam non est unum totum integrum siue illud sit unum naturale, ut corpus hominis; siue unum artificiale, ut domus, siue sit unum politicum, ut populus; Sin autem dantur omnes partes simul, & coniunctim in debito ordine per unionem, & tunc illa unio dicitur integralis, quia scilicet unit omnes partes integrales. Vt autem clarius loquar, & ad propositum appropinquem, pono casum in die resurrectionis, de qua per doctores habemus, quòd*

1. ad Tim. 2. b

1. ad Tim. 2. b

Secunda vnio est integralis.

idem homo numero resurget, qui in utero matris suæ fuit conceptus, & ex utero natus, & in mũdo conuersatus, idemque, qui uixit, mortuus fuit, atque in cineres conuersus, hic integraliter resurget quãtum ad corpus cum omnibus suis particulis integrantibus corpus. par. 3. adic. q. 77. ar. 2. R. 3. Et hoc exemplo CHRISTI resurgentis cum corpore integro, nulla particula deficiente, nec quantum ad membra, nec quantum ad partes membrorum, nec etiam quantum ad sanguinem, qui & si ostendatur in quibusdam ecclesijs, dicitur quòd est sanguis miraculosus, & nõ sanguis naturalis corporis CHRISTI. par. 3. q. 54. art. 3. in R. cum ar. 3. Est autem sciendum, quòd in hac unione uirgo MARIA fuit eximia in uita, in morte, & post mortem. Quis considerans primam mulierem formatam à DEO integram, negauerit aliquam particulam defuisse in corpore uirginis MARIAE à DEO præparatæ? Quis considerans finem creationis primæ mulieris, quæ est speciei humanæ conseruatio per multiplicationem, negabit in uirgine MARIA corporis integritatem, quæ à DEO electa fuit, non ut esset mater fratricidi Cayn, sed ut esset mater filij DEI. Integrum igitur habuit corpus cum suis particulis in uita, quarum nullam perdidit in morte: sed nec etiam post mortem, quoniam & si ex singulari priuilegio concessa est resurrectionis acceleratio præueniendo iuditium, per maximè hoc priuilegio debuit esse prædotata uirgo MARIA, quam piè credit ecclesia in corpore & anima super omnes ange-

los in cœlum assumptam, ut sicut in ipsa DEVS sexum fœmineum nobilitauit, conceptus in sexu masculino de uirgine in sexu fœminino; ita ipsam daret exẽplum resurrectionis mulieribus, sicut se præbuit exemplum resurrectionis cunctis utriusque sexus. par. 3. q. 56. ar. 1. Vnde habet in suo corpore unionem integralem. Sed est, qui dicat, quomodo fuit integra in uita, uel in morte, cum diuiserit sanguinem suum partẽ sibi reseruando, & ex alia parte augendo corpus filij DEI? Et pariter dico de lacte, quo filium lactauit, unde potius debet dici diuisio partialis, quàm unio integralis. Ad hoc respondetur, quòd in homine sunt aliquæ partes, quæ sunt de perfectione indiuidui, & omnes tales partes resurgent in suo toto integrali. Quædam autem sunt partes, quæ non sunt de perfectione indiuidui, sed pertinent ad conseruationem speciei humanæ, sicut semen, sicut sanguis, & sicut lac, quibus particulariter conseruatur species humana per generationem, & per nutrimentum lactis, quæ partes non resurgent in generante, sed in generato. Vnde sicut costa educta de latere Adæ, ex qua formata fuit mulier, non fuit in Adam ad sui perfectionẽ, sed ad contractionẽ Euæ, sic semen uiri, & sic sanguis mulieris nõ resurgẽt in eo, qui agit, sed in eo, quod fit. Sicut ergo costa illa Adæ nõ resurget in Adã, sed in Eua, sic sine diminutione integritatis sanguis ille sacer uirginis MARIAE nõ resurget in ipsa, sed resurrexit iã in CHRISTO. Similiter lac ille cœlestis non resurget in MARIA, quia iã resurrexit in CHRISTO. Sic

ergo in MARIA fuit, et est, et erit pfecta unio integralis probans unionis sublimitatem. Tertia unio est unio formalis. Ista est unio materiæ, & formæ, ut animæ, & corporis. Vnde cum anima rationalis unitur corpori humano, dicitur unio formalis, ex qua unione resultat unum tertium, scilicet homo: & ea resoluta neutra pars dicitur homo, quia nec corpus est homo, nec anima est homo; ut autem homo sit filius hominis, oportet generantem esse hominem, & gentium pariter esse hominem, ergo in patre, & in filio debet esse unio, scilicet corporis humani, & animæ rationalis. par. 1. q. 76. ar. 5. Sed & si DEVS debuit esse homo, oportuit, quòd in uirgine MARIA esset ista unio formalis, scilicet corporis, & animæ, ut diceretur homo, ex qua si DEVS nascitur homo, est decens, ut fiat unio, scilicet corporis humani, & animæ rationalis. Quòd autem in MARIA uirgine fuerit ista formalis unio demõstro per tex. Euangelij, ubi habetur, quòd fuit uirgo, quòd fuit disponsata, quòd fuit prægnans de spiritu sancto. Præterea habetur, quòd cognouit Angelum esse Angelum, & uerbum angeli audiuit, & audiens Angelum ipsum intellexit, & intelligendo Angelum eidem respondit, & modum partus quæsiuit, & consensum uoluntatis præbuit, quæ omnia non sunt opera corporis ab anima separati, nec sunt opera animæ separatæ à corpore, sed sunt opera animæ unitæ corpori unione formali. Ecce quomodo uirgo MARIA fuit, scilicet in sexu fœminino, & hoc per unionem corporis & animæ formaliter. Vt autem filius dicatur homo

Tertia unio est formalis.

Luc. 1. d.

uerus, exigitur consimiliter, quòd concurrant tria, scilicet corpus humanum, anima rationalis, & unio utriusque. Vnde uerum corpus habuit, & non fantasticum, ut errando dixit hæreticus falsè intelligens. par. 3. q. 5. arti. 1. Verum corpus habuit humanum, & non cœlicum, ut hæreticorum schola clamat. e. q. ar. 2. Veram habuit animam rationalem, & non diuinitatem loco animæ, ut hæretici falsè imponunt. Et *hæc patent per* Euangelistas *narrantes, quomodo opera uitæ corporalia, & spiritualia egit in uita, in morte, & post mortem. Cum autem nullibi legatur similis unio, ut hæc facta in uirgine* MARIA, *sic probatur tertia eius magnificētia per unionem formalem sublimem. Quarta unio est unio spiritualis. Quæ quidem unio causatur ab amore, non tamen ab amore quocunque, sed tantum ab amore amicitiæ.* Nanque *unio requirit amorem reciprocum, scilicet amantis, & amati.* Et *quanuis hæc reciprocatio requiratur ad omnem amicitiam moralem, maximè tamen ad amorem charitatis exigitur. Charitas enim est amicitia hominis ad* DEVM, & DEI *ad hominem.* Et *ideo sicut* DEVS *est spiritus purus, ita homo amans* DEVM *debet esse purus iuxta illud, quod per prophetam dicit.* Estote *sancti, quia ego sanctus sum. Cum enim sanctus idem sit, quod mundus, ideo inquit, estote sancti, idest mundi, & puri, quia ego sanctus sum, idest purus, & mundus. Est autem hæc munditia & puritas à charitate, qua anima leuatur in* DEVM, & *se illi quantum potest, aßimilat.* Sed *quoniam spiritus est* DEVS, *ideo animæ debet esse*

Quarta vnio est spiritualis.

spiritualis, spiritualitate ab amore causata per similitudinem motus perfecti. Vnde sicut ad perfectum motum requiritur terminus à quo, spiritum per quod, & terminus ad quem: ut si de domo uadis ad plateam, domus est terminus à quo: uia media per quam uadis, est spatium per quod, platea erit tibi terminus ad quem. Sic charitas faciens unionem spiritualem inter animam, & DEVM, *quæ unio dicitur spiritualis, facit animam spiritualem secundum triplicē spiritualitatem. Prima est respectu termini à quo, scilicet iniquitatis. Secunda est respectus spatij per quod, scilicet carnalitatis. Tertia respectu termini ad quem, scilicet diuinitatis. Prima enim est spiritualitas, quam charitas facit per unionem spiritualem respectu termini à quo, qui quidem terminus est iniquitas. Sicut nanque non possunt simul uniri glacies, & ignis; oriens et occidens; lux & tenebræ, sic non possunt simul uniri uirtus & uitium; æquitas & iniquitas;* DEVS *& peccator iniquus. Primum ergo quod facit charitas intendens animam facere spiritualem, remouet animam à peccato, idest à consensu peccati, & illa, quæ per peccatum in occidente conuertitur ad orientem, & quæ per peccatum erat tenebra, splendet in luce: quæ uero erat ueluti glacies, sursum emittit flammam, ut ignis. Et sicut ignis est inimicus glaciei, & tenebris, sic anima per charitatem unita* DEO *est inimicitia peccati. Spiritus ergo sic spiritualis effectu in tantum diligit* DEVM, *& legem suam, non dico legem timoris, sed potius legem amoris, quòd clamat effectualiter. Iniquitatem odio habui, legem au-*

Triplex spiritualitas.

Psa. 118.x

tem tuam dilexi. Sed in tantum unitur DEO *per hanc ſpiritualitatem, quòd quaſi ſtomacatus adeò iniquitatem abhominatur, quòd prouocatur ad uomitum ſpirituale, quia omne peccatum, et omne quod ſapit peccatum, euomit à ſtomacho conſcientiæ contritione, & confeſſione. Sic igitur anima facta ſpiritualis odit peccatum, & illud abhominatur, & etiam odit omnem uiam ducentem ad peccatum.* Vnde *inquit in pſalmis. Mandatis tuis intellexi, propterea odiui omnem uiam iniquitatis.* Psal.118.n *Quæ ſunt iſta mandata* DEI? *Primum mandatum eſt, quòd peccatum deteſtetur, ſecũdum, quòd omnis cauſa peccati fugiatur. Dicit ergo. A mandatis intellexi, ſcilicet peccatum eſſe odiendum, & omnem cauſam peccati. Sed quoniam uiæ peccatorum ſunt cauſe peccati, ideo ſunt odiendæ, ut uiſus, ut elloquia, ut oſcula, ut contactus, ut cibus, ut potus, ut cæteræ deliciæ. Quas omnes uias iniquitatis ſpiritus per charitatem* DEO *unitus, & ſpiritualis effectus in tantum odit, quòd etiam omnes per tales uias incendentes odit tanquàm ſibi nociuas.* Vnde *ait per pſal. Iniquos odio habui, legem autem tuam dilexi, ideſt legem charitatis.* Psa.118.x *Et hæc eſt prima ſpiritualitas, quam facit charitas, dum inter* DEVM *& animam facit unionem ſpiritualem. Secundo dico, quòd ſecunda ſpiritualitas, quam facit charitas faciens unionem ſpiritualem, eſt reſpectu ſpatij, per quod, ſcilicet carnalitatis. Quomodocunque uiuamus in hoc ſæculo inter homines uiuimus, nec oſſa noſtra, niſi carne ueſtiuntur. Sumus enim in carne. Sed licet ſit diuinum, et non humanum uiuere in carne, præ-* Secunda ſpiritualitas.

ter carnem, & licet hoc sit ualde difficile, attamen DEI *gratia homo potest per spatium huius uiæ carnalitatis transire, scilicet per charitatem faciendo unionem spiritualem. Sunt autem tres speties spiritualium per hoc spatium ambulantes. Primi sunt coniugati, qui parum habent de carnalitate, & habent multum de spiritualitate. Quod sic declaro. Accipio Sarã uxorem Abrahæ, quæ tantum habebat de carnalitate, quantum* DEUS *præcipiebat, uel permittebat. Vnde uiro erat carnalis, & modicum, sed cum omnibus hominibus mundi Hæbreis, et gentilibus erat multum spiritualis. Nam concedebat se uiro suo, se negabat omnibus uiris: ecce quomodo parum habuit de carnalitate, & multum de spiritualitate. Sic etiam quicunque uir, & quælibet mulier sanctè se cognoscendo infra limites sancti matrimonij, uel ratione prolis, uel ratione debiti reddendi, uel ratione sacramenti charitatem sibi ipsis inuicem consentiẽdo. Hi sunt in primo gradu spiritualitatis. Accipio Annam prophetissam uiduam, & quantuncunque aliam uiduam perseuerantem in proposito castitatis, & continentiæ. Hæc, & quælibet ei similis nõ habet aliquid carnalitatis de præsenti, quia uidua est, nec habet de futuro, quia perseuerat in continentiæ proposito usque ad mortem: habet autem tantum de præterito. Hæc parum habet carnalitatis præteritæ, & nihil de præsenti, nec aliquid de futuro. Hæc, & quælibet similis est in secundo gradu spiritualitatis. Accipio unam uirginem corpore, & mente, quæ nunquàm corporaliter fuit cognita à uiro, nec de præsenti cognoscitur, nec de futuro intendit co-*

Tres species spiritualium p hoc spacium ambulantes.

gnosci, quinimo nec in mente unquàm proposuit uirum cognoscere, nec de præsenti proponit, nec de futuro. Hæc est in tertio spiritualitatis gradu. Vnde apparet, quomodo charitas facit spiritualitatem in carnalitate, faciendo unionem spiritualem respectu gradus. par. 3. adict. q. 95. ar. 4. Tertio dico, quòd *charitas facit tertiam spiritualitatem, faciens unionem spiritualem respectu termini ad quem: qui terminus est ipse* DEVS, *à quo anima exit, & ad quem per charitatem reuertitur.* Circa *hanc spiritualitatem nota, quòd anima per charitatem facta spiritualis ostendit suam spiritualitatem per quatuor signa.* Primum *signum est uisio delectabilis in contemplatione.* Sicut *enim uisio corporalis est principium amoris sensualis, ut patet ad sensum, sic per uisionem fidei ordine generationis principiatur charitas. 1. 2. q. 62. ar. 4.* Præterea *sicut generato amore sensuali amans delectatur uidere amatum, sic anima, in qua est generata charitas, delectatur uidendo* DEVM, *scilicet per contemplationem, quæ contemnatio causat delectationem spiritualem excedentem omnem delectationem sensualem. 2. 2. q. 18. artic. 7. in* R. *cum arg. 3. Anima autem, quæ sic contemplando delectatur, significat in ea esse unionem tertiam, scilicet spiritualem.* Secundum *signum est locutio delectabilis in mutua conuersatione.* Cum *enim homo alium amat absentem, delectabiliter de eo loquitur.* Si *uero amicus est præsens, tunc magis delectabiliter cum eo loquitur, & cum eo præsente delectabiliter conuersatur: sic anima in hac uita effecta spiritualis loquitur delectabiliter cum*

Tertia spiritualitas.

Anima facta spiritualis per charitatē, quatuor signis ostendit spiritualitatē. Primum signum.

Secundū signum.

hominibus de DEO, & magis delectabiliter loquitur cum DEO, simul conuersando cum DEO sursum leuata per psalmodiam in sanctis meditationibus

Psal. 38. a. iuxta psal. In meditatione mea exardescet ignis. Tertium signum est inhæsio delectabilis in spiritus transformatione.

Tertium signum. Cum enim amans est in amato, & amatus in amante, tunc fit quædam delectabilis transformatio DEI & animæ sibi ipsis inhærentibus iuxta illud.

1. Ioã. 4. c. DEVS charitas est, & qui manet in charitate, in DEO manet, & DEVS in eo. Sicut enim ignis est quidam calor, sic DEVS est quidam amor: & sicut qui stat in igne, calescit, sic qui stat in DEI amore, ardescit amore, quoniam DEVS amor in ipso est. Sicut ferrum, uel lignum taliter stat in igne, & ignis in ferro, & ligno, quòd ferrum dicitur ignis, uapor dicitur flamma ignis, carbo accensus dicitur pruna ignis: sic DEVS taliter habitat in anima, & anima habitat in DEO, quòd ipsa anima dicitur DEVS, iuxta il-

1. Cor. 6. d lud. Qui adhæret DEO unus spiritus est cum eo. Ecce quomodo per hanc inhæsionem, & transformationem delectabilem significatur tertia spiritualitas, quam

Quartum signum. facit charitas per unionem spiritualem. Quartum signum spiritualitatis est delectabilis confirmatio cum

Cicer. de amici. optata resolutione. Cum enim amicorum sit idem uelle, & idem nolle, patet, quòd inter amicos est uoluntatum confirmatio, & est confirmatio delectabilis, quando amicus uult, quæ amatus uult: in tantum, quòd unus optat cum altero, uel propter alterum à corpore resolui: sic anima unita DEO per charitatem conformat

ſuam uoluntatem diuinæ uoluntati exemplo CHRISTI patri dicenti. Non mea, ſed tua uoluntas fiat. Et tandem non ſolum nõ uult mori cum DEO, uel propter DEVM, ſed etiam cupit mori, ut ſemper maneat cum DEO dicente Paulo. Cupio diſſolui, & eſſe cum CHRISTO 2.2.q.27.ar.9.in.R. Ecce ergo quomodo ſunt quattuor ſigna ſignificantia tertiam ſpiritualitatem, per quam declaratur quarta unio probans ſecundam magnificentiam, quæ eſt unionis ſublimitas. Vt autem ueniamus ad propoſitum de uirgine MARIA, propter quam dicta ſunt prædicta, dico, quòd uirgo MARIA per hanc unionem ſpiritualem declarat, quomodo ſecundam magnificentiam habuit, quæ eſt unionis ſublimitas. Primo nanque in ipſa non fuit peccatũ eam diuidens à DEO, nec DEVM ab ea diſgregans. Scimus enim (ut ait Auguſt.) quòd plus gratiæ ei collactum eſt ad peccatum ex omni parte uincendum, quàm alijs ſanctis ab utero ſanctificatis. Sicut enim terra non poteſt attingere cœlum, ita peccatum non potuit tangere uirginem MARIAM. Sicut in glatie non nutritur ignis, ita concupiſcentia culpabililis non nutritur, nec reperitur in MARIA uirgine: quoniam ſicut in ſole non generantur nubes, ſic nec in mente MARIAE generantur culpabiles repræſentationes. Charitas igitur faciens in ea unionẽ ſpiritualem pro primo gradu charitatis reſpectu termini à quo, quod eſt peccatum, eam à peccato fecit alienam. Vnde faciliter per charitatem tranſiuit ſpatium, per quod ſpatium, (ut dictum eſt) eſt carnalitas, quæ

Lu.c.22.e

transit per spiritualitatem. Fuit enim spiritualis mater in coniugio matrimonij sine carnalitate: fuit spiritualis in uiduitate: fuit spiritualis in uirginitate, ut sicut prima mulier Eua fuit uirgo per naturam, ita uirgo MARIA fuit uirgo per gratiam. Sed illam uirginitatem amisit, hæc uero ante partum, in partu, & post partum uirgo permansit. Vnde respectu huius spatij fuit spiritualis. Fuit etiam spiritualis facta per charitatem respectu termini ad quem: quoniam sicut fuit plena gratia gratum faciente, ita plena fuit charitate. Hoc autem nobis insinuatur per duo signa. Primo delectabili uisione in contemplatione. Signum, quòd homo aliquam rem diligit, est dum delectatur, uidendo, & contemplando: sed cum nullus philosophorum, aut prophetarum unquàm uiderit filium DEI delectabilius uirgine MARIA, ideo clarè demostratur, quòd plus amabat, & clarius contemplando uidebat. Philosophi.n. uiderunt DEVM per creaturas, & per ipsas tanquàm per effectus uenerunt in cognitionem DEI. Vnde per hæc uisibilia deuenerunt in cognitionem inuisibilium. (Ad Rom. 1.c.) Illi uidebant cœlum, uirgo autem uidebat hominem, dominum cœlorum, & cœlorum creatorem. Illi per cœlum cognoscebant cœlum, MARIA uero simul cognoscebat hominem & DEVM. Preterea patriarchæ uiderunt imagines DEI, sub quibus contemplabantur CHRISTVM, ut Adam sub Abel, & sub se ipso soporato, ut Noe in se ipso inebriato, et denudato, ut Abraham in Isaac, ut Isaac in Iacob, ut Iacob in Ioseph, & sic de alijs, de quibus loquar in

sequenti

sequenti libro. Prophetiæ autem, qui antiquitus uidentes dicebantur CHRISTVM *à longe uidisse in prophetijs, & delectati fuerunt amando:* MARIA *uero in carne uidit incarnatũ uerbum oculo corporali, quem* DEVM *uidebat contẽplando oculo intellectuali. Illi uiderunt à longe* MARIA *uero uidit de prope: quæ quanto clarius contemplabatur, tanto magis delectabatur. Vnde delectabili uisione in contemplatione significabat spiritualem unionem. Secundo delectabili locutione in conuersatione. Sancti nanque patres ueteris testamenti mente* DEVM *loquebantur, & cum illo spiritu conuersabantur. Virgo autem gloriosa mente & corpore cum* CHRISTO DEO *et homine loquebatur, & cũ ipso cõuersabatur, cum ipso bibebat, & cum ipso comedebat, & quem cæteri amando, & timendo tangebant, ipsa suis brachijs amplexabatur. Vnde sicut patres amãdo* DEVM *in ipsum transformabantur, ipsa* DEVM *in se conspiciebat intus in forma* DEI, *extra in forma serui ex ipsa habitu inuentus ut homo, tandem suam uoluntatem suæ conformans concupiuit resolui, & super cœlos ascendere, & regnare cum* CHRISTO. *Et sic patet quarta unio, scilicet spiritualis, per quam declaratur secunda magnificentia, quæ est unionis sublimitas. Quinta unio est unio sacramentalis, in qua unione uirgo* MARIA *est sublimis. Cum enim sacramentum sit sacræ rei signum, uideamus, quæ sint signa sacræ rei, uel sacrarum rerum, & quæ sint istæ res sacræ.* Res *sacra est* DEI *secretum.* Nam omne, quod

Quinta unio est sacramentalis.

P

Sacrum quid dicatur. uiolari non licet, sacrum dicitur, & sacrum dicitur occultum regis, uel regiminis, uel dominij. Etiam dicitur sacrum, quod committitur, & acceptatur secrete seruandum, siue firmetur iuramento, siue nude promittatur, & sic sacramentum est sacrum secretum. Vnio autem, quam anima deuota habet cum DEO per gratiam & charitatem, est sacramentum, idest sacrum secretum. Delectatio, quam habet anima spiritualis in suis meditationibus, manna absconditum, quod nemo nouit, nisi qui accipit, etiam dicitur sacramentum. Reuelationes propheticæ de præsenti, uel futuro, seu etiam de præterito dicuntur sacramenta, idest sacra secreta. Sic autem est unio sacramentalis inter deponentem secretum, & illud accipientem, uel promittendo, uel iurando, uel præcepto maioris astrictum. Eliciuntur. par. 3. q. 60. ar. 1. arg. 2. Sic fuit unio sacramentalis inter DEVM, & gloriosam uirginem MARIAM. Nanque primo accepit à DEO donum scientiæ, donum sapientiæ, donum miraculorum, donum prophetizandi de futuro, de præterito, et de præsenti, & usque ad tempus congruum. Ista tanquam sacra secreta seruauit secrete. Luc. 1. c Cum enim Lucas. 1. dixerit in genere, Beatam me dicent omnes generationes, Luc. 1. f prophetauit de futuro. Et cum dixit. Quia fecit mihi magna, qui potens est, prophetauit de præterito. Et cum dixit. Magnificat anima mea dominum, prophetauit de præsenti. Ostendit, quomodo inter ipsam, & DEVM erat unio sacramentalis per sacrum secretum. Vnde quod licuit sibi reuelare, in genere reuela-

uit. Quod autem non licuit, siluit, scilicet non reuelãdo in specie. Et ne secretum uiolaret, in se occultauit dona scientiæ, dona sapientiæ, donum linguarum, gratiam uirtutum, & cætera dona, ut elijciuntur. par. 3. q. 26. ar. 5. arg. 3. O quot, & quales sensus in se pcipiebat, quas mentis suauitates, et cum quanta dulcedine, cum quanto gaudio, quando cogitabat, quæ, & quot, & quanta faciebat eius filius, quot miracula miranda, quot miracula de ipso dicebantur. Quæ omnia cum silentio conseruabat tantum conferens in corde suo; ut sacramentum, idest sacrum secretum non uiolaret. Vnde apparet quomodo inter ipsam et DEVM fuit unio sacramentalis probans secundam magnificentiam, quæ est unionis sublimitas. Sexta unio est personalis, quæ fuit celebrata in utero uirginis gloriosæ, propter quam unionem obtinuit tres prærogatiuas. Prima prærogatiua est, quia uirgo concipit cum uirginitatis splendore. Vnde ipsam spiritu prophetico uidens Ezech. ait. Ecce gloria DEI Israel ingrediebatur p uiam orientalem, idest per beatam uirginem, & terra, idest caro ipsius splendebat à maiestate eius, idest CHRISTI. Secunda prærogatiua est, quia in partu, & post partũ permanet uirgo. Quod præuidens Ezechiel ait. Porta hæc, scilicet uirgo MARIA clausa erit, scilicet post partum, & uir non transibit per eam, quoniam dominus DEVS Israel ingressus est per eam. Vbi Augustinus, Quid est porta in domo domini clausa, nisi, quòd MARIA semper erit intacta: & quid est homo, non transibit per eam, nisi quòd Ioseph non co-

Sexta vnio est personalis: & habet tres ꝓrogatiuas.

Prima ꝓrogatiua.

Eze. 43. a

Secũda ꝓrogatiua.

Eze. 44. a

gnoſcet eam: & quid eſt dominus ſolus intrat, et egreditur per eam, niſi quòd ſpiritus ſanctus impregnauit eam, & angelorum dominus naſcetur per eam: & quid eſt, clauſa erit in æternum, niſi quòd MARIA

Tertia prærogatiua. uirgo erit ante partum, in partu, & poſt partũ. Tertia prærogatiua eſt ſplendoris ſuæ ſanctitatis difuſio.

Pſal. 45.a Vnde inquit Dauid ſanctificauit tabernaculũ ſuum altiſsimus, ſcilicet uirginem glorioſam, quo ſanctificato

Pſal. 18.a ipſe DEVS in ſole poſuit tabernaculum ſuum, ſcilicet in gloria famoſæ ſanctitatis. Vnde ipſe DEVS tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo, ſcilicet à

Exo. 40.d patre intrauit ad uirginem. Et poſtquam omnia perfecta ſunt, operuit nubes tabernaculum, & gloria domini impleuit illud. par. 3. q. 31. Tunc omnia complecta ſunt, quando omnes figuræ, & omnes prophetiæ prænuntiantes incarnationem filij DEI completæ ſunt. Omnes enim prophetæ prophetizarunt uſq; ad Ioannem Baptiſtam. Quibus figuris, & prophetijs completis uenit plenitudo temporis, in quo miſit DEVS filium ſuum in mundum. Et tunc nubes, ideſt ſpiritus ſanctus cooperuerunt tabernaculum, quando uirtus altiſsimi illam obombrauit ſpiritu ſancto ſuperueniente in ipſa. Et tunc gloria domini, ideſt filius unigenitus æterni patris intrauit tabernaculum, ideſt uterum glorioſæ uirginis: & ſic in eius utero celebrata fuit ſexta unio, ſcilicet perſonalis, quia duæ naturæ diuina, & humana ſunt unitæ in una perſona; & ſic patet ſexta

Tertia unio eſt eſſentialis. unio. Septima unio eſt eſſentialis, ideſt trium perſonarum in una eſſentia. Quæ quidem tres perſonæ con-

currunt ad filij DEI *incarnationem, cum opera Trinitatis ad extra sint indiuisa, scilicet quia quicquid operatur pater ad extra, operatur & filius: & quicquid operatur filius, operatur & pater: & quicquid operantur pater & filius, operatur & spiritus sanctus, ut placet August. lib. 1. de Trinitate.* Inuestigandum est, *quomodo concurrat filius cum patre, postquam pater non incarnatur, & quomodo cōcurrat spiritus sanctus, postquam tantum filius incarnatur*. Ad hoc autem inuestigandum, *est sciendum, quòd opus conceptionis filij* DEI *est commune toti trinitati, idest tribus personis in una essentia, scilicet patri, filio, & spiritui sancto: sed diuersis respectibus, & diuerso modo, aliter enim attribuitur patri, aliter filio, & aliter spiritui sancto.* Cum *enim filius sit à patre, & quicquid filius habet, habeat à patre, sic auctoritas sumendi naturam humanam est in patre: & sic auctoratiuè concurrit ad hanc conceptionem persona patris.* Et *quia filius in hac conceptione assumit corpus humanum de* MARIA *uirgine, non ex uirili semine, sed conceptum de spiritu sancto: sic ad hanc conceptionem concurrit persona spiritus sancti, scilicet formatiuè, quoniam à spiritu sancto formatum fuit illud corpus.* Sicut *autem uirtus animæ, quæ est in semine per spiritum, qui in semine includitur, format corpus in generatione communi aliorum hominum: ita uirtus* DEI, *quem ipse filius iuxta illud. 1. cori. 1.* CHRISTVM DEI *uirtutem per spiritum sanctum corpus suum formauit, quod assumpsit.* Hæc *autem insinuauit angelus,*

Dubiū cū eius respōsiones.

Luc,1,d quando dixit ad MARIAM. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, ſcilicet ad præparandam, & formandam materiam corporis CHRISTI, & uirtus altiſsimi, ideſt DEI filius obumbrabit tibi, ideſt corpus in te humanitatis accipiet. ſ. ipſe DEI filius lumen incorporeum diuinitatis. Vmbra enim formatur à lumine, & corpore, ideſt à luminoſo corpore, & opaco. Altiſsimus autem dicitur pater, cuius filius eſt uirtus. par. 3. q. 32. ar. 1. arg. 2. Miſsio igitur attribuitur patri, qui mittit filium: efficere autem conceptionem attribuitur ſpiritui ſancto: & formatum corpus aſſumere attribuitur filio. Et ſic habemus unionem eſſentialem trium perſonarum concurrentium ad hanc unionem diuinitatis, & humanitatis in una perſona ex MARIA uirgine, quæ perſona dicitur CHRISTVS DEI filius, et ſacre uirginis MARIAE. Sic igitur patet, quomodo CHRISTVS DEI filius in patre æternaliter fuit, in matre temporaliter, quem ipſa glorioſe primo tenuit in utero, ſecundo in gremio, tertio in mentis domicilio; reſtat modo, quomodo in amplexu materuo. Quarto declarandum eſt, quomodo CHRISTVS DEI filius fuit uere DEVS abſconditus in matre temporali in amplexu materno. Conſuetudo fuit antiquitus, quòd matres præſentabant filios patribus, quãdo erant ablactati, & tunc faciebant grande conuiuium cũ magno feſto. Exemplum habemus de Sara. Cum enim Sara uxor Abrahæ eſſet uetula annorum multorum, & cum Abraham eſſet annorum centum, tunc natus

Chirſtus Dei filius qũo fuit abſconditus in matre tẽporali de amplexu materno.

Gen, 21, a

fuit Isac, quem Sara lactauit, quem cũ ablactasset, præsentauit Abrahæ, qui illo die fecit grande conuiuium, & gaudiosum. Sic uirgo gloriosa filium, quem peperit, & lactauit tenens in gremio ipsum tanquàm ablactatum hodie præsentat patri, & omni populo. Vnde æternus pater cum Abraham facit grande conuiuium cum gaudio. Vnde de hoc festo ablactationis loquens per os Dauid dicit. Sicut ablactatus est super matre sua, ita retributio in anima mea. Supra se igitur tenens in suis brachijs amplexum cantat dicens. Et exultauit spiritus meus in DEO *salutari meo. Sunt autem sex species hominum, cum quibus uirgo* MARIA *lætatur, et exultat. Prima enim species hominum exultantium est mortuorum propter spem gloriæ resurrectionis. Ad huius expositionem notandum est, quòd sunt sex differentiæ mortuorum. Primi sunt in paradiso quantum ad animam. Secundi sunt in inferno damnatorum quantum ad animam. Tertij sunt in limbo puerorum. Quarti sunt in purgatorio. Quinti sunt in sepulchro. s. quãtũ ad corpus. Sexti sunt in hoc mundo peccantes quandoque, & quandoque pœnitentes. Illi enim qui sunt in inferno, nunquàm exultant, quia non participant per fidem meritum redemptoris absconditi in amplexu gloriosæ uirginis* MARIAE, *ut sunt Iudæi* CHRISTVM *deridentes, Pagani cum Hæreticis* CHRISTVM *blasphemantes, uel alij, qui non participant meritum redemptoris, quia & si credunt, habent tamen fidem non formatam, ut sunt Christiani benè credentes, sed in peccatis perseuerantes. Tales ab hac uita de-*

Psal. 130. a

Luc. 1. e

Sex hominũ species cũ quibus virgo Maria exultat.

Prima species exultantium.

Sex mortuorũ species.

cedentes sunt in inferno, nunquàm cum gaudio, sed continuo cum tristitia, cum dolore, & cum gemitu, sine spe redemptionis non exultant, sed semper ab eorum oculis lachrymæ destillant. Illi uero, qui sunt in limbo, omni gaudio uisionis beatificæ priuantur, habentes tantum pœnam damni, sed non pœnam sensus, quia non peccauerunt aliquo peccato actuali, mortali, uel ueniali, sed solum peccato originali, idest peccato naturæ corruptæ. Vnde nec isti exultant, ut filij paruuli Paganorum, ut filij Iudæorum sine circoncisione, ut filij Christianorum sine baptismate morientes. Qui autem sunt in paradiso, & qui sunt in purgatorio, & qui sunt in monumento cum illis, qui sunt in hoc mundo pœnitentes uel proficientes, uel perfecti exultant cum gloriosa uirgine MARIA. Et etiam impœnitentes cum proposito pœnitendi. Et sic ex sex speciebus hominum mortuorum corporaliter, uel spiritualiter, tantum quatuor exultant cum uirgine gloriosa, scilicet illi, qui quantum ad animam sunt in paradiso: illi, qui quantum ad corpus sunt in sepulchro; illi, qui quantum ad animam sunt in purgatorio, et illi, qui quantum & ad animam, & ad corpus sunt in hoc mundo. Sed si scire quispiam uellet causam tantæ exultationis, & tantæ diuersitatis hominum exultantium, audiat, quid isti cum uirgine gloriosa exultantes cantando dicant. Certè illud cantando dicunt, quod exultando desiderant. Sed quid desiderant simul existentes in paradiso cum his, qui sunt in purgatorio, Et quid desiderant simul existentes in hoc mundo cum his, qui sunt in tumulo: & quid omnes

Quatuor species hominũ mortuorum exultantium cum Maria. Ad Ph.3.d

quatuor simul desiderent, audite. Saluatorem expectamus dominum IESVM CHRISTVM, *qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ, ut ait* Apostolus. *Primo omnes animæ beatæ, quæ secundum* Hieronymum *desiderant coniungi cum suis corporibus, cantabunt Saluatorem expectamus &c.* Et *quia hæc coniunctio debet fieri in resurrectione generali per* CHRISTVM *ad exemplum suæ gloriosæ resurrectionis, ideo hanc expectantes illæ animæ beatæ exultant, & exultando cantant coram uirgine* MARIA *tenente filium in amplexu, et dicente omnibus animabus beatis.* Exultauit *spiritus meus in* Deo *salutari meo.* Secundo *omnes fideles in purgatorio sperantes per* CHRISTVM *caput omnium electorum tanquàm membra sui mistici corporis quantum ad animas, & quantum ad corpora glorificari, et* CHRISTO *conformari exultantes cum* MARIA *uirgine dicunt cum* Aposto. *uerbum assumptum, illa dicente.* Et *exultauit spiritus meus, &c.* Tertio *omnes electi in sepulchris humati, immo in puluere reducti suo modo exultantes coràm uirgine gloriosa dicunt uerbum assumptum cum apostolo, ipsa dicente tenendo filium in amplexu.* Et *exultauit spiritus meus, &c.* Quarto *omnes* Christiani *hodie in processione coràm uirgine gloriosa exultante, &* CHRISTVM *in amplexu tenente cum spe futuræ uitæ gloriosæ exultantes, & canentes dicunt cum* Apost. *Saluatorem expectamus, &c.* Ecce, *quomodo sunt quatuor species mortuorum spiritualiter, uel corporaliter exul-*

Ad Ph.3.d

Luc.1.e.

mo. Exijt populus cum exultatione. MARIA enim
Psa. 113.a. soror Moysi cum cantico coream duxit omnium dominarum. Exultauerunt enim montes aquarum, scilicet quia mare diuisum fuit in duodecim partes, iuxta numerum duodecim tribuum. Aquæ autem stabant ueluti montes à dextris, & à sinistris; aquæ uero in superficie ueluti à uentis agitatæ mouebantur, quasi psallentes & exultantes. Exultauerunt montes terræ & lapidum; nam cum esset populus in desertis Arnon. ut posset transire torrentes, scropuli ex una parte flectebantur ad ripam ex opposito, quasi facientes pontes populo
Num. 21. DEI. Exultauerunt colles, scilicet in Iordane. Nam
Iesu. 3. d. aquæ fluminis Iordanis, quæ debebant currere ad mare, steterunt ut colles, & quæ superfluebant, reuertebantur uersus locum suæ originis. Vnde in motu fluentium et refluentium uidebantur exultare. dicit ergo Dauid.
Psal. 113.a In exitu Israel de Aegypto montes exultauerunt ut arietes, & colles sicut agni ouium. quid est tibi mare, quòd fugisti, & tu Iordanis, quia conuersus es retror-
Psal. 80.a. sum. & in alio psalmo dicitur. Exultate DEO ad-
Psal. 32.a. iutori nostro. in alio uero sic habetur Exultate iusti in Domino rectos decet collaudatio. tandem in alio psalm.
Psa. 149.a concluditur Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in
Luc. 1.c. cubilibus suis, & per Euangelistam scribitur. Exultauit infans ad uocem tuã in utero meo. Sed ipse CHRISTVS uolens ostendere, quòd ipse, qui stat in amplexu materno, est ille in lege promissus, & figuratus, Vnde
Ioa. 8.g. Euangelista ait Abraham pater uester exultauit, ut uideret diem meum, uidit, & gauisus est. Ecce habuistis

figuram hodiernæ processionis, audite modo eius, expositionem de parte ad partem & reducamus ad propositum. Primo populus in Aegypto significat populum ad uitam æternam electum prius in seruitute peccati: miser est enim status populi in peccato. Aegyptus, idest tenebra propter obscuritatem infidelitatis, propter angustiam mentis, & propter tristitiam cordis, quia sine spe, Nã qui non credit, iam iudicatus est. Est insuper Ioã.3.b.c.
status miseriæ seruitutis, quoniã dicente Domino. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Secundo populus in Ioann.8.f.
Aegypto significat populum electum, quoniam sicut ille seruiebat cum spe libertatis consequendæ iuxta promissionem factam Abrahæ annorum quadringẽtorum. Sic electi quãuis seruiant peccatis, tandẽ exibunt Aegy- Gen.15.
ptum infidelitatis, & aliorum peccatorum. Sicut in exitu de Aegypto fit exultatio, sic quando populus infidelis, Psal.113.a.
ut Iudæus & Paganus ad fidem conuertitur, debet fieri magna exultatio. Sed qualis sit exultatio, & quot exultantes, audite. Quarto modo MARIA soror Moysi cum tympano pulsans & coream duçens aliarum mulierum cum lætitia, exultauit. Hæc MARIA figurabat MARIAM matrem Domini, quæ tenens filium pro tympano in suis brachijs exultat in spiritu, & cantat canticum nouum dicens. Exultauit spiritus meus in DEO salutari meo. Quinto montes de terra & lapidibus significant superbos infideles, ut sunt lapidei Iudæi, quibus data fuit lex in tabulis lapideis, terreni uero sunt infideles Pagani. Sexto montes aquarum significant superbos fideles, qui principes sunt in popu-

transit per spiritualitatem. Fuit enim spiritualis mater in coniugio matrimonij sine carnalitate: fuit spiritualis in uiduitate: fuit spiritualis in uirginitate, ut sicut prima mulier Eua fuit uirgo per naturam, ita uirgo MARIA fuit uirgo per gratiam. Sed illam uirginitatem amisit, hæc uero ante partum, in partu, & post partum uirgo permansit. Vnde respectu huius spatij fuit spiritualis. Fuit etiam spiritualis facta per charitatem respectu termini ad quem: quoniam sicut fuit plena gratia gratum faciente, ita plena fuit charitate. Hoc autem nobis insinuatur per duo signa. Primo delectabili uisione in contemplatione. Signum, quòd homo aliquam rem diligit, est dum delectatur, uidendo, & contemplando: sed cum nullus philosophorum, aut prophetarum unquàm uiderit filium DEI delectabilius uirgine MARIA, ideo claré demostratur, quòd plus amabat, & clarius contemplando uidebat. Philosophi.n. uiderunt DEVM per creaturas, & per ipsas tanquàm per effectus uenerunt in cognitionem DEI. Vnde per hæc uisibilia deuenerunt in cognitionem inuisibilium. Illi uidebant cœlum, uirgo autem uidebat hominem, dominum cœlorum, & cœlorum creatorem. Illi per cœlum cognoscebant cœlum, MARIA uero simul cognoscebat hominem & DEVM. Præterea patriarchæ uiderunt imagines DEI, sub quibus contemplabantur CHRISTVM, ut Adam sub Abel, & sub se ipso soporato, ut Noe in se ipso inebriato, et denudato, ut Abraham in Isaac, ut Isaac in Iacob, ut Iacob in Ioseph, & sic de alijs, de quibus loquar in sequenti

Ad Rom. 1.c.

sequenti libro. Prophetiæ autem, qui antiquitus uidentes dicebantur CHRISTVM à longe uidisse in prophetijs, & delectati fuerunt amando: MARIA uero in carne uidit incarnatũ uerbum oculo corporali, quem DEVM uidebat contẽplando oculo intellectuali. Illi uiderunt à longe MARIA uero uidit de prope: quæ quanto clarius contemplabatur, tanto magis delectabatur. Vnde delectabili uisione in contemplatione significabat spiritualem unionem. Secundo delectabili locutione in conuersatione. Sancti nanque patres ueteris testamenti mente DEVM loquebantur, & cum illo spiritu conuersabantur. Virgo autem gloriosa mente & corpore cum CHRISTO DEO et homine loquebatur, & cũ ipso cõuersabatur, cum ipso bibebat, & cum ipso comedebat, & quem cæteri amando, & timendo tangebant, ipsa suis brachijs amplexabatur. Vnde sicut patres amãdo DEVM in ipsum transformabantur, ipsa DEVM in se conspiciebat intus in forma DEI, extra in forma serui ex ipsa habitu inuentus ut homo, tandem suam uoluntatem suæ conformans concupiuit resolui, & super cœlos ascendere, & regnare cum CHRISTO. Et sic patet quarta unio, scilicet spiritualis, per quam declaratur secunda magnificentia, quæ est unionis sublimitas. Quinta unio est unio sacramentalis, in qua unione uirgo MARIA est sublimis. Cum enim sacramentum sit sacræ rei signum, uideamus, quæ sint signa sacræ rei, uel sacrarum rerum, & quæ sint istæ res sacræ. Res sacra est DEI secretum. Nam omne, quod

Quinta vnio est sacramentalis.

Sacrum quid dicatur. *uiolari non licet, sacrum dicitur, & sacrum dicitur occultum regis, uel regiminis, uel dominij. Etiam dicitur sacrum, quod committitur, & acceptatur secretè seruandum, siue firmetur iuramento, siue nudè promittatur, & sic sacramentum est sacrum secretum. Vnio autem, quam anima deuota habet cum* DEO *per gratiam & charitatem, est sacramentum, idest sacrum secretum. Delectatio, quam habet anima spiritualis in suis meditationibus, manna absconditum, quod nemo nouit, nisi qui accipit, etiam dicitur sacramentum. Reuelationes propheticæ de præsenti, uel futuro, seu etiam de præterito dicuntur sacramenta, idest sacra secreta. Sic autem est unio sacramentalis inter deponentem secretum, & illud accipientem, uel promittendo, uel iurando, uel præcepto maioris astrictum. Eliciuntur. par. 3. q. 60. ar. 1. arg. 2. Sic fuit unio sacramentalis inter* DEVM, *& gloriosam uirginem* MARIAM. *Nanque primo accepit à* DEO *donum scientiæ, donum sapientiæ, donum miraculorum, donum prophetizandi de futuro, de præterito, et de præsenti, & usque ad tempus congruum. Ista tanquam sacra secreta seruauit secretè.* Luc. 1. c *Cum enim Lucas. 1. dixerit in genere, Beatam me dicent omnes generationes,* Luc. 1. f *prophetauit de futuro. Et cum dixit. Quia fecit mihi magna, qui potens est, prophetauit de præterito. Et cum dixit. Magnificat anima mea dominum, prophetauit de præsenti. Ostendit, quomodo inter ipsam, &* DEVM *erat unio sacramentalis per sacrum secretum. Vnde quod licuit sibi reuelare, in genere reuela-*

nit. Quod autem non licuit, siluit, scilicet non reuelādo in specie. Et ne secretum uiolaret, in se occultauit dona scientiæ, dona sapientiæ, donum linguarum, gratiam uirtutum, & cætera dona, ut elijciuntur. par. 3. q. 26. ar. 5. arg. 3. O quot, & quales sensus in se pcipiebat, quas mentis suauitates, et cum quanta dulcedine, cum quanto gaudio, quando cogitabat, quæ, & quot, & quanta faciebat eius filius; quot miracula miranda, quot miracula de ipso dicebantur. Quæ omnia cum silentio conseruabat tantum conferens in corde suo; ut sacramentum, idest sacrum secretum non uiolaret. Vnde apparet quomodo inter ipsam et DEVM fuit unio sacramentalis probans secundam magnificentiam, quæ est unionis sublimitas. Sexta unio est personalis, quæ fuit celebrata in utero uirginis gloriosæ, propter quam unionem obtinuit tres prærogatiuas. Prima prærogatiua est, quia uirgo concipit cum uirginitatis splendore. Vnde ipsam spiritu prophetico uidens Ezech. ait. Ecce gloria DEI Israel ingrediebatur p uiam orientalem, idest per beatam uirginem, & terra, idest caro ipsius splendebat à maiestate eius, idest CHRISTI. Secunda prærogatiua est, quia in partu, & post partū permanet uirgo. Quod præuidens Ezechiel ait. Porta hæc, scilicet uirgo MARIA clausa erit, scilicet post partum, & uir non transibit per eam, quoniam dominus DEVS Israel ingressus est per eam. Vbi Augustinus, Quid est porta in domo domini clausa, nisi, quòd MARIA semper erit intacta: & quid est homo, non transibit per eam, nisi quòd Ioseph non co-

Sexta unio est personalis: & habet tres pgatiuas.

Prima p̄rogatiua.

Eze. 43. a

Secūda p̄rogatiua.

Eze. 44. a

gnoſcet eam: & quid eſt dominus ſolus intrat, et egreditur per eam, niſi quòd ſpiritus ſanctus impregnauit eam, & angelorum dominus naſcetur per eam: & quid eſt, clauſa erit in æternum, niſi quòd MARIA uirgo erit ante partum, in partu, & poſt partũ. Tertia prærogatiua eſt ſplendoris ſuæ ſanctitatis difuſio. Vnde inquit Dauid ſanctificauit tabernaculũ ſuum altiſsimus, ſcilicet uirginem glorioſam, quo ſanctificato ipſe DEVS in ſole poſuit tabernaculum ſuum, ſcilicet in gloria famoſæ ſanctitatis. Vnde ipſe DEVS tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo, ſcilicet à patre intrauit ad uirginem. Et poſtquam omnia perfecta ſunt, operuit nubes tabernaculum, & gloria domini impleuit illud. par. 3. q. 31. Tunc omnia completa ſunt, quando omnes figuræ, & omnes prophetiæ prænuntiantes incarnationem filij DEI completæ ſunt. Omnes enim prophetæ prophetizarunt uſq; ad Ioannem Baptiſtam. Quibus figuris, & prophetijs completis uenit plenitudo temporis, in quo miſit DEVS filium ſuum in mundum. Et tunc nubes, ideſt ſpiritus ſanctus cooperuerunt tabernaculum, quando uirtus altiſsimi illam obombrauit ſpiritu ſancto ſuperueniente in ipſa. Et tunc gloria domini, ideſt filius unigenitus æterni patris intrauit tabernaculum, ideſt uterum glorioſæ uirginis: & ſic in eius utero celebrata fuit ſexta unio, ſcilicet perſonalis, quia duæ naturæ diuina, & humana ſunt unitæ in una perſona, & ſic patet ſexta unio. Septima unio eſt eſſentialis, ideſt trium perſonarum in una eſſentia. Quæ quidem tres perſonæ con-

Tertia prærogatiua. Pſal. 45. a

Pſal. 18. a

Exo. 40. d

Tertia unio eſt eſſentialis.

currunt ad filij DEI incarnationem, cum opera Trinitatis ad extra sint indiuisa, scilicet quia quicquid operatur pater ad extra, operatur & filius: & quicquid operatur filius, operatur & pater: & quicquid operantur pater & filius, operatur & spiritus sanctus, ut placet August. lib. 1. de Trinitate. Inuestigandum est, quomodo concurrat filius cum patre, postquam pater non incarnatur, & quomodo cōcurrat spiritus sanctus, postquam tantum filius incarnatur. Ad hoc autem inuestigandum, est sciendum, quòd opus conceptionis filij DEI est commune toti trinitati, idest tribus personis in una essentia, scilicet patri, filio, & spiritui sancto: sed diuersis respectibus, & diuerso modo, aliter enim attribuitur patri, aliter filio, & aliter spiritui sancto. Cum enim filius sit à patre, & quicquid filius habet, habeat à patre, sic auctoritas sumendi naturam humanam est in patre: & sic auctoratiuè concurrit ad hanc conceptionem persona patris. Et quia filius in hac conceptione assumit corpus humanum de MARIA uirgine, non ex uirili semine, sed conceptum de spiritu sancto: sic ad hanc conceptionem concurrit persona spiritus sancti, scilicet formatiuè, quoniam à spiritu sancto formatum fuit illud corpus. Sicut autem uirtus animæ, quæ est in semine per spiritum, qui in semine includitur, format corpus in generatione communi aliorum hominum: ita uirtus DEI, quem ipse filius iuxta illud. 1. cori. 1. CHRISTVM DEI uirtutem per spiritum sanctum corpus suum formauit, quod assumpsit. Hæc autem insinuauit angelus,

Dubiū cū eius respōsiones.

Luc,1,d quando dixit ad MARIAM. Spiritus sanctus superueniet in te, scilicet ad præparandam, & formandam materiam corporis CHRISTI, & uirtus altißimi, idest DEI filius obumbrabit tibi, idest corpus in te humanitatis accipiet. s. ipse DEI filius lumen incorporeum diuinitatis. Vmbra enim formatur à lumine, & corpore, idest à luminoso corpore, & opaco. Altißimus autem dicitur pater, cuius filius est uirtus. par. 3. q. 32. ar. 1. arg. 2. Mißio igitur attribuitur patri, qui mittit filium: efficere autem conceptionem attribuitur spiritui sancto: & formatum corpus assumere attribuitur filio. Et sic habemus unionem essentialem trium personarum concurrentium ad hanc unionem diuinitatis, & humanitatis in una persona ex MARIA uirgine, quæ persona dicitur CHRISTVS DEI filius, et sacre uirginis MARIAE. Sic igitur patet, quomodo CHRISTVS DEI filius in patre æternaliter fuit, in matre temporaliter, quem ipsa gloriose primo tenuit in utero, secundo in gremio, tertio in mentis domicilio; restat modo, quomodo in amplexu materno. Quarto declarandum est, quomodo CHRISTVS DEI filius fuit uere DEVS absconditus in matre temporali in amplexu materno. Consuetudo fuit antiquitus, quòd matres præsentabant filios patribus, quãdo erant ablactati, & tunc faciebant grande conuiuium cũ magno festo. Exemplum habemus de Sara. Cum enim Sara uxor Abrahæ esset uetula annorum multorum, & cum Abraham esset annorum centum, tunc natus

Chirstus Dei filius quõ fuit absconditus in matre tẽporali de amplexu materno.

Gen, 21, a

fuit Isac, quem Sara lactauit, quem cũ ablactasset, præsentauit Abrahæ, qui illo die fecit grande conuiuium, & gaudiosum. Sic uirgo gloriosa filium, quem peperit, & lactauit tenens in gremio ipsum tanquàm ablactatum hodie præsentat patri, & omni populo. Vnde æternus pater cum Abraham facit grande conuiuium cum gaudio. Vnde de hoc festo ablactationis loquens per os Dauid dicit. Sicut ablactatus est super matre sua, ita retributio in anima mea. Supra se igitur tenens in suis brachijs amplexum cantat dicens. Et exultauit spiritus meus in DEO salutari meo. Sunt autem sex species hominum, cum quibus uirgo MARIA lætatur, et exultat. Prima enim species hominum exultantium est mortuorum propter spem gloriæ resurrectionis. Ad huius expositionem notandum est, quòd sunt sex differentiæ mortuorum. Primi sunt in paradiso quantum ad animam. Secundi sunt in inferno damnatorum quantum ad animam. Tertij sunt in limbo puerorum. Quarti sunt in purgatorio. Quinti sunt in sepulchro. s. quãtũ ad corpus. Sexti sunt in hoc mundo peccantes quandoque, & quandoque pœnitentes. Illi enim qui sunt in inferno, nunquàm exultant, quia non participant per fidem meritum redemptoris absconditi in amplexu gloriosæ uirginis MARIAE, ut sunt Iudæi CHRISTVM deridentes, Pagani cum Hæreticis CHRISTVM blasphemantes, uel alij, qui non participant meritum redemptoris, quia & si credunt, habent tamen fidem non formatam, ut sunt Christiani benè credentes, sed in peccatis perseuerantes. Tales ab hac uita de-

Psal. 130. a

Luc. 1. e
Sex hominũ species cũ quibus virgo Maria exultat.
Prima species exultantium.
Sex mortuorũ species.

cedentes ſunt in inferno, nunquàm cum gaudio, ſed continuo cum triſtitia, cum dolore, & cum gemitu, ſine ſpe redemptionis non exultant, ſed ſemper ab eorum oculis lachrymæ deſtillant. Illi uero, qui ſunt in limbo, omni gaudio uiſionis beatificæ priuantur, habentes tantum pœnam damni, ſed non pœnam ſenſus, quia non peccauerunt aliquo peccato actuali, mortali, uel ueniali, ſed ſolum peccato originali, ideſt peccato naturæ corruptæ. Vnde nec iſti exultant, ut filij paruuli Paganorum, ut filij Iudæorum ſine circoncisione, ut filij Chriſtianorum ſine baptiſmate morientes. Qui autem ſunt in paradiſo, & qui ſunt in purgatorio, & qui ſunt in monumento cum illis, qui ſunt in hoc mundo pœnitentes uel proficientes, uel perfecti exultant cum glorioſa uirgine MARIA. Et etiam impœnitentes cum propoſito pœnitendi. Et ſic ex ſex ſpeciebus hominum mortuorum corporaliter, uel ſpiritualiter, tantum quatuor exultant cum uirgine glorioſa, ſcilicet illi, qui quantum ad animam ſunt in paradiſo: illi, qui quantum ad corpus ſunt in ſepulchro; illi, qui quantum ad animam ſunt in purgatorio, et illi, qui quantum & ad animam, & ad corpus ſunt in hoc mundo. Sed ſi ſcire quiſpiam uellet cauſam tantæ exultationis, & tantæ diuerſitatis hominum exultantium, audiat, quid iſti cum uirgine glorioſa exultantes cantando dicant. Certè illud cantando dicunt, quod exultando deſiderant. Sed quid deſiderant ſimul exiſtentes in paradiſo cum his, qui ſunt in purgatorio, Et quid deſiderant ſimul exiſtentes in hoc mundo cum his, qui ſunt in tumulo: & quid omnes

Quatuor ſpecies hominũ mortuorum exultantium cum Maria. Ad Ph. 3. d

quatuor ſimul deſiderent, audite. Saluatorem expectamus dominum IESVM CHRISTVM, *qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ, ut ait Apoſtolus. Primo omnes animæ beatæ, quæ ſecundum* Hieronymum *deſiderant coniungi cum ſuis corporibus, cantabunt Saluatorem expectamus &c. Et quia hæc coniunctio debet fieri in reſurrectione generali per* CHRISTVM *ad exemplum ſuæ glorioſæ reſurrectionis, ideo hanc expectantes illæ animæ beatæ exultant, & exultando cantant coram uirgine* MARIA *tenente filium in amplexu, et dicente omnibus animabus beatis. Exultauit ſpiritus meus in* Deo *ſalutari meo. Secundo omnes fideles in purgatorio ſperantes per* CHRISTVM *caput omnium electorum tanquàm membra ſui miſtici corporis quantum ad animas, & quantum ad corpora glorificari, et* CHRISTO *conformari exultantes cum* MARIA *uirgine dicunt cum Apoſto. uerbum aſſumptum, illa dicente. Et exultauit ſpiritus meus, &c. Tertio omnes electi in ſepulchris humati, immo in puluere reducti ſuo modo exultantes coràm uirgine glorioſa dicunt uerbum aſſumptum cum apoſtolo, ipſa dicente tenendo filium in amplexu. Et exultauit ſpiritus meus, &c. Quarto omnes Chriſtiani hodie in proceſſione coràm uirgine glorioſa exultante, &* CHRISTVM *in amplexu tenente cum ſpe futuræ uitæ glorioſæ exultantes, & canentes dicunt cum Apoſt. Saluatorem expectamus, &c. Ecce, quomodo ſunt quatuor ſpecies mortuorum ſpiritualiter, uel corporaliter exul-*

Ad Ph. 3. d

Luc. 1. e.

tantium cum MARIA uirgine ſpiritualiter exultante in ſpiritu in DEO ſalutari ſuo, dum in brachijs ſuis tenet ipſum. Ecce audiuiſtis quomodo quatuor ſunt ſpecies mortuorum ſpiritualiter, & corporaliter exultantium cum uirgine glorioſa, ſcilicet ſpiritus beati in paradiſo. ſpiritus electi in purgatorio, corpora electorum in monumento, & peccatores pœnitentes & impœnitentes in hoc ſæculo. Et iſti omnes exultant cum glorioſa uirgine MARIA cum filio in amplexu dicente. Exultauit ſpiritus meus in DEO ſalutari meo. Sed quæ eſt cauſa tantæ exultationis? Certè eſt firma ſpes glorioſæ reſurrectionis, quam expectant ſpiritus beati in paradiſo, ſpiritus electi in purgatorio, corpora mortuorum in ſepulchro, animæ, & corpora pœnitentium & impœnitentium in hoc ſæculo. Ipſa quoque uirgo glorioſa cum omnibus, & pro omnibus exultat offerrens illum in amplexu materno, per quem, & cuius exemplo omnes debent reſurgere. Secunda ſpecies hominum exultantium cum MARIA uirgine filium præſentante cum amplexu materno eſt ſanctorum beatorum propter effectus conuerſionis. Quoniam in reſurrectione homines erunt, ſicut angeli DEI in cœlo. Sic etiam in hoc ſæculo homines debent ſe conformare angelis in uirtutum perfectione, inter quas uirtutes unus actus eſt præcipuus, ſcilicet gaudium de peccatorum conuerſione prout ait euangeliſta. Gaudium eſt in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente. Si cœleſtes illi angelici ſpiritus tantum gaudium habent in cœlo cum ſpiritibus patriarcharum, & propheta-

Secunda ſpēs exultātium cū Maria virgine.

Mat. 22. c.

Luc. 15. b.

rum, ac apostolorum, & euangelistarum, atque sanctorum martyrum, confessorum, & uirginum super uno peccatore pœnitentiam agente; quanto maius gaudium habent, dum in una quadragesima ad multorum prædicatorum prædicationes multi & multi peccatores conuertuntur? Certè gaudium est maximum, & eo magis, quo conuertuntur plures. Sed cum hodie fiat processio generalis per totam terram, & per cunctum populum cum spe conuersionis: ideo uirgini gloriosæ est gaudium cum lætitia sine tristitia, cum gaudio cordis, et iubilo gutturis, cũ lætitia in facie, & hylaritate in uisu, cum melodia in uoce, & laude in labijs, & cum exultatione in omnibus membris, scilicet propter peccatorum conuersionem: ergo ipsi peccatores post tristitiam et lachrymationẽ simul debent exultare. Primo propter conuersorũ contritionẽ. Secundo propter contritorũ confessionem. Tertio propter confessorum satisfactionem. Quarto propter satisfactorum perseuerantiam. Quinto propter restitutam gratiam. Sexto propter præparatam gloriam. Septimo propter peccata, quæ remittuntur. Octauo propter pœnas, quæ diluuntur. Nono propter diuersa merita, quæ reuertuntur. Decimo propter incautos, qui cauti efficiuntur. Hæc processio iustorum & conuersorum peccatorum fuit figurata in processione populi DEI exeuntis de Aegypto, quæ processio fuit plena exultantium cum MARIA uirgine gloriosa. Nanque ille populus steterat in misera seruitute; & hoc in Aegypto, quæ interpretatur tenebræ, angustia, et tribulatio, ut autem habetur in psal-

Processio decem societatum peccatorum cum Maria.

Figura processionis i festo corporis Christi et cuiuscunque.

mo. Exijt populus cum exultatione. MARIA enim
Psa. 113.a. soror Moysi cum cantico coream duxit omnium dominarum. Exultauerunt enim montes aquarum, scilicet quia mare diuisum fuit in duodecim partes, iuxta numerum duodecim tribuum. Aquæ autem stabant ueluti montes à dextris, & à sinistris; aquæ uero in superficie ueluti à uentis agitatæ mouebantur, quasi psallentes & exultantes. Exultauerunt montes terræ & lapidum; nam cum esset populus in desertis Arnon. ut posset transire torrentes, scropuli ex una parte flectebantur ad ripam ex opposito, quasi facientes pontes populo
Num. 21. DEI. Exultauerunt colles, scilicet in Iordane. Nam
Iesu. 3. d. aquæ fluminis Iordanis, quæ debebant currere ad mare, steterunt ut colles, & quæ superfluebant, reuertebantur uersus locum suæ originis. Vnde in motu fluentium et refluentium uidebantur exultare. dicit ergo Dauid.
Psal. 113.a In exitu Israel de Aegypto montes exultauerunt ut arietes, & colles sicut agni ouium, quid est tibi mare, quòd fugisti, & tu Iordanis, quia conuersus es retror-
Psal. 80.a. sum. & in alio psalmo dicitur. Exultate DEO ad-
Psal. 32.a. iutori nostro. in alio uero sic habetur Exultate iusti in Domino rectos decet collaudatio. tandem in alio psalm.
Psa. 149.a concluditur Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in
Luc. 1. e. cubilibus suis, & per Euangelistam scribitur. Exultauit infans ad uocem tuã in utero meo. Sed ipse CHRISTVS uolens ostendere, quòd ipse, qui stat in amplexu materno, est ille in lege promissus, & figuratus, Vnde
Ioa. 8. g. Euangelista ait Abraham pater uester exultauit, ut uideret diem meum, uidit, & gauisus est. Ecce habuistis

figuram hodiernæ proceßionis, audite modo eius, expoſitionem de parte ad partem & reducamus ad propoſitum. Primo populus in Aegypto *ſignificat populum ad uitam æternam electum prius in ſeruitute peccati: miſer eſt enim ſtatus populi in peccato.* Aegyptus, *ideſt tenebra propter obſcuritatem infidelitatis, propter anguſtiam mentis, & propter triſtitiam cordis, quia ſine ſpe, Nã qui non credit, iam iudicatus eſt. Eſt inſuper* Ioã.3.b.c. *ſtatus miſeriæ ſeruitutis, quoniã dicente* Domino. *Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Secundo populus in* Ioann.8.f. Aegypto *ſignificat populum electum, quoniam ſicut ille ſeruiebat cum ſpe libertatis conſequendæ iuxta promißionem factam* Abrahæ *annorum quadringẽtorum. Sic electi quãuis ſeruiant peccatis, tandẽ exibunt* Aegyptum *infidelitatis, & aliorum peccatorum. Sicut in exitu de* Aegypto *fit exultatio, ſic quando populus infidelis,* Gen.15. *ut* Iudæus & Paganus *ad fidem conuertitur, debet fieri* Pſal.113.a. *magna exultatio. Sed qualis ſit exultatio, & quot exultantes, audite.* Quarto modo MARIA *ſoror* Moyſi *cum tympano pulſans & coream ducens aliarum mulierum cum lætitia, exultauit.* Hæc MARIA *figurabat* MARIAM *matrem* Domini, *quæ tenens filium pro tympano in ſuis brachijs exultat in ſpiritu, & cantat canticum nouum dicens.* Exultauit *ſpiritus meus in* DEO *ſalutari meo.* Quinto *montes de terra & lapidibus ſignificant ſuperbos infideles, ut ſunt lapidei* Iudæi, *quibus data fuit lex in tabulis lapideis, terreni uero ſunt infideles* Pagani. *Sexto montes aquarum ſignificant ſuperbos fideles, qui principes ſunt in popu-*

lis, & quamuis sint peccatores, tamen finaliter debent conuerti, & participare meritum paßionis CHRISTI, & propterea exultant, ideſt habent cauſam exultationis, dum uirgo glorioſa exultat tenens in amplexu materno eum, qui eſt cauſa exultationis. Septimo exultant colles, ideſt populares, qui reſpectu principum dicuntur colles propter humilitatem ſubiectionis, exultant autem propter præmiū cōuerſionis. Octauo exultant arietes, qui figurant ſacerdotes; quoniam ſicut arietes regunt greges ouium, ſic ſacerdotes ſunt rectores animarum, qui licet ſint peccatores uno tempore, alio tamen tempore conuertuntur, et meritum paßionis participant CHRISTI, quem uirgo MARIA tenens in ſuis brachijs exultat cum pœnitentibus propter ſpem conuerſionis. Nono agni figurant ſubditos clericis qui quottidie peccant, uel male regūtur ab arietibus, ideſt à rectoribus eccleſiarum, uel quia benè reguntur, ſed nolunt obedire, cum autem ſint numero agnorum, & ouium CHRISTI finaliter conuertentur ad CHRISTVM exultantes cum MARIA uirgine glorioſa. Decimo exultant cum CHRISTO DEO adiutore noſtro tribulati, anguſtiati afflitti ab infirmitatibus, à bellis, ab angarijs, in quibus ſunt impacientes, & peccant, ſed quia ſunt electi ad uitam æternam, ideo exultant cum ſpe conuerſionis cum glorioſa uirgine MARIA DEO adiutori noſtro, ſcilicet CHRISTO DEI filio. Vndecimo iuſti ueteris teſtamenti, ut patriarchæ & prophetæ figurabant patris noui teſtamenti, qui patres antiquæ legis li-

cet eßent subditi peccato originali, attamen per circuncisionem liberati figurabant patres noui testamenti, qui in baptismate debebant lauari in sanguine CHRISTI, quem exultando MARIA uirgo gloriosa tenet amplexatum amplexu materno. Duodecimo omnes sancti exultant cum MARIA uirgine gloriosa, quia tenet in brachijs illum, per quem aperitur nobis ianua paradisi, in cuius gloria exultabunt sancti usq; ad finem mundi & postmodum scilicet facto iudicio, & cunctis animabus cum suis corporibus tanquàm in suis cubiculis lætabuntur. Non igitur mirum, si coràm CHRISTO ad uocem uirginis gloriosæ exultat infans in utero matris: quoniam hic est ille, propter quem exultauit Abraham, ut uideret diem eius, & uidit, & gauisus est, & sic patet secunda species exultantium cū MARIA propter effectum conuersionis. Tertia species hominum cum MARIA exultantium, est societas deuotorum exultantium propter miraculorum operationem. Circa hanc particulam, in qua agitur de fructuosa operatione miraculorum, sunt quinque declaranda. Primo quot sunt species infidelium indigentium miraculis: & dico quòd sunt duæ species, quoniam quidam sunt simpliciter & absolutè nō credentes, ut ille, ad quē non peruenit prædicatio euangelij CHRISTI, et hæc infidelitas non est peccatum, sed est pœnæ peccati primorum parentū, propter quod sunt homines priuati diuino lumine, qui et si damnantur, non damnantur propter infidelitatē, sed propter alia peccata perpetrata in infidelitatem. Quidam autē sunt infidelis, sed quos

Tres spēs hominum cū Maria exultantium:

puenit prædicatio euangelij, et uolũt credere, ut Iudæi, qui habitant inter christianos, qui uident festa, quæ fiũt secundum articulos fidei, & audiunt, quomodo euangelium CHRISTI prædicatur, & hi damnantur non solum propter peccata comissa in infidelitate, sed etiam propter ipsam culpabilem infidelitatem. 2.2.q. 10.arti.1.in R. Sed et si dicunt, quòd hoc non est ex defectu ipsorum, sed potius ex defectu DEI. Respondetur, quòd non est ex defectu DEI, qui benè prouidit eis. Nam duo sunt necessaria ad fidem, scilicet credibilia, & assensus credibilium. Primum sufficienter DEVS communicauit per angelos, per inspirationem, per patriarchas, per euangelistas, per apostolos. per martyres, per doctores scribentes, & per prædicatores ad sonum campanarum omnes aduocantes. e.par. q.6.ar.1.in R. Secundum neceßarium ad fidem est humanus assensus, et huic prouisum est per miracula, quæ faciunt rei euidentiam, & etiam propter ipsam euidentiam dæmones credunt nolentes credere ideo, isti deteriores sunt diabolo. ea.par.q.5.ar.5.in R. etiam DEVS prouidit de exemplari credentibus, scilicet implicitè, ut ydiotæ simplices & minores ut etiam maiores credentes explicitè. ea.par.q.2.ar.6.in R. Et cum hoc prouidit DEVS de miraculis credendis, per quæ miracula credenda sunt credibilia, ut est misterium incarnationis miraculum credendum. par.3.q.28.ar.2.arg.3.& q. 31.art.1.argu.2. Cogitent omnes cum quanto gaudio audiebat omnes clamantes in miraculis per CHRISTVM factis. Hic est uerè Propheta, qui uenturus

est

est in mundum, & alibi. Hic est uerè saluator mundi. Ioan.6.b.
Vt autem apertius intelligatur, formabo processionem
exultantium cum MARIA uirgine. Primi sunt fe- Ioan.4.g
bricitantes. Secundi sunt famelici & sitibundi. Tertij sunt aridi & membris priuati. Quarti sunt cœci & excœcati, & cœci nati. Quinti sunt surdi & muti. Sexti sunt paralitici & claudi. Septimi hydropici sunt & leprosi. Octaui sunt mortui & sepulti. Noni sunt dæmoniaci & frenetici. Decimi in mare periclitantes & arbores arefactæ. Vndecimi ignorantes doctorati & peccatores subito conuersi. Duodecimi sunt fluxum sanguinis patientes, & in longis infirmitatibus detenti. Hos uidens sanatos & alios filium suum magnificantes supra omnes gaudens exultat dicens. Et exultauit spiritus meus in DEO salutari meo. Sed cum DEVS ipsam præseruauerit ad miracula fienda post CHRISTVM, ideo sequitur multorum conuersio, & conuersorum confirmatio, & quanto plura, et maiora miracula fiunt, tanto magis accrescit causa exultationis. Cum autem non sit ciuitas, non regnum, non ducatus, non oppidum, in quo non sit aliqua imago uirginis gloriosæ, coràm qua DEVS meritis eiusdem DEI genitricis operatur multa miracula, propter illa, quæ fiunt ad reliquias sanctorū, exultat: propter illa, quæ fiunt ad inuocationem aliorū sanctorum magis exultat: propter illa, quæ fiunt ad sui inuocationem ad huc magis exultat. Quarto autem plures propter miracula conuertuntur, uel magis in fide confirmantur, tanto magis gaudet & exultat, & omnes

participantes gratiam in miraculis per eam factis simul exultant. Sic ergo patet tertia species hominum cum MARIA *matre* CHRISTI *exultantium, ea tenente filium in amplexu materno propter miraculorum operationem.*

Quarta species hominum cũ virgine Maria exultantiũ.

Quarta species hominum cum uirgine MARIA *exultantium, filium tenente in brachijs amplexu materno, est societas fidelium exultantium propter adorantium uenerationem. Circa hanc particulam est notandum, quòd filij quandoque honorantur propter parentes, quandoque parentes honorantur propter filios. Vnde filius habens patrem & matrem, qui sunt parentes ascendendo, & habentes filios, qui sunt parentes descendendo. Si tam ascendentes, quàm descendentes sunt digni honore, hic filius gaudet duplici gaudio, scilicet quia sui parentes sunt digni honore, ex eo quòd eum genuerunt de legitimo thoro, et sunt bonæ famæ, & ex alia parte gaudet, quia habet filios bonos, & honorabiles. Cum autem uirgo* MARIA *habeat ascendendo diuinitatẽ triũ personarum, & cum habeat descendendo filij humanitatem, ab ecclesia dicitur mater & filia regis regum omnium, & cum ascendendo, & descendendo undique inueniat honorandos, & honoratos, sic propter uenerationem honorantium undique gaudio perfunditur, & in gaudio exultat in spiritu. Vt autem hoc clarius, & deuotius dicam, formabo processionem honorantium* CHRISTVM, *& propter honorem exhibitum exultantium cũ* MARIA *uirgine. Sunt autem huius processionis uiginti combinationes. Prima combinatio est adorantium*

Nota viginti com

CHRISTVM *in essentiæ unitate, et in personarũ trinitate, ut fideles, qui in oratione, & postulatione terminant suam orationem per obsecrationem dicentes* CHRISTO. *Qui uiuis & regnas* DEVS *cum patre & spiritu sancto.* Amen. *In qua obsecratione honorant* CHRISTVM *in essentiæ unitate, & personarum trinitate. Sic enim dedit formam discipulis baptizaturis doctis per ipsos docens. Baptizantes eos in nomine patris & filij, & spiritus sancti. Videns ergo beata uirgo* MARIA *iam totum mundũ conuersum ad hanc processionem, & permaximè hodie ob reuerentiã corporis* CHRISTI. *Inquit cum exultantibus.* Exultauit *spiritus meus in* DEO *salutari meo, idest* CHRISTO *uero* DEI *filio cum spiritu sancto.* Amen. *Huic combinationi non intersunt pagani nedum adorantes multitudinem deorum, sed etiam colentes falsos deos. Huic etiam combinationi non intersunt* Iudæi, *qui tam strictè credunt* DEI *unitatem, quòd negant personarum trinitatem. Sed ueri christiani cum uirgine gloriosa segregati ab erroribus gentilium &* Iudæorum *adorant* CHRISTVM *in essentiæ unitate, & personarum trinitate. Vnde in hoc festo processionis exultant in spiritu cum* MARIA *uirgine* CHRISTVM *præsentante cum amplexu materno. Secunda combinatio in hac processione est adorantium* CHRISTVM *in diuinitate, & diuinitatem in humanitate; quoniam sicut anima & corpus unus est homo, ita* DEVS *& homo unus est* CHRISTVS. *Huic combinationi non intersunt negantes*

binationes honorantium Christũ & cũ Maria exultãtiũ.

Mat. 28. d.

Secunda combinatio.

CHRISTI diuinitatem, nec qui concedunt CHRISTI diuinitatem, negantes eius ueram humanitatem: sed qui cum MARIA uirgine credunt CHRISTVM uerum hominem, & uerũ DEVM, quem ipsa peperit. Vnde dicitur mater non solum hominis, sed etiam dicitur mater DEI. par. 3. q. 35. ar. 3. & 4.

Tertia cõbinatio.

Tertia combinatio in hac processione est adorantium CHRISTVM in uera anima unita corpori formaliter, & in uero corpore unito animæ materialiter. ut par. 3. q. 2. ar. 5. Huic combinationi non intersunt, qui dicunt CHRISTVM non assumpsisse uerum corpus de MARIA uirgine, sed portasse corpus de cœlo, uel habuisse corpus fantasticum. Nec huic combinationi intersunt, qui negant CHRISTVM habuisse ueram animam, sed habuisse loco animæ suam diuinitatem. Fideles autem cum uirgine MARIA utrunque confitentur, & utrunque adorant, & propter utrunque exultant ipsa tenente CHRISTVM in brachijs amplexu materno dicente. Exultauit spiritus meus in DEO salutari meo. Qui cum habuerit ueram animam, ipsemet declarat quantum ad uirtutem intellectiuã stans in medio doctorum, interrogando et respondendo, ita ut omnes mirarentur. Quantum etiam ad uirtutem uolitiuam dum iuquit. Volo pater ut ipsi sint unum, sicut & nos unum sumus. & alibi uerum tamen non sicut ego uolo, sed sicut tu. Quantum uero ad uirtutem concupiscibilem, dum ait. Desiderio desideraui hoc pasca manducare uobiscum antequàm patiar. Sed quantum ad uirtutem irascibilem non solum

Mat. 26. c.

Luc. 22. b.

mirabatur, sed etiam cæpit tædere & pauere. Ecce quomodo declaratum est, quòd habuit ueram animam intellectiuam. Similiter declaratur, quòd habuerit uerum corpus. Nam *hoc probatur testimonio deponentium corpus de cruce, & recondētium in linteaminibus, sudario, & aromatibus in monumento, probatur per crucifixores, qui cum clauis confixerunt, & per omnes, qui ipsum corpus in cruce illuxerunt.* Hoc *etiam probatur per illos, qui cum de supercilio montis proiecerunt, & per omnes, qui ad columnam flagellauerunt, qui ipsum coronauerunt, qui ipsum exuerunt, colaphizauerunt, & conspuerunt.* Ecce *habemus quomodo habuit ueram animam, & uerum uorpus. Sed ne quisquam putaret, quòd anima illa uniretur illi corpori, ut nauta naui, sed potius ut substantialis forma materiæ dando ei motum, ostenditur, dum ætate crescebat, dum famescebat, dum sitiebat, dum uerè comedebat & bibebat. Sic igitur omnes fideles exultant cum gloriosa uirgine* MARIA *propter adorantes* CHRISTVM *in uero corpore, & in uera anima corpori unita formaliter, ipsa illū tenente in brachijs amplexu materno.* Quarta *combinatio in hac processione est adorautiū* CHRISTVM *confitendo naturam diuinam unitam animæ, et eandem unitā corpori.* Quòd *natura diuina fuerit unita anime, patet per symbolum fidei.* Nam *non dicimus, quòd anima descendit ad inferos: sed dicimus, quòd ille filius* DEI, *qui est crucifixus idem descendit ad inferna, scilicet unita diuinitati anima.* Quòd *autem eadem natura unita fuerit corpori, apparet per symbolum fi-*

Mar. 14. d

Quarta cō binatio.

dei. Quoniam non dicimus in neutro genere, quod corpus CHRISTI *fuerit sepultum, sed dicimus in masculino genere supplendo de filio* DEI *ex* MARIA *genito, mortuus & sepultus. Quinta combinatio in hac processione est hominum adorantium* CHRISTVM *in utero, qui eum portauit, & in pectore, quod ipsum lactauit. Quoniam si omnia inanimata sunt adoranda, quæ* CHRISTVM *tetigerunt, permaxime ipsum tetigit uter, in quo corpus eius fuit organizatum, & pectus à quo fuit nutritus, ideo cantat ecclesia.* Beata uiscera quæ dominum genuerunt, & beata ubera, quæ CHRISTVM lactauerũt. *Et in euangelio habetur, quod extollens uocem quædam mulier de turba dixit.* Beatus uenter, qui te portauit, et ubera quæ suxisti. *Sexta combinatio est hominum adorantium* CHRISTVM *in pannis, in quibus ipsum inuoluerunt, & in fascia, qua ipsum strinxerunt. Ista nanque membra sua tetigerunt, ideo sunt adoranda. Septima combinatio est hominum adorantium fænum, & præsepe, in quo ipsum* CHRISTVM *reposuerũt. Nanque ista ordinata, & quæ sequentur. sunt eadem adoratione adoranda, qua ipse* CHRISTVS *par. 3. q. 25. ar. 4. arg. 3. Octaua combinatio est hominum adorantium* CHRISTVM *in laqueo, quo fuit ligatus, & in columna, ad quam fuit flagellatus. Nona combinatio est hominum* CHRISTVM *adorantiũ in uestibus albis, quibus eum exuerunt, & in flagellis, quibus eum uerberauerunt. Decima combinatio est hominum adorantium* CHRISTVM *in ueste coccinea, in*

Quinta cõbinatio.

Luc. ij. d.

Sexta cõbinatio.

Septima combinatio.

Octaua cõbinatio.

Nona cõbinatio.

Decima combinatio.

qua ipsum deriserunt, & in corona & arundine, qua ipsum percusserunt. Vndecima combinatio est hominum adorantium CHRISTVM *in sudario, quod ad faciem compreßit, & in imagine sua impreßit.* Vndecima combinatio.

Duodecima combinatio est hominũ adorantiũ CHRISTVM *in signo crucis, quam ex duobus lignis formauerunt, & in omnibus lignis, quæ eius corpus, & membra tetigerunt. Vbi notandum quòd lignum crucis, & omnia alia, quæ tetigerunt membra, uel sanguinem* CHRISTI, *eodẽ honore .s. latriæ debent adorari, quo & sua diuinitas, ligno existente in quacunque figura, signo autem crucis existente in quacunque materia, quæ materia resoluta crucis figura non amplius debet adorari. par. 3. q. 25. art. 4. in* R. Duodecima combinatio.

Tertiadecima combinatio est hominum adorantium CHRISTVM *in spongia, qua mirratum potum parauerunt, & in arundine, per quam spongiam porrexerunt.* Tertiadecima combinatio.

Quartadecima combinatio est hominum CHRISTVM *adorantium in clauis, quibus manus crucifixerunt, & in illis, qui pedes affixerunt.* Quartadecima combinatio.

Quintadecima combinatio est hominum CHRISTVM *adorantium in clamide, quam diuiserunt, & in ueste idest tunica, super quam sortes miserunt.* Quintadecima combinatio.

Sextadecima combinatio est hominum adorantium CHRISTVM *in sua humanitate, & in suæ imaginis ueritate. Eodem nanque honore debet adorari humanitas* CHRISTI, *quo & sua diuinitas. par. 3. q. 25. ar. 2. & 3.* Sextadecima combinatio.

Decimaseptima combinatio est adorantiũ CHRISTVM *in sanguine de latere effluente, & in sanguine ex cunctis membris su-* Decimaseptima combinatio.

Decimaoctaua cō binatio. per crucem discurrente. Decimaoctaua combinatio est hominum adorantium CHRISTVM in aqua, quæ de latere exiuit, & in lancea, quæ latus diuisit. Decimanona combinatio est CHRISTVM adorantium in terra, quæ suum sanguinem imbibit, & eundem suo corpori restituit. par. 3. q. 55. ar. 3. arg: 3. Vigesima combinatio est hominum CHRISTVM adorantium in linteis, quibus fuit inuolutus, & in aromatibus, quibus fuit cōditus. Ecce quomodo habemus quartam speciem hominum cum gloriosa uirgine MARIA exultantium, ea tenente filium in brachijs amplexu materno, & ipsis exultantibus propter adorantium uenerationem. In hoc secundo libro est satis declaratum, quomodo CHRISTVS uere est DEVS saluator Israel abscōditus, scilicet in matre temporaliter, scilicet in eius utero in suo gremio, in cordis domicilio, & in amplexu materno.

Decimanona combinatio.

Vigesima combinatio.

Amen.

*

DE CHRISTO IESV FILIO DEI ABSCONDITO PRO SOLEMNITATE CORPORIS CHRISTI.

LIBER TERTIVS.





Vius operis tertius liber declarat, quomodo CHRISTVS filius est uerè DEVS absconditus in figuris prophetantibus, & in sanctis patribus generãtibus. Sed quia hic liber narrabat ad litterã quasi omnia dicenda per figuram: & quia ista habentur in quinq; libris Moysi litteraliter; ideo de Moyse inuestigandum est, Si Moyses fuit uerus propheta, an tãtummodo habuit instinctum propheticum. Et dico; quòd nõ solum fuit propheta, sed etiam fuit eximius prophetarum. Primo quantum ad uisionem intellectualem eò quòd uidit ipsam diuinam essentiam, sicut Paulus in raptu. Nam ut ait propheta, ore ad os loquor eis, palam, & non per enigmata dominum uidit. Nu.12.b *Secundo quantum ad uisionem imaginariam, quam quasi ad nutum habebat non solum audiens uerba, sed etiam uidens loquentem in specie DEI, & non solum dormiendo, sed etiam uigilando. Vnde dicitur, quòd loquebatur ei DEVS sicut solet loqui homo cum amico suo.* Exo.33.b *Tertio quantum ad denunciationem, quia scilicet lo-*

quebatur toti populo fidelium ex parte DEI, *quasi de nouo legem proponens. Alij uero prophetæ loquebantur ex parte* DEI, *uel in persona* DEI, *quasi inducentes populum ad obseruantiam legis Moysi iuxta*

Mala.4.b *illud Malachiæ. Mementote legis Moysi serui mei.*

Quarto quantum ad operationem miraculorum, quæ

Deu.34.c *fecit toti uni populo infidelium. Vnde dicitur Deuteron. Non surrexit ultra propheta in Israel, sicut Moyses, quem nosceret dominus facie ad faciem in omnibus signis, atque portentis, quæ per eum misit, ut faceret in terra Aegypti Pharaoni, & omnibus seruis eius, uniuersæq; terræ illius.* 2.2.q.174.ar.3.in. R. *Audiuistis, quomodo Moyses fuit propheta, & prophetarum eximius. Superest modo audere secundum, scilicet quòd sciuit dominum esse, qui loquebatur ei, quod sciuit, & cognouit quæ ex parte* DEI *loquebatur ea.*

Ioan.5.g *par.q.173.arti. 4. Sed cum dicat dominus. Moyses de me multa scripsit. Et cum in quinque libris Moysi non reperiatur ad litterã aliquid dixisse de* CHRISTO, *ideo oportet, quòd locutus fuerit figuratiuè, in figuris prophetantibus, scilicet in figuris animatis, & in figuris inanimatis. Primo igitur Moyses ostendit, quomodo* CHRISTVS DEI *filius fuerit absconditus in figuris animatis, idest in sanctis patribus. Qui quãuis fuerint multi, attamen ad præsens non introducam, nisi duodecim. Primo igitur Moyses ostendit, quomodo* CHRISTVS DEI *filius fuit uerè* DEVS *absconditus in primo patre, scilicet Adæ, & hoc propter septem rationes, primo,*

Prima figura animata, in qua Christus fuit absconditus, est Adam.

quia primus homo est, qui creatur. Secundo, quia caput omnium situatur. Tertio quia omnis uirtus in eo collocatur Quarto quia à DEO in terrestri paradiso soporatur. Quinto quia Eua de eius costa concreatur. Sexto quia proprio nomine quælibet res nominatur. Septimo quia incarnatio filij DEI per eum prophetizatur. Circa primam rationem est sciendum, quòd primus homo, scilicet Adam antequam peccaret, fuit figura CHRISTI DEI filij, Qui quãuis fuerit prior Adæ, attamen tanquam figuratum in figura fuit Adæ posterior, & in ipso Adæ ueluti germen in semine, ueluti granum in spica fuit absconditus. Ad hoc autem declarãdum est sciendũ, quòd ordine generationis imperfecta præcedunt perfecta, & sic semen præcedit fructum, & arborem, & ouum gallinam, & sic Adam præcesśit CHRISTVM, qui in eius semine erat incarnandus. Sed ordine perfectionis, perfecta præcedunt imperfecta, ut arbor semen, ut gallina ouũ, & hoc modo CHRISTVS DEI filius præcesśit Adam, quia omnia per ipsum facta sunt. Vnde materialiter ligna, lapides, & cementum præcedunt domum ædificandam in mente artificis: sic Adam præcesśit CHRISTVM. Sed sicut formaliter gaudium domus est defensio ab inordinato calore, pluuijs, et frigore, & est primum in mente artificis domũ propter hoc ædificantis, sic hoc ordine CHRISTVS præcesśit Adam; Quoniam dum DEVS in principio crearet cœlum & terrã, scilicet in uerbo, ibi erat uerbum, per quod facta sunt omnia. Cum uero DEVS dice-

Ioan. 1. a

Ioan. 1.

Gene.1.d Gene.2.b ret, Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & cum ipsum Adam de terra faceret, & cū inspiraret in faciem eius spiraculum uitæ, idest animā, ibi DEI uerbū erat, per quod omnia hæc facta sunt, sed non ipse Adam, qui non erat in facto esse, sed in facto fieri. Simpliciter autem, & absolute CHRISTVS est prior Adæ, sed secundum quid Adam dicitur prior CHRISTO. Est enim primus factus ad imaginem DEI, sicut CHRISTVS est ipsa imago DEI. Vt igitur principium omnium uirorū, omnium mulierum est primus homo à DEO creatus, ita uerbum, scilicet DEI filius est principium nō solum omnium hominum, sed etiam omnium rerum.

Figurabat autem ipsum CHRISTVM in se tanquam figura figuratum, dum ipse Adam fuit primo creatus. Secundo CHRISTVS DEI filius est uerè absconditus DEVS in Adam, quia caput omnium situatur. Circa hoc est notandum quòd sicut caput in corpore hominis in supremo loco situatur, Gene.1.e omnibus membris altius, ita ipse Adam fuit cunctis hominibus altior, & cunctorum uolucrum, & animalium & piscium dominus, ut habetur in Gene. & .1.q.96. ar.1. sic CHRISTVS figuratus fuit in Adam tanquam caput ecclesiæ, immo omniū ecclesiarum, omniumq; uiuorum & mortuorum præsentium, præteritorum, & futurorum, immo etiam est caput omniū angelorum. par.3.q.8. per totum. Cum sit ergo caput omnium, figuratus fuit in Adam, qui fuit caput omniū hominum. Sic igitur figuratus in figura fuit CHRI-

STVS uere DEVS absconditus in Adam. Tertio CHRISTVS fuit DEVS absconditus in Adam figuratus, quoniam in eo omnes uirtutes collocãtur. Sicut enim in capite uigent omnes sensus, quorum unus solus uiget in corpore, scilicet tactus, sic in Adam fuerunt omnes uirtutes, scilicet quæ important ullam imperfectionem, ut charitas, & iustitia, & huiusmodi, quæ fuerunt in Adam & quantum ad actum & quantum ad habitum. Fuerunt etiam in eo illæ uirtutes, quæ important imperfectionem ex parte actus, uel ex parte materiæ, ut fides & spes. Vnde fidem habuit, & spem, quãuis fides sit de non uisis, & spes de nõ habitis, & hæ fuerunt in Adam, & quantum ad actum, & quantum ad habitum. Fuerunt præterea in eo uirtutes, quæ imperfectionem dicunt repugnantem primo statui, ut pœnitentia, & uerecundia, ac misericordia, quæ fuerunt in Adam in primo statu, non tamen quantum ad actum, sen tantum quantum ad habitum. Et sic in ipso fuerunt omnes uirtutes, uel quantum ad actum, uel quantum ad habitum, uel quantũ ad habitum utrũq; par. 1. q. 95. ar. 3. per totum. Sicut ergo Adam tanquam caput omnium hominum habuit omnes uirtutes, ut figura CHRISTI, ita CHRISTVS figuratus habuit in se omnes uirtutes, quæ non repugnant statui uiatoris simul & compræhensoris. Habuit etiam omnia dona & omnes gratias gratis datas, omnemq; plenitudinem gratiarum tanquam fons & caput omnibus suis membris influens. par. 3. q. 7. ar. 2. & . 5. & . 7. & . 9. & . q. 8. ar. 3. 4. Quarto CHRISTVS DEI

filius fuit uerè DEVS *absconditus in Adam figuratus, dum Adam in cœlesti paradiso separatur. Cum enim* DEVS *creasset hominem, posuit eum in paradiso, deinde soporauit eum, eo autem dormiente creauit* DEVS *ex eius costa primam mulierem, quæ costa fuit in Adam non ad suam perfectionem indiuidualem, sed pro ut ipse erat principium totius generis humani. Vnde cum* DEVS *extraxit costam, nullũ sensit dolorem. par. 1. q. 92. ar. 3. arg. 2. Hæc autem dormitatio non fuit inanis, sed fuit figura & mysterium magnum, quoniam Adam erat nudus, erat corpus eius quædam imago crucis, & ipso sic soporato* DEVS *ex latere eius fecit primam mulierem. Sopor Adæ sopor in cruce teste Aug. de Ciuitate dei. 22. c. 17. Cuius* CHRISTI *mors pro tanto dicitur sopor, quia qui moritur, diù in morte moratur, qui autem dormit, cito à somno excitatur. Sic omnes mortui præter* CHRISTVM *diù mortui remanebunt. Sed* CHRISTVS *cum esset paruo spacio suscitandus, ideo sua mors non dicitur mors sed sopor.* Et *uerè nudus, quia omni societate discipulorum expoliatus. Sic igitur* CHRISTO *in cruce dormiente extraxit* DEVS *ex eius latere secundam mulierem, idest ecclesiam. par. 1. q 92. ar. 3. in fi.* R. *& ar. 2. arg. 1. in fine.* Ecce *quomodo Adam fuit figura* CHRISTI. *Vnde sicut figuratum est occultum in figura, donec figura uerificetur, Sic* CHRISTVS *in Adam figura fuit occultus, donec* CHRISTVS *fuit in cruce lanceatus. Sic ergo potuit de* CHRISTO *dici. Verè tu*

Gene. 2. c

es DEVS abscõditus DEVS saluator Israel. Quinto prima mulier de costa dormiẽtis educitur. Circa hãc particulã est declarandũ, quare mulier facta est de uiro. Et dico, quòd ipsa fuit ex uiro facta. primo ad hominis dignitatem, ut sicut DEVS est principiũ omnium generum, & specierum, ac indiuiduorum, ita homo esset principium suæ speciei. Secundo hoc factum est in fauorem mulieris, scilicet ut uir magis diligeret eam cognoscendo, quòd ipsa de uiro facta esset. Tertio quia figurabatur, quòd ecclesia sumebat principium à CHRISTO, sicut mulier à uiro. Cum enim ex latere CHRISTI exiuit sanguis & aqua, quibus ecclesia est instituta. par. 1. q. 92. ar. 2. in. R. & ar. 3. in fi. R. Cũ autem Adam et Eua essent figuræ CHRISTI et ecclesiæ, sic dicimus CHRISTVM fuisse uerè absconditum in Adam & ecclesiam in Eua tanquam figuratum in figurante. Sexto per Adam cuilibet rei nomen imponitur, propter quod significatur, quòd agnouerit omnium rerum naturas, postquam iuxta naturam cuiuslibet rei imposuit nomen, ut par. 1. q. 94. ar. 3. Et per hoc figurabat CHRISTVM, in quo fuit scientia illi animæ infusa, secundum quam scientiam anima CHRISTI cognouit omnia, quæ ab homine possunt cognosci per uirtutem luminis naturalis, siue agentis. Sicut sunt omnes scientiæ humanæ & quæcunq; pertinent ad ipsas. Etiam per hanc scientiam infusam cognouit omnia illa, quæ possunt hominibus innotescere per reuelationem, siue pertineant ad donum scientiæ, siue ad donum sapientiæ, siue ad quod-

Isa.c.45.c

Gen.c.2.c

cũque donum ſpiritus ſancti, ſiue ad donum prophetiæ, omnia iſta anima CHRISTI præ cæteris cognouit.par.3.q.11.ar.1.in.R. Sed quia fuit ſimul uiator & compræhenſor. ideo in anima CHRISTI fuit ſcientia beatorum. Vnde in uerbo ipſe omnia uidebat tanquam iudex, qui debet omnes, & de omnibus iudicare etiam occultas cogitationes.ea.par.q.10.ar.2 in fi.R. ergo ſcit, cognoſcit quemcunque pertinentem
Ioan.10.c ad numerum electorum ipſo dicente. Ego cognoſco oues meas. Eſt enim liber uitæ, in quo ſunt ſcripti nomine proprio omnes electi ad uitam æternam.par.1.q. 24.ar.2. Sed cum CHRISTVS ſe compararet bono paſtori, inter cætera adiecit dicens, quòd ſicut Pa-
Ioan.10.c ſtor cognoſcit oues ſuas, & proprio nomine illas uocat, ſic CHRISTVS proprio nomine cognoſcit, & uocat unumquemq; electum participaturum meritum ſui ſanguinis, & præcioſæ paßionis. Vnde inquit. Bonus paſtor, ideſt CHRISTVS proprias oues nominatim uocat, & educit eas. Ecce quomodo profitetur CHRISTVS, quod ſicut Adam primus parens cognouit naturas ſecretas rerum omnium, & omnibus creaturis nomina impoſuit iuxta uniuſcuiuſque naturam, ita CHRISTVS cognoſcit omnes ſuos electos, & nominatim ut proprias oues, & ut uerus paſtor ipſos nomine proprio uocat. Sicut ergo per Adam unicuiq; rei nomen imponitur, ſic per CHRISTVM quilibet electus in ſuo ſanguine ſaluandus cognoſcitur. Septimo per Adam incarnatio filij DEI prophetizatur. ergo ſicut prophetatum in prophetante, ſic

te sic CHRISTVS fuit absconditus in Adam prophetizante. Moyses autem hoc ostendit cognouisse simul cum Adam, quādo recitans uerba, quæ dixit Adam quando primo à somno excitatus uidit Euam, & ait. Os de ossibus meis, & caro de carne mea, propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, et adhærebit uxori suæ, ubi inquit Apostolus. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico CHRISTO & in ecclesia, in quo uerbo uult Paulus cum Moyse, quòd primus parens Adam tunc cognouerit filium DEI incarnandū, sed dicet quispiam, ergo Adam, qui præcognouit filium DEI incarnandum, etiam præcognouit filium DEI moriturum pro peccato suo, ergo fuit præscius sui peccati. Negatur, & dicitur, quòd Adam non fuit præscius sui peccati, neque redemptionis humanæ per mortem CHRISTI, neque præsciuit filium DEI incarnandum, ut redemptorem. par. 1.3.q.1. Sed ut uniuersalem glorificatorem totius naturæ humanæ, scilicet corporis & animæ ut. 2.2.q.1. artic. 1. in R. Sicut ergo CHRISTVS filius DEI fuit cæteris àbsconditus in utero uirginis gloriosæ, & sibi MARIAE cognitus & manifestus, quæ ipsum prius concepit in mente per fidem, quàm carne de suo sacro sanguine, sic Moyses illum cognouit in Adam figurante, qui alijs simplicibus erat absconditus, & sicut Moyses ut propheta claré CHRISTVM in Adam absconditum cognouit, quando uerba Adæ scribebat, sic ipse Adam credidit, quando hæc uerba dicebat uxori suæ, scilicet os de ossibus meis, & caro de carne mea. Et sic habemus

Gene. 2. c

Eph. 5. d

septem rationes declarantes. primam CHRISTI *figuram animatam, scilicet Adæ figurantis* CHRISTVM *in se tanquàm in figura. absconditum.* *Secunda figura animata, in qua* CHRISTVS DEI *filius fuit uerè* DEVS *saluator Israel absconditus fuit Abel, et hoc propter septē rationes. Primò, quia est secundus, qui nascitur. Secundo quia à* DEO *diligitur. Tertio, quia pastor ouium dicitur. Quarto, quia sacrificium de manibus suis à* DEO *suscipitur. Quinto, quia eius sacrificium cœlesti igne consumitur. Sexto, quia à fratre maiore occiditur. Septimò quia uox sui sanguinis usquè ad cœlum extollitur.* Primo nanque *dico, quòd Abel figura* CHRISTI *significat* CHRISTVM, *quia secundus, qui nascitur, Moyse sic attestante.* Vbi *notandum, quòd ideò Abel significat* CHRISTVM, *quia sicut Abel fuit homo iunior patre suo Caym, sic* CHRISTVS *quantùm ad humanitatem fuit iunior* Ade, *qui occidit ipsum Abel, idest* CHRISTVM, *quia fuit causa suæ mortis.* Pro *cuius declaratione est notandum, quòd in sacra scriptura* Adam *quandoque dicitur uetus homo, quandoque dicitur primus homo.* Similiter CHRISTVS *per oppositum quandoque dicitur secundus homo, quãdoque dicitur nouus homo, uerbi gratia. Cum apostolus uult nos exhortari ad nouam uitam fidei, & baptismi, sic inquit.* Expoliantes *uos ueterem hominem cum actibus suis, scilicet Adam, & induentes nouum hominem, idest* CHRISTVM. Et *alibi.* Deponentes *uos secundum pristinam conuersationem ueterem hominem,*

Secūda figura aīata, in qua Christus fuit abscōditus, fuit Abel.

Prima rō quare Abel figurat Christum.

Gen. 4. a.

Ad Colo. 3. b.

Ephe. 4. e.

renouamini spiritu mentis uestræ, & induite nouum hominem. Rursus ait *uetus homo, idest Adam in se, & in* Rom. 6.a.
suis simul crucifixus est, scilicet per CHRISTVM
crucifixũ, ut destruatur corpus peccati. Tandem *ostendens* Apostolus *quis & qualis sit iste uetus* Adam, *&*
quis ac qualis sit ille nouus, sic inquit. Primus *homo de* 1.Cor. 15.f
terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis, qualis terrenus, tales terreni, qualis cœlestis, tales cœlestes. Ecce *habemus quomodo* Adam *& sui in culpa sequaces, dicitur primus homo et uetus homo*: CHRISTVS *autem dicitur secundus homo & nouus homo, quoniam sicut* CHRISTVS *est æqualis patri secundum diuinitatem, & minor patre secundum humanitatem, sic secundum suam humanitatem respectu* Adæ *dicitur minor ætate & nouus & secundus homo*. Sicut *igitur dantur duo filij* Adæ, *quorum unus scilicet Caym immitatur* Adam *in culpa, per quam culpam propter mores culpabiles dicitur uetus homo, & primus, & homo terrenus, & sui descendentes uocantur filij hominum. alter autem idest* Abel *dicitur homo secundus respectu natiuitatis, et etiam dicitur homo nouus propter nouum hominem, quem figurabat. s.* CHRISTVM. Vnde *sicut* Abel *iustus dicitur homo nouus, & homo secundus respectu Caym primogeniti: sic* CHRISTVS *dicitur secundus homo & nouus homo respectu* Abel, *per quem ipse* CHRISTVS *fuit figuratus*. Moyses *autem intendens loqui de* CHRISTO *sub figura* Abel, *sicut* CHRISTVM *ponit hominem secundum, sic ipsum ponit sub figura secundi geniti: ergo*

beata in beatitudine perfecta, quãdiu sibi restat aliquid desiderandum, et ob hoc tantummodo quietatur in bono summo, & æterno æternaliter possesso. 1. 2. q. 2. ar. 8. & notabiliter dico æternaliter possesso, quia quanuis Paulus & Moyses fuerint eleuati ad uisionem summi et æterni boni, non tamen pro tunc fuerunt beati, quia. s. illud summum bonum non poßiderunt æternaliter, sed per paruum spacium, non per modum habitus permanentis, sed per modum paßionis transeuntis. Est enim uisio istorum talis incomparatione beatorum, qualis est uisio fulguris transeuntis & solis permanentis. 2. 2. q. 175. ar. 3. per totum & q. 174. ar. 1. in R. Cum autem anima per lumen gratiæ peruenerit ad obiectum beatificum in lumine gloriæ permanentis non solum gustat præmium sui meriti præcedentis, sed saciatur fruendo. Nam sicut fructus est ultimum, quod ex cultu arboris expectamus, & in illo delectamur, sic etiam ultimus finis, idest summum bonum possessum est ultimum nostri laboris, & nostri meriti, & eo fruimur in patria tanquam fructu nostrorum laborum, et ipso, sicut fructu fruẽdo mens humana quietatur. 1. 2. q. 2. ar. 3. & 4. in R. Tertio est notandum, animam non beatificari nisi primo magnificetur. s. superando omnem tentationem. Non enim laudabimus nauigantem, nisi cum peruenerit ad portum, nec uiatorem, nisi cum peruenerit ad ciuitatem, nec triumphi dabimus gloriam, nisi post uictoriam dicente Apostolo. Non coronabitur nisi qui legiptime certauerit. Sicut igitur fruitio præmittit beatificam uisionem, sic beatifica uisio præmittit magnifi-

bono anima beatificatur.

Quomodo animæ non beatificetur nisi magnificetur.

2. Tim. 2. a

cationem, scilicet superando omnem tentationem. Iuxta illud. Beatus uir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam repromisit DEVS diligentibus se. Quarto anima non magnificatur, nisi primo iustificetur. & quomodo datur spiritus magnificus, dum est seruus, & præcipuè quando est seruus peccati, quo nulla maior seruitus. Si enim seruus est tibi, corpore seruus est, tamen mente sibi liber, si laborat tibi in seruitute, colit sibi mentem in libertate. Si est pauper in seruitute, est sibi diues in uirtute, & quotidie amplius ditatur. Tu autem, si es seruus peccati, seruis peccato mente & corpore, nihil ad æternum præmium mereris. Quot habebas spirituales diuitias, omnes perierunt. Vnde quicquid peccatum tuum præcipit, ut seruus, præsto adimples. non ergo seruiens peccato diceris magnificus, sed paruificus & pusillanimis. Si ergo spiritus debet magnificari, debet iustificari. Quinto non iustificatur, nisi prius à DEO per occultam inspirationem, uel per euangelicam illuminationem, seu per prædicatorum dispositionem uocetur. Sexto multi sunt uocati, pauci autem sunt electi, ideo est necesse, quòd qui debent iustificari, prædestinentur, idest quòd uocati in finem ultimum dirigantur. Cum autem septimo prædestinatio præsupponat electionem, et electio præsupponat dilectionem. par. 1. q. 23. ar. 4. in R. sic à dilectione incohoandum est. Cum igitur DEVS beatificauerit Abel, & cum ipsum beatificando dederit illi quietationem in fruitione, & cum eundem magnificauerit supra omnem tentationem sufferendo

Iaco. 1. b.

Quomodo anima non magnificatur nisi primo iustificetur.

Anima nõ iustificatur, nisi prius illuminetur.

mortem de manu fratris sui, & cum ipsum DEVS *iustificeuarit non à culpa mortali, quæ de ipso non legitur, neque à culpa ueniali, quæ cum solo originali non datur* 1.2.q.89. *arti*.6.*in*.R. *ergo fuit iustificatus à peccato originali.s.per fidem redēptoris futuri.par.*3.*q.*70.*ar.*4.*arg.*2. *et ar.ad oppositū.et.*2.2.*q.*85.*ar.*1.*arg.*2.*Et cum iustificatus fuerit, à domino uocatus, & cum uocatus fuerit, prædestinatus, cum autem prædestinatus fuerit, prius electus, idest à fratre reprobo segregatus, nec fuisset à reprobo segregatus, nisi fuisset primo dilectus. Vnde apparet, quòd Abel fuerit singulariter amatus. Sed est qui dicat. Per hæc signa non probatur singularitas dilectionis, quoniam hæc signa tam complete, tanquàm copiose reperiuntur in patribus noui testamenti, qui tamen non figurant sua dilectione* CHRISTVM. *Respondens dico, quòd patres noui testamenti non figurant* CHRISTVM, *quanuis diligantur, sed tantum debent configurari* CHRISTO, *scilicet in generali & gloriosa resurrectione. iuxta illud apostoli Saluatorem expectamus dominum* IESVM CHRISTVM, *qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Sancti autem patres figurabant, et configurari debebant. Sed est, qui replicando dicat. Si sancti patres ueteris testamenti per dilectionem, & signa dilectionis figurabant* CHRISTVM, *ergo non singulariter Abel dilectus figurauit* CHRISTVM? *Respondens dico, quòd Abel quasdam dilectionis singularitates habuit, quas alij non habuerunt,* Philip.3.d

quoniam primus electus innocens, primus agnum & ouem domino obtulit, primus suo sanguine terram inebriauit, primus mortem gustauit, primus limbum occupauit, primus, propter quem DEVS *fratrem Caym reprehendit. Vnde sicut ipse Abel fuit singulariter dilectus, sic* CHRISTVS *fuit à patre præ cunctis dilectus. par. 1. q. 20. art. 4. argu. 1.* Tertio dico, quòd *Abel est figura* CHRISTI, *quia pastor ouium dicitur, & agnorum.* Et *sicut Abel fuit primus pastor ouium, & agnorum, sic* CHRISTVS *fuit pastor ouium, idest principum & sacerdotum, & agnorum, idest subditorum spiritualium & corporalium.* Vnde *cum dixisset.* Ego *sum pastor bonus.* Recessurus *ab hac uita ad patrem & recomendans suum gregem* Petro *sic ait.* Symon Iona *amas me &c. & cum bina uice dixisset.* Pasce *agnos meos, tertia uice dixit.* Pasce *oues meas, & sic professus fuit se pastor ouium, & agnorum, sicut fuerat figuratus per Abel pastorem ouium & agnorum.* Quarto *dico quòd Abel figurabat* CHRISTVM, *quia per* DEVM *sacrificium de manibus eius accipitur.* Sicut *nanque Abel obtulit domino sacrificium de suis ouibus, & agnis cum adipe, & ita puro animo, quòd per prius* DEVS *respexit ad eum, & deinde ad munera eius, sic* CHRISTVS *ut bonus pastor optulit uerum, et optimum sacrificium tam principum quàm subdictorum.* Nam *ut uerus pastor posuit animam pro ouibus, ut oues & agnos patri lucrifaceret.* Ipse *enim ueritate figuram excessit, & ubi in figura afferebantur ab Abel animalia, ut oues & agni,*

Gen. 4. a.

Abel primo iustus Christum figurauit. Gen. 4. a.

Ioān. 10. c.

Ioan. 21. d.

Gen. 4. a.

ipse obtulit in sacrificium carnem suam, quae est perfectißimum sacrificium. primo, quia cum sit humana caro, congrue pro hominibus offertur, & sic etiam sacramentaliter, & spiritualiter ad altare sumitur. Secundo quia erat caro paßibilis, & mortalis apta imolationi. Tertio quia cum esset sine peccato habebat efficatiam ad emondanda peccata. Quarto quia cum esset caro offerentis, erat DEO *accepta propter charitatem ipsius offerentis. Vnde August. in. 4. de trini. Quid tam ab* 1.Petr.2.d *hominibus sumeretur, quid potius offereretur, quàm humana caro? Et quid tam aptum huic imolationi, quàm caro mortalis? Et quid tam mundum pro mundandis uitijs mortalium, quàm sine contagione mortalis corporalis concupiscentiae caro nata in utero, & ex utero uirginali? Et quid tam gratè offerri, & suscipi potest, quàm caro sacrificij nostri corpus effectum sacerdotij nostri? par. 3. q. 28. ar. 3. argu. 1. Sic autem offerendo se in sacrificium acceptatur à* DEO, *quoniam per hoc exemplariter offerrebantur oues et agni idest parui, & magni, qui exemplo* CHRISTI *mortem acceptauerunt iuxta illud Petri apostoli.* CHRISTVS 1.Petr.2.d *passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius. Hoc autem insinuauit, quando orando dixit. Pater si non potest hic calix transire* Mat.26.e *à me, idest ad meos sequaces; nisi bibam illum scilicet primo offerendo me in sacrificium, fiat uoluntas tua: ut sic cum Abel offeram agnos, & oues per meum sacrificium, quod tu de manibus nostris suscipias. Quod & factum est, dum tot milia sanctorum secuti sunt*

CHRISTVM in sacrificium, quod summè habuit acceptum. Quinto dico, quòd Abel figurabat CHRISTVM, quia sacrificium celesti igne cõsumitur. Cum enĩ dicatur in sacro eloquio ueteris testamẽti, DEVM respexisse ad sacrificiũ istius, & non illius, intelligendũ est DEVM respexisse, idest per aliquod signum sensibile DEVS ostendit se fuisse præsentem, & sacrificium acceptasse. Vnde potissimum hoc signum DEVS ostendebat, uel radijs lucis, uel flãma ignis.

Leui.9.d Cum enim Moyses & Aaron cum populo obtulissent DEO sacrificium, dono diuino descendit ignis de cœlo, & consumpsit sacrificium. Et cum Helyas confun-

3.Re.18.f dere uellet sacerdotes idoli Baal DEVS pluit ignem de cœlo, qui consumpsit sacrificium, & altare, lapides, & aquam. Et hoc modo per radium lucis, uel per flammam ignis DEVS ostendebat Abel, suum sacrificium ouium, & agnorum sibi acceptum. Quòd autem per hoc signum figuraretur CHRISTVS, sic declaratur. Sicut enim Abel offerebat oues, et agnos sic CHRISTVS obtulit patri apostolos et discipulos, cæterosq; sequaces. Et sicut per ignem manifestabatur DEI præsentia acceptans, sic supra CHRISTI

Act.2.a gregem, scilicet apostolorum, & discipulorum descendit ignis spiritus sancti, quando cum omnes essent simul in cœnaculo, factus est repente sonus de cœlo & repleti sunt omnes spiritu sancto, apparuerũtq; dispartitæ linguæ tanquam ignis, seditq; supra singulos eorũ spiritus sanctus, et sic patet quintum. Sexto dico quòd Abel figurabat CHRISTVM, quia à maiori

fratre occiditur. Sæpe accidit, quòd maior prosequitur minorem, ut maior auctoritate princeps, uel prælatus persequendo uirum, uel populum subditum, ut maior diuitiarum potestate persequendo pauperem, ut maior fama persequendo peccatores infames, et notorios; ut maior dignitate persequendo infortunatos, & abiectos ad nihilū redactos, ut maior sanctitate persequendo uitiosos, & cæteros peccantes, ut maior ætate per sequendo ætate minores fratres, consanguineos, uel orphanos, uel pupillos, aduenas, & peregrinos. Sic Esau maior ætate fuit persecutus Iacob minorem; sic Ismael persecutus fuit Isaac; & sic Cayn maior fuit persecutus Abel minorem, scilicet usque ad mortem; & hoc propter inuidiam, & nō propter bona corporalia, sed tantum propter spiritualia: quoniam DEVS per nullum signum ostendebat habere gratā suam oblationem de fructibus terræ; sacrificia uero Abel ostendebat habere grata ouium, & agnorum per ignem de cœlo, uel per irradiationem luminis. Qui Cayn figurabat populum Iudæorum persequentē Abel, idest CHRISTVM minorem ætate in persona, & in membris suis, scilicet populum christianum, & propter inuidiam spiritualem. s. usque ad mortem. Vnde Pilatus sciebat, quòd per inuidiam tradidissent eum. s. CHRISTVM summi sacerdotes, & scribæ, & pharisei, & Saducæi clamantes, crucifige, crucifige eum. Septimo dico, quòd Abel figurabat CHRISTVM, quoniam uox sui sanguinis usque ad cœlū extollitur. Si in lege naturæ damnatur comedens san-

Gene. 4. d

Mar. 15. a

Gene. 9. a

guinem. Et si hoc idem prohibetur in lege scripturæ per Moysem, non nominando, nisi sanguinem animalium. Quomodo effundens sanguinem humanum non debet occidi? certè maiori iuditio debet cōdēnari. Sed cum in terra non esset iudex, qui uindicaret sanguinem Abel, sanguis ille uocem clamoris sui extulit ad cœlum scilicet ad DEVM. Vnde inquit Dominus ad Cayn. Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Sed et si comedens, aut bibēs sanguinē animaliū morte, et sui sanguinis effusione punitur, quāto magis puniendus est effundens sanguinem humanum, immo sæueriori iudicio iudicandus est effundens sanguinem fratris sui Abel. Bene igitur dixit Moyses replicando uerbum DEI. Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra: de quo clamore haberem longum facere sermonem, sed de eo satis dixi in opere quæstionum pelegrinarum in tertia parte paßionis. Cum hoc peccatum fuerit maximum, non debuit puniri iudicio humano, scilicet Adæ, uel Euæ: sed quia peccatum fuit profundissimum, ideo iudicium meruit altißimum, & non nisi DEI. Si uero placet audire, dicam plantum Euæ matris Abel. Et quia Abel figura fuit CHRISTI, dicam etiam plantum matris CHRISTI. Sunt autem quinque aggrauantia peccatum Cayn, quæ augent fletum Euæ primæ matris. Primum est status corruptus respectu parentum. Secundum est casus mortis respectu Abel. Tertium est casus mortis respectu Cayn. Quartum est respectu DEI corripientis, & Cayn proterue respondentis. Quintum est figuratus

Deu. 12. c

Gene. 4.

Quinque augent fletum Euæ in morte Abel.

CHRISTVS. Dixi quòd primum augens fletum primæ matris Euæ est status corruptus primorum parentum. Nemo est, qui dubitet, ne Adam primus parens, & Eua prima mater in morte Abel fuerint nimiũ contristati, & non paruum fecerint planctum: & hoc maxime attendentes primo præcepto DEI dicentis. Crescite, & multiplicamini, & replete terram, quæ terra non est replenda per mortem, & sanguinis effusionem, sed per fœcundam generationem. Quomodo ergo replebitur terra fœcunditate, si nati mutuo se interficiunt? Tantus fuit eorum dolor, quòd proposuerũt amplius non generare, timentes ne nascituri iterum se interficiant. Vnde per. xxx. annos Adam non cognouit uxorem suam, quam post trigesimum annum cognouit nouo mandato DEI, teste magistro historiarum. Secundo augebatur eorum tristitia cum lachrymis attendentes ad primum peccatum Adæ, quo perdita fuit prima innocentia, & traductum fuit originale peccatum, principium oĩum aliorũ peccatorum, quorũ fratricidium fuit primum. par. 2. q. 121. arti. 50. Si enim Adam non peccasset, peccatum originale traductum non fuisset, & per consequens alter frater alterũ non interfecisset. Sed sicut Adam peccante peccauit filius, ita Eua peccante fuit causa peccati Adæ, prout ipse se excusando ipsam Euam accusauit. 2. 2. q. 163. ar. 4. Insuper attendentes ad opera efficaciora, quæ fuissent operati liberius ante peccatum, ut par. 1. q. 95. art. 3. Vnde cum non possent aggrauare peccatum filij, nisi etiam aggrauarent peccatum proprium, inde augeba-

Primũ augens fletũ Euæ fuit status corruptus primorũ parentum.

Gen. c. 1. e

tur eorum tristitia tanquam occasio naturaliter in peccato filij: quia tanqnam participantes fuissent causā mortis Abel, & peccati Cayn. Vnde flebant, quia peccauerunt, & magis flebant, quia per Cayn filiū Abel perdiderant: & sic habemus primum aggrauans ex parte parentum. O infelix ego (inquit Eua ad Adam) cur peccasti? cur mihi potius, quàm DEO adhæsisti? cur me uoluisti contristari, & totum genus humanum damnare? Tu enim totum genus humanum pestiferè infecisti, perdidisti pro te, & tuis paradisum delitiarum, perdidisti sanitatem sine dolore, securitatē sine pauore, sacietatē sine labore. Cibus aderat, ne exurires; potus; ne scitires; lignū uitæ, ne senecta te dissolueret; locus sine æstu, sine frigore, sine quacunq; intēperie, pax cum tranquillitate, serenitas sine nebulis, sine pruina, sine caligine, honestas cum pudore, nuditas sine rubore, generatio sine concupiscentiæ ardore; partus sine erumna; educatio sine labore, uita sine infirmitate, sine senectute, sine morte, uirtus sine uitio, facilitas ad bonum sine difficultate, dominium sine potestatis ambitione, obedientia cunctorum animalium, uolucrum, & piscium sine rebellione. Sed heu miser (inquit Adam parens ille primus) cur mulier elata præsumpsisti audire temptatorem? cur nō timuisti serpentem? cur non cognouisti eius caliditatem uersutam? cur adhæsisti suis extortis persuasionibus? comedisti, & me comedere fecisti, seducta fuisti, & me seduxisti. In paradiso poteramus omnia, quæ uolebamus, quia nil uolebamus, nisi quod DEVS uolebat: nunc au-

tem uanitati similes facti sumus, paradisus ille nobis datus erat ad custodiam, non à latrunculis, non à feris, non ab inimicis aufferentibus, sed ut sic custodiremus nos, ne ipsum perderemus, & ut ipsum operaremur, non cum labore, non cum faticatione, non cum anxietate, sed delectabiliter cum suauitate. Super omnia uero aderat uita sine morte, quæ est ultimum terribilium. Ecce *in sudore uultus cibamur: terra spinas, & tribulos ad pœnam germinat: peperisti filios cum dolore, educasti cum labore, perdidisti cum cruore: & sic noster fletus aggrauatur statu corrupto ex parte parentum. s. mei, qui fui pater, & tu* Eua, *quæ fuisti mater. Secundum aggrauans fletum Adæ, & Euæ est casus mortis respectu* Abel. *Quàm magnum fuerit peccatum istorum, declarant leue præceptum, eleuatũ imperiũ, inextimabile supplicium. O' quàm leue præceptum.* Ex *omni ligno* Paradisi *comedetis, de ligno autem scientiæ boni & mali non comedetis.* Ecce *quàm leue præceptum, dum concedit omnia ligna ad uescendum excepto uno prohibito. Sed quàm sit imperium terribile, & maximè maiestatis, indicat* Moyses, *dum inquit,* Dixit *dominus* DEVS *. s. ille, quo nil maius excogitari potest.* In *quacunque hora comederitis, moriemini. Sic est supplicium ineuitabile, quia omnes natos, & nascituros includit, & neminem eximit.* Vnde *sicut omnia pira nata in piro sunt pira, & non poma, sic omnes nati de* Adam *mortali sunt mortales, & omnes oportet mori, quinimmo quàm cito, incipimus uiuere, incipimus etiam mori.* Primus, *qui gustauit mortem,*

Secundũ aggrauãs fletũ Euæ est casus mortis respectu Abel.

Gene. 2. c

Gene. 2. c

fuit Abel. Certe arbitror Adam & Euam uoluisse potius mori, quàm uidere filium morientem, & grauius fuit eis uidere mortuum, quàm morientē. Sed est, quod magis aggrauat, & fletum prouocat, quia non uiderunt mortuum, nec morientem morte naturali, sed morte uiolenta, quoniam mors cum est in facto, esse nō sentitur, nec in paciente causat dolorem, sed bene in parētibus, & amicis causat tristitiam. Cum est in facto fieri, siue per uiam infirmitatis, siue per uiam uiolentiæ, ut suspensionis, detruncationis, combustionis, suffocationis, & adustionis, & uulnerationis, tum sentitur à parente maximus dolor, & ab astantibus. 2. 2.

Gene. 4. b *q. 163. ar. 1. arg. 7. Quòd autē Cayn occiderit fratrē*

Gene. 4. b *suum Abel, scriptura docet. Sed quomodo eum interemerit, non legitur. Potuit enim eum suffocare gulam stringendo. Sed hoc negat scriptura, quæ ponit terrā sanguinē bibisse, et sanguinē clamasse ad cœlū. Potuit eū interficere gladio, eū decapitando, uel iugulando, uel cordi eius gladiū infigendo. Sed nec hoc Moyses dixit,*

Gene. 4. b *īmo potius negat, cū ponit, q; adhuc non erat natus Tubal Cayn, qui fuit primus malleator, & faber. Oportet ergo, quòd Cayn capiens Abel per capillos, uel per auriculas caput percuteret contra montem, uel contra terram, uel contra lapidem, uel quòd lapide percusserit caput suum, & sic fregerit, & uulnerauerit cerebrum, & minutatim sparserit in terram cum sanguine. Vel certè ex arbore traxit truncum, quo fratrem interfecit, ut figura, & figuratum simul in ligni morte quærens, ut sicut CHRISTVS in Abel figurabatur*

batur, sic Abel in ligno occideretur, sic CHRISTVS in ligno erat occidendus. Vnde sicut CHRISTVS fuit flagellatus in toto corpore. sic Abel trunco ligni fuit à fratre in toto corpore percussus, Et tandem quia Abel magnum dolorem patiebatur, et per totum corpus sanguis effluebat, nec tamen moriebatur, Cayn ira, & furore repletus pedibus conculcans corpus fratris cruentatum crudeliter tot ictibus percussit in capite, quòd tandem emisit spiritum, & sic figurat CHRISTVM in capite cruentandum. Quem Adam, & Eua uidẽtes sic mortuum, & tam crudeliter uulneratum, tot guttis lachrymarunm erant perfusi, quot guttæ sanguinis de corpore effluebant. Tertium aggrauans dolorem, & fletum Adæ, & Euæ est respectu peccati Cayn, scilicet mors animæ eius. Vnde licèt haberent magnum dolorem de morte pœnosa filij dilecti, scilicet Abel, attamen credentes aliam uitam, & sperantes in illa uidere filium in statu salutis, et spe gloriæ, ex hac parte mitigabatur ipsorum dolor. Sed quia credebant animam esse nobiliorem corpore, & scientes, quòd mors animæ in infinitum excedit mortem corporis, magis atque magis dolentes de morte animæ Cayn, quàm de morte corporis Abel, amplius, & per amplius flebant, & eorum faciem cum gemitu, & singultibus lachrymis irrigabant. Nec est hoc dubitabile, si ratione calculamus gesta per alios. Audiuistis, & forte legistis, quomodo filius Dauid natus illi de peccato adulterij Bersabeæ diuino iuditio fuit condemnatus ad mortem Natam propheta dicente illi. Filius natus

Tertium aggrauãs fletũ Adæ et Euę fuit peccatum Cayn.

morietur, qui cum ægrotaret, Dauid studuit in cinere, & cilicio, & ieiunio placare DEVM *pro puero. Sed tandem cum non posset mortuo puero surrexit de loco, & sumens cibum regium dixit astantibus, & mirantibus.* 2.Re. 12.e *Ibo ad eum, ipse autem nunquàm reuertetur ad me. Cum autem persecutor patris filius nequam Absalon fuisset mortuus in patris persecutione fleuit fletu irremediabili Dauid dicens. Filij mi Absalon, Absalon filij* 2.Re. 18.g *mi. Quis mihi det, ut moriar pro te filij mi. Fletum fecit magnum propter Absalon, scilicet quia sciebat ipsum mortuum in peccato mortali, & sepultum in inferno. In morte autem nati ex adulterio non fleuit sciens ipsum uiuere cum patribus in Limbo. Cum autem uires naturales, & maximè ratio magis uigeret in cunctis tẽpore Adæ & Euæ, quàm tempore Dauid, quo tempore oportuit* DEVM *dare legem scriptam propter naturalem obtenebratam.* 1.2.q.98.ar.6. *in* R. *Ideo si tempore Dauid, & legis scriptæ tantum lumen habuit Dauid, quòd plus fleuit filium mortuum, & damnatum, quàm filium mortuum, & saluum. Hac ratione debet quilibet concludere, quòd Adam, & Eua maiori plantu, & abundantioribus lachrymis fleuerunt mortem animæ Cayn, quàm mortem corporalem Abel. Accrescebat autem eorum fletus iuxta grauitatem peccati: quod quidem fuit graue in specie sua. Nam fuit inuidia spiritualis, quæ est peccatum in spiritum sanctum.* 2.2.q. 14.art. 2. in R. *Dolebat enim de gratia* DEI *acceptantis munera Abel, & non sua. Ex hac autem inuidia fraternæ gratiæ nascebatur peccatum odij. Ex his*

quibus insurgebat quædam arrogantia, & sublimis præsumptio, qua reputabat se sanctiorem fratre suo. Fuit etiam graue peccatum respectu diuinæ prouisionis neglectæ, quoniam DEVS *uolens impedire, ne malum conceptum in corde cõsumaret in opere, a dextra apparuit illi dicens. Quare iratus es, & cur concidit facies tua? scilicet exterminata. Cum enim uidebat fratrem suum, respiciebat eum oculo toruo, fronte rugata, naso subsannato, aspectu malenconico, dentibus calcatis, corde tremulo, uultu pallido, labijs palpitantibus, uultu ad terram defixo, nec uidere poterat fratrem, nec audire loquentem. Cui dominus medicinalibus uerbis loquens ait. Nonne si bene egeris, recipies scilicet bene, sin autem male, statim in foribus peccatum aderit, scilicet accusans, & pœnam postulans. Si autem dixisset Cayn. Sensus et cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua, ideo si pecco, habeo fomitem peccati in me, unde inclinatus sum ad malum, dum post peccatum paternum, caro concupiscit aduersus spiritum. Eundem diuino, & suaui medicamento perungens inquit. Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis eius. Quoniam uero Abel obstinatus erat, & insanabilis, medicamina nil profuerunt, sed dolosè in agrum ducẽs, eum crudeliter necauit. Sic igitur quanto magis peccatum circonstantijs pluribus grauabatur, tanto maior fletus causabatur propter plures causas tristitiæ una superante alteram, donec consumato peccato præcipitaretur in infernum sine remedio. Quartum aggrauans dolorem, & fletum Adæ, & Euæ fuit respectu* DEI

Gen. 4. a. Gen. 4. b. Gen. 8. d. Gen. 4. b. Quartum aggrauans fletũ Euæ

¶ Dei correctio, & Cayn proterua responsio. corripientis, & Cayn proterue respōdentis. Cum enim, dixisset dominus Cayn. Cayn, Cayn ubi est frater tuus? ipse tacita ueritate coram DEO iudice, & teste nega-
Gen,3, b. uit, quod negare etiam coram humano, & terreno iudice competenti non licet, ut par. 3 .q. 6 .ar. 2 .argu. 1 . Sic respondit domino. Nescio, & addens malum malo, & pessimum uerbum uerbo nequissimo adiecit. Nunquid
Gen,4.b. custos fratris mei ego sum? Cui dominus exasperando dixit. Quid fecisti? At ille obmutuit, quasi tacendo peccatum inconfitens, taciturnitate testificante. Vnde dominus accusatorem reuelans contra homicidam, immo fratricidam iratus ait. Vox sanguinis fratris tui cla-
Gen,4.b. mat ad me de terra, quasi uellet aperte dicere, quot guttas sanguinis effudisti, tot accusatores, & totidem testes contra te insurgunt, clamando, & tuos genitores ad fletum concitando. Non ne satis fuit in latitudine mali fratrem occidisse, quia modo tu, qui peccasti in fratrem, peccas etiā in DEVM? Sed in iudicio conuictus fidelissimo testimonio talem contra te profero sententiam.
Gen,4.b. Maledictus eris super terram, quæ aperuit suum, et suscepit sangninem fratris tui de manu tua. Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos, uagus, et profugus eris super terram. Et sic patet quomodo grauatur fletus Adæ, & Euæ respectu Cayn proterue respondentis, & respectu DEI corripientis. Nam despera-
Gen,4.c. tus inquit, maior est iniquitas mea, quàm ut ueniā mœrear. Quintum aggrauans pœnam, & fletum Adæ
Quintum aggrauans fletū Euæ fuit respe- & Euæ est respectu utriusque fratris affigurantis, scilicet Abel, & Cayn. Abel minor, & posterior ætate pro-

pter inuidiã occisus à fratre maiori significat CHRISTVM occisum à fratre maiori, id est à populo Iudaico. Vbi est notandum, quòd Moyses non minus uidit de mysterio CHRISTI, quàm Adam, & Eua. Quoniam sicut Adam uidit CHRISTVM incarnandum, & ecclesiæ uniendum ad utriusque partis humanitatem fœlicitandam, scilicet animæ, & corporis, sed non uidit filium DEI incarnandum, ut redemptorem: sed Moyses prophetarum eximius uidit in figuris filium DEI incarnandum, & morte redempturum genus humanum. Vnde Abel respectu CHRISTI figurantis significat CHRISTVM quantum ad quinque, primo quantum ad ætatem, quoniam sicut fuerunt duo fratres ex eodem patre, & ex eadem matre Abel, scilicet & Cayn, sic CHRISTVS & populus Iudaicus fuerunt duo fratres ex eodem patre, scilicet DEO, & ex eadem matre, scilicet Synagoga. Primus natus scilicet Cayn figurat populum Iudaicum ætate CHRISTO antiquiorem: Abel autem significat CHRISTVM ætate populo Iudæorum iuniorem. Ecce primum, in quo conueniunt, scilicet ætate diuersa. Secundo quantum ad innocentiam, quia sicut Abel fuit innocens, ita CHRISTVS innocens: & sic Abel innocens significat CHRISTVM innocentem. Sed sicut figuratum semper excellit figuram, & lux solis lucem lunæ, & lux diei lucem noctis, & persona sua excellit umbram suam, & filius regis per imaginem paternam excellit imaginem regis in denario: sic CHRISTVS figuratus in figuris ueteris testamenti excedit omnem

[Margin: Cuiusutriusque.]
[Margin: Abel repræsentat Christum quantum ad quinque.]
[Margin: Primo quo ad ætatem.]
[Margin: Secundo quo ad innocentiã.]

figuram.ut par.3.q.49.artic.3.argu.1.in prin. Ideo tanto maior sanctitas CHRISTI *est,quanto figuratum est maius figura figurante scilicet Abel,& sic habemus secundum, in quo conueniunt & disconueniunt,scilicet* CHRISTVS *& Abel.Tertio quantum ad sacrificium, quia sicut Abel offerebat* DEO *sacrificium ouium,& agnorum,sic* CHRISTVS *obtulit* DEO *patri oues,idest animas per gratiam,& gloriam, & corpora per generalem resurrectionem. Vnde sacrificium est supremum,et sic habemus tertium.*

Tertio quo ad sacrifitium.

Quarto quantum ad mortem,quia sicut Abel occiditur à fratre maiori, ita CHRISTVS *occiditur à populo Iudæorum, qui est frater maior. Sed quanto fuit utilior mors* CHRISTI *totum genus humanum redimentis,sic* CHRISTVS *figuratus excellit mortem Abel figurantis,& sic habemus quartum. Quinto quantum ad sanguinis effusionem. Nam utriusque sanguis fuit effusus super terram,& sanguis Abel significat sanguinem* CHRISTI*, sed sanguis Abel nullius est prætij, ille autem* CHRISTI *est summi ualoris,quia eo redemptum est totum genus humanum:& sic sanguis* CHRISTI *excellit sanguinem Abel.*

Quarto quo ad mortẽ.

Quĩto quo ad sanguinis effusionem.

Tertia figura animata,in qua CHRISTVS DEI *filius certè fuit saluator Israel,* DEVS *absconditus, fuit Seth: de quo habetur Gen.c.5. Vixit Adam centum triginta annis, & genuit filium ad similitudinem, & imaginem suam, uocauitque nomen eius Seth. Et alibi ait. Posuit hoc semen mihi* DEVS *pro Abel, quem occidit Cayn. Cum enim Seth interpretetur se-*

Tertia figura animata, in qua Christus saluator Israel fuit abscõditus, fuit Seth.

Gen.c.5.a.
Gen,4,d.

men ex eo, quòd fuit semen positum pro Cayn, & cum interpretetur germen propter suam fœcunditatem, & cum interpretetur poculum, sic propter tres rationes figurabat CHRISTVM: et sic CHRISTVS DEI, & MARIAE filius uerè fuit in ipso saluator Israel, DEVS absconditus. Et rectißimè iste Seth dicitur semen. Primo seminis uigore. Secundo germinis uirore. Tertio potus cruore. Qui enim nati sunt ex ipso, scilicet Cayn uocati sunt filij hominum, idest uiri peccatores, scilicet idolatræ, imitantes hominem peccati, non quantum ad pœnitentiam, quam egit ipse uetus homo Adam, sed ipsum tantummodo imitantes quãtum ad peccatum: sed qui nascituri erant ex Abel, debebant uocari filij DEI. Cum autem fuisset mortuus Abel, per centum & triginta annos uocauit lineam filiorum DEI: quo tempore finito Adam cognouit uxorem suam, quæ genuit illi Seth, quem DEVS dedit Adæ loco Abel: qui Seth sic fuit semen DEI, quòd eius descendentes uocati fuerunt homines DEI, scilicet usque ad CHRISTVM. Quẽ CHRISTVM Seth figurabat. Vnde CHRISTO passo, eius descendentes non quidem ex utero mulieris, neque ex uirili semine, sed ex utero matris ecclesiæ ex aqua et spiritu sancto nouiter nati, & noua natiuitate uocati sunt filij DEI. Sic enim dedit DEVS potestatem filios DEI fieri his, qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, nec ex uoluntate carnis, nec ex uoluntate uiri, sed ex DEO nati sunt. Qui omnes figurati sunt in filijs DEI sicut CHRISTVS figuratus fuit.

Tribus rationibus fuit abscõditus Christus i Seth.

Prima ratio, cur Christus fuit abscõditus in Seth.

Ioan.1.b.

Secunda ratio, cur Christus fuit abscōditus in Seth.

in Seth, sic absconditi fuerunt in illis filijs. Et sic patet, quomodo CHRISTVS *filius* DEI *fuit absconditus in ipso Seth seminis uigore. Verū quia uigor est uis quædā latēs in semine, et patefit in uirore germinis, ideo uideamus, quomodo* CHRISTVS *latuit non solum in Seth tanquàm in seminis uigore, sed etiam fuit absconditus in filijs ipsius Seth tanquàm in germinis uirore. Nam Christiani uocati filij* DEI *in ipso Seth germine fuerunt absconditi: qui Christiani ita germinauerunt, quòd totam terram repleuerunt. Quinimo sic uirore gratiæ præueniente creuerunt, quòd cœlum replent, non tamen sugentes ubera in lacte mulierum, sed bibentes potum sanguinis, quem sanguinem ad uitam bibunt, sine quo non habent uitam. De quo potu locuturus, prout est cruor, idest prout non est in uenis, & in suis naturalibus celliculis, sed prout est stillicidium stillans super terram ad potum præparatum. Tertio* CHRISTVS DEI *& uirginis* MARIAE *filius fuit uerè* DEVS, *& saluator Israel absconditus in Seth potus cruore. De quo* CHRISTO *abscondito in Seth dicam quatuor. Eius enim cruor fuit potus iustæ maledictionis, & æquissimæ benedictionis. Secundo fuit potus nitidæ ablutionis, & candidæ dealbationis. tertio fuit potus gratæ insignitionis, & indelibilis cōfigurationis. quarto fuit potus sacræ unctionis, & suauissimæ medicationis. Primo dixi, quòd eius sanguis, siue cruor fuit potus iustæ maledictionis, et æquissimæ benedictionis. Circa hoc est attendendum, & qui habet aures audiendi audiat. Considero enim sangui-*

Tertia ratio, cur Christus fuit abscōditus in Seth.

Propter quatuor rationes Christus fuit poculum in Seth.

nem esse benedictum, dum est in uenis, & in concauitatibus, atque celliculis corporis, quoniã in ipso uita conseruatur, quæ in calido, & humido dicitur conseruari, quæ duæ proprietates maximè in sanguine reperiuntur. Vnde propter has dicitur thesaurus uitæ, et sic uita dicitur esse in sanguine tãquàm effectus in causa. Et hoc modo sicut prohibetur occisio, ita prohibetur potus sanguinis à DEO. Cum autem contra præceptũ bibitur, seu etiam effunditur, sic est potus maledictionis, siue corruptionis, & iustæ maledictionis propter præceptum DEI uiolatũ, sicut seruato præcepto est sanguis equißimæ benedictionis. Sanguis autem CHRISTI fuit potus equißimæ benedictionis in corpore CHRISTI proprio, quia affert uitam naturalem, & similiter in suo corpore mystico, quod est ecclesia, et in quolibet fideli sumente tanquàm in suo membro. Vnde inquit per Ioannem. Qui bibit meum sanguinem, habet uitam æternam. Sed si datur quis renuens bibere, uel bibens indignè, idest in peccato, quodcunque fuerit illud, est illi sanguis & cruor iustæ maledictionis ac si sãguinẽ ex corpore CHRISTI effudisset, et cruorem contra præceptũ diuinũ bibisset. par. 3. q. 80. ar. 4. Est ergo dignè sumentibus potus æquißimæ benedictionis, uel negligẽtibus, & indignè sumentibus potus iustißimæ maledictionis. Sed quomodo idẽ habet effectus contrarios, est declarandum. Sicut.n. idem potus uini dulcis sapit dulcis in ore sani, et amarus in ore febricitãtis; sic idẽ sanguis CHRISTI proficit iusto, cui est potus æquißimæ benedictionis, & nocet impio, cui

Gen. 9.

Ioan. 6. f.

Dubium.

est potus iustissimæ maledictionis. Exemplum habemus

Exod.7.d *Cum enim Pharao & populus Aegypti tenerent populum* DEI *in seruitute, nec ad præceptum* DEI *coeli uellent populum dimittere, Aaron extendit uirgam Moysi super aquas Aegypti, & omnes aquæ sunt conuersæ in sanguinem tam fluuium, quàm torrentium, lacunarum, puteorum, cisternarum, uasorum, & ubicunque Aegyptij effodiebant, loco aquæ surgebat sanguis, idest cruor, & insignum, quod non erant aquæ coloratæ, sed uerus sanguis habens proprietates sanguinis, omnes pisces aquarum mortui sunt, & putruerunt. Interea autem ubi habitabat populus* DEI, *& ubicunq; fodessent filij Israel, fluebant aquæ cū omnibus proprietatibus suis. Vnde flumina fluebāt aquā Hæbreis ad potum, et sanguinē Aegyptijs. Sic ergo idē potus sanguinis* CHRISTI *est iustis potus æquissimæ benedictionis, & iniustis est potus iustissimæ maledictionis. Et sic patet prima ratio, quare* CHRISTVS *figuratus fuit in Seth, qui interpretatus est poculum.*

Secunda ratio, cur Christus fuit poculū ī Seth. *Secundo dico; quòd* CHRISTVS DEI *&* MARIAE *filius fuit in Seth figuratus, & quantum ad sanguinem fuit in ipso absconditus, quoniam est in eius cruore poculum nitidissimæ lotionis, & candidissimæ ablutionis. Cum lauacrum, & poculum inter se non comparentur, nisi fortè comparatione disperata, quia bibere, & lauare inter se non habent similitudinem, & similiter poculum, & lauacrum.*

Dubium. *Quomodo igitur dictum est, quòd sanguis, siue cruor* CHRISTI *sit poculum nitidissimæ lotionis? Nam cū*

sanguis habeat potius tingere, & maculare, quàm laua re, quomodo dicitur, quòd sanguis CHRISTI *sit causa nitidissimæ ablutionis, et nitidæ lotionis?* Ad isto*rum dubiorum declarationem est notandum, quòd aqua assumitur in baptismo ad usum ablutionis corporalis, per quam significatur interior ablutio spiritualis, siue per modũ aspersionis fiat, siue per modũ effusionis, siue per modũ immersionis, unde baptismus lauacrum nominatur. par. 3. q. 66. ar. 3. in prin.* R. *cũ arg. 1.* Hanc *autem nititudinem mondificandi animam habet baptismus à* DEO *tanquã à causa principali, & à* CHRISTO *tanquàm à causa instrumentali, idest tanquàm ab instrumento diuinitati coniuncto.* Vnde ex latere CHRISTI *dormientis fluxerunt sacramenta, per quæ fundata est ecclesia. ea. par. q. 62. ar. 5. in* R. *Vnde habemus, quòd lotio fit in baptismo tanquàm in instrumento inanimato, & disiuncto.* In *sanguine autem* CHRISTI, *idest à* CHRISTO *tanquam in instrumento coniuncto, quod dat uirtutem sacramẽto, sicut homo per brachium instrumentum cõiunctum dat uirtutem, & motum baculo, uel securi, uel dolabræ, & sicut principalius instrumentum fuit sanguis, quàm aqua, ita principaliter dicimus lauari in sãguine, quàm in aqua.* Lauat igitur aqua *corpus, lauat & ipse* DEVS *animam tanquàm causa efficiens, lauat & ipse* CHRISTVS *per suam passionem, & sanguinis effusionem tanquàm instrumentum deitatis.* Et *sic habemus, quomodo sanguis* CHRISTI *est lauacrum nitidissimæ lotionis, & cãdidissimæ ablutionis.*

Cui ablutioni, cui nititidati, cui candori non possumus assimilare candorem cuiuscunque albedinis, cuiuscunque luminis, cum per hoc lauacrũ sanguinis CHRISTI *anima lauetur ab omni macula culpæ originalis, mortalis, & uenialis, etiam ab omni pœna, ita ut sit anima præparata ad introitum cœlestis paradisi, si tunc seperatur à suo corpore, ea. par. q. 69. ar. 1. & 2.* Declarato *igitur quomodo in baptismo simul conueniunt sanguis, & lauacrum; sanguis & nititidas; sanguis, & candor, sanguis & ablutio: restat declarare, quomodo simul conueniunt poculum, idest potus & lauacrum. Quis enim uult bibere in lauacro, in quo lauantur immunditiæ, uel maculæ, aliaq; abominabilia? certe nemo, nec ego.* Quomodo *igitur comparantur ad inuicẽ lauacrum & poculum.* Audite *& declarabo.* Baptismus *est primum sacramentum, & ianua omnium sacramentorum.* Ad *quod baptismum quicunque accedit, suscipit hoc sacramentum explicitè, & sacramentum corporis & sanguinis* CHRISTI *implicitè, idest uoto, & desiderio, si sit adultus.* Si *autem est infans, ecclesia, quæ concedit illi suos pedes; quibus uadit ad ecclesiam; quæ concedit sua brachia, quibus portatur, quæ concedit os, & linguam, quibus fidem confitetur, concedit etiam uoluntatem, qua paruulus suscipit sacramentum in uoto.* Vnde *sanguis* CHRISTI *simul est lauacrum, & poculũ ead. par. q. 73. ar. 3.* Sed *est, qui dicat, da exemplum, ut clarius intelligamus.* Ad *id declarandum dico, quòd mirabile est sanguinem bibere, & in sanguine lauari, scilicet in his duobus sacra-*

mentis. Qui autem dedit hanc potestatem hominibus, dedit, quod est maius, scilicet conuertere aquas in sanguinem, ut Enoch, *&* Heliæ *promittitur. Inquit enim* Ioannes *in uisione prophtica. Habent potestatem conuertendi aquas in sanguinem. & alibi ait.* Et *secundus angelus effudit phialam in mare, & factus est sanguis.* Nulli *igitur mirum, si sanguis in potum, cum aquæ, & mare scribantur in sanguinem conuersæ.* Vt *autem clarius adhuc loquar, adducam in medium sanctos, qui sanguinem biberunt, & in lauacro sanguinis opera maculata uitam, & conuersationem lauerunt. Ait enim eis* Ioannes. *Qui sunt isti, qui amicti sunt stolis albis? & responsum fuit* Ioanni. Hi *sunt, qui uenerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni, idest* CHRISTI. *Habemus quomodo sanguis* CHRISTI *est lauacrū nitiditatis, & candidißimæ ablutionis, estque poculum, & sic tandem fuit in Seth absconditus, dum per ipsum fuit figuratus semen, germen, atque poculum, siue potus.* Tertio *dico, quòd* CHRISTVS DEI *&* MARIAE *filius fuit in Seth absconditus, dum per ipsum fuit figuratus per poculum gratæ insignitionis, & indelebilis configurationis. Circa hanc particulā est notandū, quòd sæpe sacra scriptura in suis locutionibus utitur cōtento pro cōtinente, & continēte pro contento, ut in oratione domini.* Nanque *dixit. Si poßibile est, transfer calicē hunc à me: & alibi. Hic est calix meus.* Et *Petro ait. Calicem, quem dedit mihi pater, nō uis, ut bibam illum.* Et *Iacobo, &* Ioanni *inquit. Calicē*

Apoc. 2. b
Apo. 16. a
Apo. 7. d
Tertia rō cur Christus fuit poculum in Seth.
Mar. 14. e
Ioan. 18. b

meum bibetis. Sic ad propositum etiam in ueteri testamento quandoque accipitur cōtinens pro contento, iuxta illud. Quia cinerem tanquàm panem manducabā,
Psa.101.b & poculum meum cum fletu miscebam, idest potum, qui continetur in poculo, uel ciatho, uel patera. Nunc autem capio poculum pro uase continente potum, idest sanguinem CHRISTI. Corpus igitur CHRISTI est uas, in quo continetur sanguis, de quo ipse inquit. Sanguis meus uere est potus, hoc autem poculum
Ioā.c.6.t fuit insignitum grata insignitione bina uice. Primo cum fuit flagellatus ad columnam, ubi cutis & caro per ictus, & flagellorum uerbera à planta pedum usque ad uerticem tota erat plena uulneribus sanguinē emanantibus. Quem Ioannes sic undique uidit cruentatum, et talibus signis insignitū, quando ait de CHRISTO.
Apo.19.c. Et uestitus erat ueste aspersa sanguine, & uocabatur nomen eius uerbum DEI. Sed est, qui dicat, quomodo uestis uerbi DEI, uerbi incarnati, idest cutis & caro CHRISTI fuit sic tota uulneribus plena, ita ut dicatur aspersa sanguine, cum illi, qui flagellabantur, ut apostoli, ut Paulus non susciperent de quadraginta uerberibus, nisi triginta nouem? Respondens dico, uerum esse. s. quando à Iudæis, & inter Iudæos flagellabantur. Sed CHRISTVS non fuit flagellatus à Iudæis, neque inter Iudæos, quia hoc non petebant, sed mortem. Non enim clamauerunt dicentes, flagelletur, sed dicebant, crucifigatur: nec dixerunt Pilato flagella eū, flagella: sed dicebant clamādo. Crucifige crucifige eum. Pilatus autē uolens CHRI-

STVM dimittere liberum, & putans satisfacere eorum caninis, & rapidis clamoribus fecit eum per totum corpus flagellari. Vnde bene ipsum uidit Ioannes sic uulneribus insignitum, cum ait. Et uestitus erat ueste aspersa sanguine. Cum autē nec sic fuissent saciati Iudæi, Pylatus CHRISTVM condemnauit ad mortem crucis, & fuit secundum poculum insignitum cruce plagarum. Vnde agnum, quem obtulerunt in sacrificium in Aegypto; agnum, quem comederunt de nocte, agnum, cuius sanguine fuerunt insignitæ domus Hæbreorum quantū ad superliminaria, et quātū ad utrãque postem, ex cuius insignitione, et indelebili cōfiguratione fuerunt liberati à seruitute. Ipsum agnū CHRISTVM, ipsum poculum, idest cysum, uel cyathū plenum potu sanguinis sic, ut uestimentum diuinitatis uulnerauerunt, quòd totus aspersus sanguine dicitur poculum gratæ insignitionis, & indelebilis configurationis, dum in Seth interpretato poculum fuit tertio figuratus. Quarto dico, quòd CHRISTVS DEI, et MARIAE filius fuit in Seth absconditus, dum per eum fuit figuratus, dum fuit poculum, uel potus sacræ cruentationis, & suauissimæ degustationis. Vbi est notandum, quòd sicut magna differentia est inter cœleste regnum, & terrenum, inter spirituale, & corporale: ita differentia est inter poculum CHRISTI, & poculum dæmonis: inter poculum ecclesiæ, & poculum meretricis. s. Synagogæ, Gentilitatis, hæresis, apostasiæ, prosperitatis mundi, & uanæ famæ. Quæ omnia significantur per illam mulierem meretricem, quam uidit

Exo. 12. b

Quarta rō cur Christus fuit poculum in Seth.

Apo. 17. a

Ioannes, & erat circundata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide prætioso, & margaritis, habens poculum aurum in manu sua plenum immunditia, & abhominatione fornicationis suæ. Et *in fronte eius nomen scriptum, mysterium,* Babylon *magna, mater fornicationum, & abhominationum terræ: & uidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum* IESV. Ad *litteram quælibet supradictarum est meretrix, quoniam synagoga fornicata est cum scribis,* Phariseis, Seducæis, Sacerdotibus, *& principibus, & suum sponsum* CHRISTVM *dereliquit ut falsam doctrinam, & uanas traditiones.* Gen*tilitas est meretrix adorans idola, & falsos* Deos, *derelicto uero sponso* IESV CHRISTO. H*æresis est meretrix, quæ semel coniuncta fuit* CHRISTO, *demum ab ipso receßit falsis doctrinis decepta.* A*postasia est meretrix, quia cõiuncta* CHRISTO, *in quem consensit, ipsum cum* Petro *negauit* M*ondana prosperitas est meretrix, quia suos amatores & filios* D*æmoni parit, & nutrit.* F*ama huius sæculi est meretrix, quia laudat uitiosos, & uituperat uirtuosos.* Q*uælibet autem istarum tenet poculum in manu, quo bibit, & inebriatur sanguine sanctorum, & martyrum.* Ecclesia *uero* CHRISTI, *& sponsa fidelis est illa mulier, quã uidit* Ioannes. Q*uæ erat amicta sole, & luna sub pedibus eius coronam. xij. stellarum habens in capite suo.* H*æc præsentat poculum. i. corpus* CHRISTI *uerum, plenum non uino habente proprietates uini.* V*nde* CHRISTVS *est* plenum

Apoc. 12. a

plenum poculum, non aureum, sed carneum. Vt autem sciamus perfectiones huius sanguinis sub comparatione uini, dicam proprietates uini, & aptabo ad propositum sanguinis CHRISTI. Sunt autem proprietates uini. 16. Primo per quàm citißimè succurrit: cibi uires gerit: bene nutrit, & impinguat. Cum enim natura in aliquo debilitatur, quanuis per multa poßit iuuari, attamen per uinum optimum facilius, & celerius succurritur. Si uero uinum sit optimum, ut Tyrum, tunc est cibus, & potus, & sic supplet uices cibi. Moderatè autem assumptum benè nutrit, & si cum pane delicato sumatur, impinguat. Sic poculum sanctæ matris ecclesiæ talem potum sanguinis offert suis filijs; quòd nemo desperat. Quis enim est tam demens, qui desperet diuinam uisionem cum fruitione credens filij DEI incarnationem? Non enim alia de causa uenit DEVS ad hominem, nisi, ut homo ascendat ad DEVM, & quiescat in eo, Deoq; fruatur. Et quis desperet ad uirtutem conscendere tot adminiculis fultus? Poculum enim CHRISTI plenum suo sanguine, cuius una gutta maior est occeano, citißimè succurrit, & sua uirtute fit homo uigorosus, uincens omnem concupiscentiam, quæ uirtutem debilitet, datq; animi magnitudinem resistendi Dyabolo ita, ut dicat Ambrosius. Quasi leones flammam spirantes ab illa mensa, discedimus terribiles effecti Dyabolo. Si enim in ueteri lege animabantur elefantes uidendo similitudinem sanguinis, idest succum morum, multo amplius debet homo animari ad profitum uirtutum, non solum uidendo sanguinis similitudinem, sed in-

Proprietates vini quatuor.

tuendo uerum ſanguinem, qui homini non ſolum porrigitur ad intuitum, ſed, quod maius eſt, & præponitur ad potum. Quis igitur deſperat culparum remiſsionem? Quis alienatus à ratione, qui non ſperat etiam pœnarum relaxationem.xxx.denariorum? Fuit enim præcium ſanguinis CHRISTI, *qui non capit extimationem, quoniam eſt præcium ſine præcio, quo rediმuntur cuncti. Ergo hoc ſanguinis poculum ex manibus ſanctæ matris eccleſiæ ſitiamus, & ſiciendo auidiſsimè bibamus, quoniam celerrimè ſuccurrit nobis. Sicut autem uinum optimum ſupplet uices cibi, ex eo, quòd eſt cibus & potus: ſic iſte ſanguis poculi* CHRISTI, *quoniam non ſolum ſupplet uices cibi, ſed nemini datur ſine cibo. Bibe igitur, & manducaſti. Nam non datur ſanguis carnis uiuæ ſine carne: nec caro uiua ſine ſanguine. Sicut ergo non datur corpus* CHRISTI *uiuum ſine ſuo ſanguine, ſic non datur ſanguis uiuentis* CHRISTI *ſine corpore. Manduca igitur, & bibiſti, bibe & manducaſti. Quid autem bibiſti, certè ſanguinem* CHRISTI *potum, & cibum, & præcium redemptionis, et nutrimentum uigoroſum. Reſtaurat enim quod deperditum eſt, & auget, quod nutritum eſt, dum per ipſum ſanguinem perficitur gratia, multiplicantur dona, uirtutes accreſcunt, merita firmantur, præmia præſtolantur. Interim autem anima humana deuotione impinguatur à* DEO, *qui cibat nos pane lachrymarum, & nobis dat potum lachrymarum in menſa. Audiuiſtis quatuor proprietates, et effectus præcioſiſsimis ſanguinis, & poculi domini noſtri* IESV

CHRISTI, *quomodo scilicet citissime succurrit, quomodo uices cibi gerit, quomodo bene nutrit, quomodo impinguat.* Audite modo alias quatuor. *Vinum enim spiritus uitales multiplicat, corda lætificat, mentem inebriat, hominem exteriorem soporat. Vinum primo propter sui fumositatem generat magnam abundantiam spirituum: quod cum eleuetur à corde ad cerebrum, & inde diffundatur per uenas, per musculos, & artarias, facit magnam uirtutis dilatationem, & inde causatur naturaliter lætitia. Vnde inquit Dauid. Vinum lætificat cor hominis, sed etiam in tantum generat fumositates, quòd propter eius potentiam homo inebriatur. Cuius inebriationis est unus communis effectus scilicet somnus. Sic in proposito, cum sancta mater ecclesia porrigat suis filijs poculum idest corpus* CHRISTI *plenum uino, idest sanguine non mero, sed mixto iuxta illud* Psal. *Calix in manu domini uini meri plenus muxto scilicet aqua: ut sicut de latere in cruce pendentis exiuit sanguis & aqua: sic in poculo est sacramentaliter sanguis & aqua. Cum autem in hoc poculo bibitur sanguis, multiplicantur spiritus, idest dona septem spiritus sancti.* Quæ *dona dicuntur spiritus uitales, quia dãtur ad uitam animæ.* Hi *autem spiritus præcipuè fuerunt in* IESV CHRISTO *iuxta illud.* Repleuit *eum spiritus timoris domini.* Oportuit *autem habere horum spirituum multiplicationem, quòd sufficeret pro omnibus iuxta illud* Ioannis. De *plenitudine eius omnes accepimus:* Hoc *autem pulchrè ostensum fuit per* Ioan. *quando dixit.* Et *uidi agnum stantem tanquam occisum*

Vini proprietates aliæ quatuor.

Psa.103.b.

Psal.74.b

Ioan.19.f.

Isai.11.a.

Ioan.1.c.

Apoc.5.b.

habentem oculos septem. Qui sunt septem spiritus missi in omnem terram. Sed quis & qualis est iste agnus? certe ipse est CHRISTVS, qui uerè dicitur agnus: innocens in uita, patiens in morte, mansuetus in gestu, utilis in fructu. Nam carnem dat in cibum, sanguinem in potum, pellem pro uestitu in hyeme conuersationis peccatorum: lanam pro uestitu æstatis conuersationis iustorum. Ecce quis et qualis sit agnus, qui est CHRISTVS. Sed quid agit iste agnus immaculatus, iste agnus anniculus, iste agnus imolatus, iste agnus in passione mutus factus; quid agat, audite. Inquit enim Ioannes, quòd stabat quasi occisus, non ergo adhuc uerè occisus, ergo adhuc cum Iudæis expectatur uerè occidendus? Minime, quoniam uerè passus est, uerè occisus est; uere eius sanguis effusus est; uerè mortuus est; & uerè iuxta figuram sacrificatus est. Sed cur dicitur à Ioanne. Vidi agnum stantẽ quasi occisum: & non dicitur. Vidi agnum stantem occisum? Audite. Terminus enim quasi & tanquam, est expreßiuum imperfectionis. Vnde qualis, talis est, qui nondum perfectè talis est: & sic iste terminus quasi exprimit imperfectionem similitudinis. Sed isto modo non est locutus Ioannes, cum ait. Vidi agnum stantem quasi occisum, idest non perfectè occisum. Sed iuxta ueritatem, & intellectum Ioannis iste terminus quasi, uel tanquàm est expreßiuum ueritatis, iuxta illud Ioannis. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre plenum gratiæ, & ueritatis. Etiam iste terminus tanquàm, uel quasi est expreßiuum similitudinis bipartitæ, scilicet mortis & ui-

Apoc.5.b.

Cur Ioannes ĩ Apocali. dixit. Agnũ quasi occisũ.

Terminus quasi multipliciter sumitur.

Ioan.1.b.

tæ: Vnde sic dicitur, CHRISTVS non simpliciter occisus, sed secundum quid. Nam fuit occisus secundum corpus, & non secundum animam, contra errorem gentilium dicentium animam mortalem cum corpore, & quòd mortuo corpore, nihil de homine remanet uiuum, nisi fama. Vt autem intelligatur CHRISTVM mortuum quantum ad corpus, & non quantum ad animam, cautè fuit locutus non dicendo, uidi agnum stantem occisum, sed ait stantem quasi occisum. Est etiam hic terminus quasi expreßiuum bipartitæ similitudinis, scilicet diuinitatis, & humanitatis. Vt igitur intelligatur mortuus non quantum ad diuinitatem, sed tantummodo quo ad humanitatem, non dixit simpliciter: uidi agnum, idest CHRISTVM stantem occisum, sed adiecit quasi occisum, idest secundum humanitatem, & non secundum diuinitatem. Si enim uoluisset Ioan. dicere CHRISTVM uerè, & simpliciter mortuum, non dixisset uidi agnum stantem quasi occisum, sed dixißet uidi agnum occisum, quoniam animal quodcunque simpliciter mortuum, & totaliter quo ad omnes partes non dicitur stare. Vt autem exprimeret Ioannes, quòd secundum quid CHRISTVS agnus erat uerè mortuus, scilicet quantum ad humanitatem, et quòd secundum quid ipse erat uerè uiuus dixit; uidi agnum stantem quasi occisum. Et quoniam CHRISTVS uerè mortuus non diù stetit in cruce, nec in sepulchro mortuus, prout putabant Iudæi. Sed quia complectis quadraginta horis iuxta figuram propheticam Ionæ, qui tot horis stetit in uentre ceti, & in profundo Mat. 12.

maris, sic (sicut cantat ecclesia in symbolo fidei) resurrexit tertia die secundum scripturas; & propterea non dicitur simpliciter, sed secundum quid mortuus. Vnde Ioannes, *qui uidit ipsum morientem, & qui uidit ipsum mortuum, dum ex latere uulnerato uidit exire sanguinem & aquam; & ipse, qui uidit eum surrexisse, quia secum comedit, & bibit, uolens exprimere mortem corporis, et nõ animæ, mortem humanitatis, & non diuinitatis, mortem breuem paßionis, & uitam longam resurrectionis non dixit.* Vidi *agnum occisum, sed ait, uidi agnum, idest* CHRISTVM *stantem scilicet in unione diuinitatis, & humanitatis quasi occisum. et subditur.* Et *habentem oculos septem, qui sunt septem spiritus missi in omnem terram.* Ecce *habemus, qui sunt 7. oculi in agno, scilicet dona spiritus sancti missa in omnem terram, idest diffusa per totam ecclesiam, sicut ecclesia dilatata est per totum orbem, & prædicatum*
Psal. 18. a. *est euangelium* CHRISTI, *iuxta illud psalm.* In *omnem terram exiuit sonus eorum, scilicet apostolorum, & in fines orbis terræ uerba eorum.* Vnde *quẽadmodum multiplicatio spiritum uitalium exurgentium à uino dilatatur per totum corpus, sic totum corpus mysticum, idest ecclesia gustato potu sanguinis* CHRISTI *stantis sicut agni occisi repletur donis spiritus sancti, qui sunt. 7. oculi agni, idest. 7. spiritus missi in omnem terram ad regimen ecclesiæ.* Habemus *ergo, quòd sicut in populo bibitur uinum, sic in corpore* CHRISTI *bibitur uinum sanguinis.* Quod *uinum sicut bibitum multiplicat spiritus uitales, sic san-*

guis CHRISTI bibitus sacramentaliter, uel spiritualiter] multiplicat spiritus, idest dona spiritus sancti. Sed quid sequitur? certè quòd uino bibito, & multiplicatis spiritibus uitalibus sequitur lætitia, quia uinum lætificat cor hominis. Sic etiam in toto corpore CHRISTI mystico multiplicatis donis spiritus sancti sequitur spiritualis lætitia. Si enim.xij.sunt fructus spiritus sancti, quibus ecclesia in ortulo suo fructificat àttestante Apost. ita post primum fructum, qui est charitas, datur secundus, qui est gaudium. Si enim infans lætatur ad ubera materna; si gaudet mercator uiso lucro suæ mercimoniæ; si latrones capta præda, quando diuidunt spolia; mater in partu nato masculo: multo magis debet lætari ecclesia suscepto spiritu sancto, & quælibet anima, quæ sanguine CHRISTI sumpto sentit in se gratiam, dona, uirtutes, & spirituales delectationes multiplicari, quas delectationes nemo nouit, nisi qui accipit. Vnde inquit dominus per Ioan. Vincenti dabo manna absconditum, quòd nemo nouit, nisi qui accipit. Cum enim ecclesia, et quælibet anima sumit poculum CHRISTI, idest eius corpus, & sanguinem bibit, in tantum multiplicantur spiritus, idest dona: in tantum augetur gaudium; in tantum hylarescit lætitia, in tantum dilatatur uirtus, quòd CHRISTI potu inebriatur iuxta illud canticorum: Bibite, & inebriamini carissimi. Et Dauid in psal. Calix meus inebrians quàm præclarus est. Vbi Ambrosius. Præclara quippe ebrietas est, quæ sobrietatem mentis operatur. Istis sic spiritualiter inebriatis non expedit dicere illud Pauli. Nolite ine-

Psal.103.b
Gal.2.e.
Apoc.2.e.
Can.5.a.
Psal.22.a.
Ambrosi auctoritas.
Ephe.5.c.

briari uino, in quo est luxuria. Quoniam sic sanguinem CHRISTI ad altare bibentes non sunt uocati ad tabernam communem omnibus, nec sunt introducti in cellam uinariam communem omnibus de familia. Et
Cant. 2.a. inquit anima. Introduxit me rex in cellam uinariam, idest campetum cellatum multis, & manifestum paucis. Dicitur enim cella à cello, as, quod est abscondo. Nam in cellario stant uina solenniora, ut Maluaticum, ut Tyrum, ut Terbianum, ut Romania, in cella uinaria, & in taberna omnes communiter bibunt, quia ibi sunt uina communia, idest gratiæ gratis datæ, quæ sunt communes iustis, & peccatoribus. Quoniam ad utilitatem ecclesiæ omnes possunt sapientiam, & scientiam communicare; sermones interpretari, loqui uarijs linguis, prophetizare, cum etiam Baalam dæmonum in-
Num. 23. & 24. cantator multa de CHRISTO prophetizauerit: Hi, qui utuntur gratijs gratis datis existentes in peccatis malè inebriantur, scilicet mundana gloria, diuitiarum cupiditate, mondano fauore, gula, luxuria, ira, inuidia, & odio, cum Caypha, qui prophetizauit nesciens
Ioan. 11. quid diceret. Fideles autem & deuoti informati charitate, contriti, & confeßi introducuntur à CHRISTO in cellam uinariam, idest in gratiam gratum facientem, & deuotè bibentes sanguinem CHRISTI, sobriè inebriantur, & sic inebriati soporantur. Vinum solemne, & multæ uirtutis non solum inebriat, sed etiam dormire facit: sic sanguis CHRISTI, quos amore inebriat, etiam spiritualiter soporat. Vnde potest sic soporatus dicere. Ego dormio, &

cor meum uigilat. O quàm bene soporatus erat Adam in terrestri paradiso, quando corpore dormiebat, & corde eleuatus in DEVM *à* DEO *naturas rerum addiscebat; imponebatq; singulis speciebus nomina. Sed quàm bene soporatus erat* Moyses *corpore quadraginta diebus, & quadraginta noctibus nullum cibum sumens corporaliter, mente contemplabatur* DEVM. *Item* Paulus *quàm bene contemplabatur mente, quoniam nesciens an in corpore, an extra corpus esset, usque ad tertium cœlum eleuatus est, ubi uidit* DEVM, *& audiuit archana* DEI, *Ecce igitur habemus, quòd sicut uinum spiritus uitales multiplicat, & sicut cor hominis lætificat, summopereq; inebriat, & inebriatum soporat: sic sanguis* CHRISTI *sumptus multiplicat spiritus, gratiam septiformem lætificat, animam ipsam inebriat, & sobriam facit, inebriatam quoque soporat, facitque diuinas uisiones uolitare. Est tamen notabiliter considerandum, quòd cum uinum lætificat cor hominis, ex alia parte homo uino inebriatus prorumpit in lachrymas, in fletum, in planctum, & in singultum: & hæc ad oculum uidemus quotidie; cuius naturalem rationem pro nunc silentio pertranseo, quoniam experientia est in præsentiarũ nobis pro ratione. Venio ad propositum, & dico, quòd poculum sanguinis* CHRISTI *corpus suum sanguine cruentatum fidelibus ad bibendum præsentatum post læticiam inducit fletum, & lachrymarum distillationem, non tamen uniformiter, sed difformiter iuxta causarum, & effectuum difformitatem; quomã*

Gen.2.g.
Deu.9.b.
2.cor.12.a.

quidam plus, quidam minus, quidam amarè, quidam dulciter, quidam sæpe, quidam semper, quidam deuotè, quidam asprè, quidam cum silentio, quidam cum clamore, quidam utiliter, quidam damnosè plorant. Sed nemo fleuit Magdalena uberius; nemo Petro amarius; nemo Dauid diutius; nemo Paulò deuotius; nemo Moyse altius, nemo CHRISTO utilius. Primo quidam lachrymantur abundanter, ut Maria Magdalena ad pedes CHRISTI, qua nemo lachrymatus est uberius, cū suis enim lachrymis lauauit pedes CHRISTO. Ab illo nanque corde gustato CHRISTI sanguine, fons lachrymarum emanabat, qui diuisus in duos riuolos per gemmatos oculos effluentes distillabat per genas Mariæ Magdalenæ, quæ manibus illas recolligens, manibus ad pedes CHRISTI porrigens, ipsos pedes non solum irrigabat, sed etiam lauabat, & ut ebra CHRISTI sanguine ponebat os, & labia ad pedes CHRISTI, & eos osculabatur, & ipsa manibus stringens pedes continuabat lachrymas, quæ destillabat super pedes CHRISTI, & super manus ipsius MARIAE. Quasi diceret. In istis pedibus latet sanguis charitatis; sanguis meæ redemptionis, sanguis meæ remissionis. Multa commisi scelera, multas indigeo effondere lachymas, ut tu CHRISTE poculum sacri potus me non dimittas à tuis pedibus sitibundam recedere. Cui CHRISTVS remittuntur tibi peccata tua, uade in pace. Audiuistis MARIAM flentem, & qua nemo uberius. Audite obsecro secundum ebriosum

Nemo uberius lachrymatus est Maria Magdalena. Luc. 7. f

Luc. 7. g Nemo Petro fleuit amarius.

sanguinis CHRISTI *Petrum flentem, quo nemo fleuit amarius. Quoniam dulcia sunt amica naturæ, & amara quantum ad nutrimentum, & gustum sunt naturæ inimica, uideamus quàm medicinalia sint ad exprimendam uirtutem lachrymarum Petri, & causam sui fletus, ideſt diſplicentiam sui peccati.* Dicitur enim *quòd ipse fleuit amarè cum magna diſplicentia. Hanc autem amaritudinem & causam cum effectu poterimus percipere, si sui fletus debitas circunſtantias implicitas explicauerimus. Circa Petri negationē cōsidero. Primo quis negauit. Secundo qualis ille, qui negauit. Tertiò quantus ille, qui negauit. Quarto quē negauit. Quintò quare negauit. Sexto quibus negauit. Septimo quo loco negauit. Octauò quoties negauit. Nono qualiter negauit. Quis sit ille, qui negauit, certum est, quòd fuit Petrus, Petrus inquam, qui præ cæteris diligebat* CHRISTVM, *Petrus, cui ter* CHRISTVS *dixerat, Symō Iona diligis me: Petrus quippe, cui ter dixit* CHRISTVS. *Pasce oues meas, pasce agnos meos. Secundò hic est ille Petrus, talis, qualis nemo est ei similis, quoniam ex ore eius exiuit petra, super qua fundata est* CHRISTI *ecclesia. Tertio quantus sit negans, attendite. Est enim cœli primus clauiger, cui in persona omnium discipulorum datæ fuerunt claues regni cœlorum cum actoritate aperiendi, & claudendi. Quarto quem negauit? Negauit quidem* CHRISTVM, *negauit magistrum, negauit* DEVM, *negauit notum, negauit amatum, negauit* CHRISTVM, *qui pauloante dixerat illi. Ego pro te rogaui, ut non*

Matt. 26. in fi.

Nouē circa Petri negationē fuit consideranda.

Ioan. 21. d

Mat. 16. c
Mat. 16. a

Luc. 22. d

Luc.22.d deficiat fides tua, negauit repetitorem suæ scholæ, reformatorem suarum lectionum. Dixerat de propinquo. Et tu aliquando conuersus cõfirma fratres tuos. Quin-
Mat.26.g to quare negauit? Et quidem negauit propter uocem unius mulierculæ, scilicet ancillæ hostiariæ, & propter uocem alterius ancillæ narrantis & affirmantis ipsum esse de CHRISTI discipulis, negauit quoque propter seruum pontificis cognatum eius, cui ipse Petrus absciderat auriculam. Quid fecisset Petrus, si Herodes dixisset uerba serui; uerba ancillarum? Quid si uxor Pilati? Certe si fuit inconstans ad uocem serui, & ancillarum, fuisset inconstantior ad uocem dominorũ. Et si fuit timidus & tremens ad uocem ancillæ, non fuisset tutus, nec uacuus metu ad uocem dominæ. Sexto quibus negauit? certè nulli competenti iudici, nulli accusanti, nulli testificanti, nulli examinanti. Quid fecisset, si cum magistro captus, & ligatus, ac ad conciliũ tractatus fuisset? certe quem in loco priuato, & personis priuatis, atque uilibus negauit, idem in publico, & personis publicis non fuisset confessus; sed ipsum non solum negasset, immo eius fidem, & doctrinam abnegasset. Septimo in quo loco negauit? In domo Annæ; in domo Cayphæ nõ cum uoce submissa, sed alta omnibus audiẽtibus, qui erant ad prunas. Octauo quoties negauit? Ter secundum q, CHRISTVS prophetizãdo di-
Mat.26.d xerat. Antequàm gallus bis uocem dederit, ter me ne-
Mat.26.g gabis. Nono qualiter negauit? Negationem affirmando iuramento: periurus factus, mendax, imprecando DEI maledictionem. O miser & false, ò miser &

mendax. O miser & periure. Dixisti CHRISTO. Tu es CHRISTVS filius DEI uiui, qui in hunc mũdum uenisti. Et hoc non à te, nec ab homine reuelante, sed à cœlesti patre, qui tibi reuelauit, & nunc negando dicis, Non noui hominem. Ecce habetis nouem causas fletus Petri, propter quas nouem gradibus amaritudinis eius fletus debuit amaricari. Unde cum dominus eum respexisset, exiuit foras, & fleuit fletu, quo nemo amarius. Videamus modo tertium fletum spiritualem, qui fuit Dauid, quo nemo diutius fleuit. Nemo Dauid fleuit diutius. *Est enim speculum formatum peccatoribus pœnitentibus; iustis DEO obedientibus, & perfectis DEVM desiderantibus. Qui & si sacramentaliter sanguinem CHRISTI non biberit, ipse tamen bibit spiritualiter, idest fide, spe, charitate,* Psal.115.a *& deuotione. Non enim dixisset in Psalmo. Quid retribuam domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Hic potu cœlesti inebriatus tam crebro flebat, quòd nemo ipso fleuit diutius, atque sæpius. Cum enim cæteri dormirent, ipse uigilabat in lachrymis tam abundè, quòd cum suis lachrymis inebriabat lectum. Vnde hoc promittens DEO, quem offenderat, sic inquit,* Psal.6.a *Lauabo per singulas noctes lectum meum, scilicet quo operior, & lachrymis meis stratum meum, scilicet in quo iaceo, rigabo. Cum uero alij comederent, & delicatè, ipse in cinere & cilicio sedens dicebat. Cinerem* Psal.101.b *tanquàm panem manducabam, & poculum meum cum fletu miscebam. Præterea cum homines quiescerent de*

Psal. 41.a die, & de nocte, & ipse pro suo cibo, & potu, ac dormitu assumebat fletum dicens. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi per singulos dies, ubi est DEVS tuus. Ecce ergo quomodo Dauid continuauit suum fletum sic, quòd nemo magis inebriatus CHRISTI sanguine fleuerit diutius.

Nemo Paulo fleuit deuotius. Vas electionis Paulus cum fuisset usque ad tertium cœlum raptus, uidissetq;, atque audiuisset archana DEI, & perseuerasset in fractione panis cum alijs fidelibus, qui quotidie communicabant (ut moris erat in primitiua ecclesia) sumpto CHRISTI poculo taliter illo potu suauißimo fuit inebriatus, quòd nemo unquàm deuotius fleuit. Primo nanque præ nimio desiderio saciādi se illa clara uisione, cuius suauem dulcedinem gustauerat in raptis, sic lachrymis perfusus flendo dicebat. Cupio dissolui, & esse con CHRI-
Philp.1.d STO. Cum autem perciperet adhuc se diu in hoc corpore mansurum, sic cum feruore, & cum tædio futuræ præstolationis, & cum fastidio præsentis, & mortalis
Rom.7.d uitæ confertus lachrymis sic plorabat. Infœlix quis me liberabit de corpore mortis huius? si uero repræsentabatur ei mundi gloria cum sua fallaci dulcedine, tunc
Philp.3.b lachrymis totus madefactus sic flendo dicebat. Omnia scilicet mundana arbitratus sum, sicut stercora. Sed si à mundo dispiciebatur, ipse mundum despiciens cū fle-
Gala.6.d tu dicebat. Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Sentiens uero se totaliter anichilatum in amore huius uitæ, & in amore proprio, sic in lachrymas prorum-
Gala.2.d pens, magis atq; magis deuotè dicebat. Viuo ego, iā nō

ego sed uiuit ĩ me CHRISTVS. Vnde nullus eo fleuit deuotius. Moyses quoties orabat pro populo, toties cum lachrymis, & clamore stabat coram domino. De quo ad præsens non dico, sed dicam cũ tractabo de CHRISTO in Moyse abscondito. Super omnes spirituales spiritualiter inebriatos, & spiritualiter lachrymantes CHRISTVS tenet supremum locum bibendo suum sanguinẽ. Ad cuius declarationem aliqua sunt notanda. Primo, quomodo sit uerũ CHRISTVM bibisse suum sanguinem. Secundo, quomodo sit uerum, eum fuisse inebriatum spiritualiter. Tertio quomodo fleuerit. Quarto modo nemo fleuerit utilius. Quantum ad primum CHRISTVM bibisse suum sanguinem, sic declaro. Cum dominus noster IESVS CHRISTVS immensa comedisset agnum figurantem ipsum CHRISTVM. & cum lauasset pedes discipulorum, iterum posuit se ad mensam. Et accepit IESVS panem, et benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis, & ait. Accipite et comedite. Hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias agens dedit illis dicens. Bibite ex hoc omnes. Cum sit, quod CHRISTVS non uenerit legem soluere, sed adimplere: & cum sit, quòd primo incepit facere, et postea docere. Sicut primo uoluit baptizari, antequàm baptismum alijs imponeret, sic prius sumpsit sacramentum sui corporis, & sanguinis, antequàm discipulis distribueret. Hoc autem notatur in illo uerbo. Et accepit, uel accipiens, per quod uerbum non intelligitur, quòd CHRISTVS solum acceperit panem, & calicem in manibus, sed eo modo

Nemo Moyse fleuit altius.

Nemo Chrõ fleuit utilius

Quomodo Christus suum sanguinẽ biberit.

Ioan. 22.

Mat. 26. c

accepit, quomodo alijs tradidit. Vnde cum dixerit, accipite, & comedite, & accipite, & bibite, intelligendũ est, quòd ipse accipiens comederit, & biberit. Vnde glo. super illud Baruch. 3. Cumque comedisset, & bibisset (inquit) CHRISTVS comedit, & bibit in cœna cum corporis, & sanguinis sui sacramentum discipulis tradidit: Cui concordat Hieronymus dicens. Dominus noster IESVS CHRISTVS ipse conuiua, & conuiuium, ipse comedens, & qui comeditur. Par. 3. q. 81. ar. 1. in R. cũ ar. 1. Declarato igitur, quòd CHRISTVS biberit suum sanguinem, est modo declarandum, quomodo CHRISTVS bibens suum sanguinem fuit spiritualiter inebriatus. Vbi notandum, quòd cum febricitans gustat uinum, & sibi sapit amarum, uino non inebriatur, cum autem sapit ei dulce, tunc inebriatur; quia tantum delectatur in potu, quòd magnam uini quantitatem bibit, & uino inebriatur. Sic ad propositum cum peccator gustat sanguinem CHRISTI, non inebriatur, quia non delectatur: sed quia fidelis, & iustus delectatur, ideo bibendo spiritualiter inebriatur. Sed cum desiderium bibendi non quietetur, nisi per delectationem, & cum desiderium CHRISTI non fuerit uanum, sic desiderium suum non fuit uacuum, cum dicat. Desiderio desideraui hoc pascha manducare uobiscum. Sicut ergo efficax fuit desiderium, ita ad desiderium complendum secuta est delectatio: Est autem qui dicat, propter quid debeat CHRISTVS delectari in sumptione corporis, & sanguinis sui, non nisi per aliquem effectum, qui

Lu. 22. b

Dubium. cũ rñsione

qui sequeretur ex sacramentali, uel spirituali sumptione: non propter peccati mortalis remissionem, quia in ipso non fuit peccatum mortale, nec propter uenialis indulgentiam, quia nec uenialiter peccauit, neque propter remissionem pœnæ, quia non datur pœna in eo, in quo non est culpa: nec etiam per hanc sumptionem præseruabatur à peccato, quia per fomitem non erat pronus ad peccandum; nec etiam per hanc sumptionem causabatur in eo gratia, nec augebatur, quia à primo instanti suæ conceptionis fuit plenus gratia. Similiter per hanc sumptionem non merebatur gloriam, cum ab ipsa conceptione simul fuerit uiator, & compræhensor. Cum ergo non sint aliqui effectus huius sacramenti, ut par. 3. q. 79. per totum, in quo, & propter quid delectabatur? Respondens dico eum delectabari in terminatione figuræ, scilicet comestionis agni pascalis, & incohoatione nouæ institutionis, idest noui sacramenti, in terminatione umbræ, & præsentiæ lucis: in terminatione sanguinis animalium, & inchoatione sanguinis noui testamenti.. Vnde in forma consecrationis dicitur. Hic est calix sanguis mei noui, & æterni testamenti. Vnde sicut sumsit corpus suum et sanguinem more sacramentaliter; ita etiam sumpsit mente spiritualiter, & multum longe ab alijs, idest cum maiori delectatione. ead. par. q. 81. ar. 1. arg. 3. Mirantur (ut arbitor) audientes hanc conclusionem dicentes intra se. Quomodo est poßibile, quòd CHRISTVS sanus et integer in corpore solido sine quocunque uulnere, nulla gutta sanguinis ex suo corpore adhuc distillante, quòd non solum dederit

Mat. 14. d
1. Cor. 11. e

Admiratio audientium, qui dicũt esse imposibile Christũ bibisse suũ sanguinẽ.

discipulis dicens, sumite, uel bibite ex eo omnes, sed quòd etiam ipse primo biberit: hoc est nobis secretum, immo secretißimum. Sed quanto secretius, & ab humana ratione, & modo consueto naturæ distantius, tanto est nobilius, & in miraculis maius. Cum enim natura nec fecit, nec facit, nec facere potest, ideo est maius miraculum, quàm sanare infirmum in instanti, quoniam & si consueto modo naturæ natura, quæ potest sanare infirmum, non potest tamen sanare hoc modo, scilicet in instanti, & subito, & tamen potest sanare. Est etiam maius miraculum, quàm suscitare mortuum, quoniam & si natura non potest disponere corpus ad animam suscipiendam, hoc tamen potuit. Sed quòd CHRISTVS surrexerit gloriosus, hoc miraculum est in supræmo gradu, quoniam natura naturaliter hoc nunquam fecit, nec facit, nec faciet, neque facere potest. par. 1. q. 105. ar. 8. in R. Similiter miraculum est istud, scilicet quòd CHRISTVS stans in mensa uiuus, & sano corpore, atque integro non solum dat sanguinem ad bibendum discipulis, sed etiam ipse bibit. Hoc autem nullus probare potest, nec tentare debet, quia facit iniuriam fidei, quæ est de non uisis, & quia dat infidelibus causam derisionis, dum ipsi putant, quòd per ista argumenta naturalia credamus, quæ ipsi non reperiunt efficatia. Ea. par. q. 32. art. 1. in R. Vnde standum est dictis, & auctoritatibus sanctorum ab ecclesia approbatorum. e. R. & 2. 2. q. 1. arti. 5. arg. 2. Et dimißis friuolis probationibus, & persuasionibus uanis, credamus euangelistis, credamus doctoribus CHRISTVM sumpsisse

suum sanguinem, & adeò fuisse eo delectatus, quòd fuerit sobrie inebriatus. Quam inebriationem ostendit per lachrymas. Sicut enim plorant, & lachrymantur ebrij uino uitis, sic etiam lachrymantur inebriati sanguine CHRISTI, *quorum nemo ipso* CHRISTO *fleuit utilius, de cuius fletu, & lachrymis atque utilitate loquens Apo. ait. Cum clamore ualido, & lachrymis exauditus est pro sua reuerentia. par. 3. q. 21. arti. 4. ad oppos. & in R. Et sic habemus sex in sanguine* CHRISTI *inebriatos, & lachrymis perfusos in suo fletu. Item habuistis nouem proprietates sanguinis ad similitudinem optimi uini. Audite modo alias septem. Nam uinum primo delectat. Secundo facit loquacem. Tertio uires debilitat. Quarto uomitare facit. Quinto facit uerecundiam deponere. Sexto denudat. Septimo secreta reuelat. Primo namque uinum delectat quosdam, si est magnum: quosdam si est paruum: quosdam si est dulce: quosdam si est ponticum: quosdam si est rotundum: quosdam si est rubeum: quosdam si est album: quosdam si est optimi coloris. Prima enim proprietas uini est delectatio: sic potus* CHRISTI *sanguinis est cunctis sanis, idest sine mortali peccato delectabilis, scilicet spiritualiter. Si enim quis desiderat humani generis redemptionem, hic sanguinis potus est delectabilis, quia est sufficiens pretium. Vnde Apostolus iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem, quæ est in* CHRISTO, *quem proposuit* DEVS *propitiatorem per fidem ipsius in sanguine suo. Præterea si quis desiderando sitit fugere infernum, uitare pur-*

Hæb. 5. b.

Septem proprietates sanguinis Christi ad similitudinē uini.

Prima proprietas sāguinis Christi est delectatio.

Rom. 3. d.

gatorium, & cito peruenire ad paradisum, bibat hunc sanguinem CHRISTI, per quem datur nobis con-
Hæb. 10, d fidentia de introitu paradisi, dicente Apostolo. Habemus fiduciam in introitu sanctorum, scilicet cœlestiũ in sanguine CHRISTI. Adhæc siquis sitit generalem sui, et omnium remissionem peccatorum, bibat hunc san-
Hæbr. 9. f. guinem, quoniam dicit Paulus. Sine sanguinis effusione non fit peccatorum remissio; sed facta sanguinis effusio-
Ro. 5. b. c. ne. Sicut enim peccatum adæ fuit tante malitiæ, quòd omnes damnauit, ita meritum effusionis sanguinis CHRISTI fuit tantæ uirtutis, quòd omnes bibentes saluat. Insuper siquis cupit simul potari, & lauari, & refrigerari, bibat uinum aqua mixtum, idest sanguine CHRISTI, qui est potus eo, quòd est sanguis aptus ad potum,
Ioan. 6. f. & aqua mixtus aptus ad lauacrum. Bibat quippe san-
Ioan. 19. g guinem CHRISTI, quia uerè est potus. Bibat ad refrigerium, quoniam aqua uera est mixtus, quia ex latere lancea perforato continuo exiuit sanguis, & aqua. Vlterius siquis est, qui desiderando sitit, ut non solum potus sibi proficiat sumendo, sed etiam proficiat alijs non sumentibus, ut mater infantis, siue nutrix, quæ bibit, ut infans etiam bibat, accedat ad poculum CHRISTI, & bibat sanguinem, qui est potus proficiens sumentibus, scilicet sacramentaliter, & non sumentibus, nisi spiritualiter, prodest præsentibus in missa, & absentibus
Mat. 26. c. prodest uiuis, prodest & defunctis. Hoc autem prænunciat dominus cum dicit. Hic est calix sanguinis mei noui, & ueteris testamenti, qui pro uobis, scilicet sumentibus, & pro multis, scilicet non sumentibus effundetur in re-

mißionem peccatorum. Item *si est quis, qui spirituali siti desiderat abundare gratia, accedat, & bibat, quoniam sicut potus uini suam uirtutem per totum corpus diffundit, & sicut lac ab infanti potatum totum corpus, & quodlibet membrum nutrit, & nutriendo uiuificat, & quod est nutritum, & uiuificatum in uita conseruat: sic sanguis* CHRISTI *in cruce effusus totum corpus mysticum uiuificauit, & quod in paßione egit in toto corpore, hoc in sacramento agit in quolibet bibente.* Vnde *Chrisostomus super illud.* Continuo *exiuit sanguis, & aqua dicit, quia hinc suscipiunt principium sacra mysteria ad tenendum calicem & cæter.* Præterea *si quis est, qui sitiendo desideret unionem membrorum cum capite, & omnium membrorum ad inuicem, accedat, & bibat* CHRISTI *sangninem, non in propria specie, sed in specie uini: quoniam sicut uinum confluit ex multis racemis, & pluribus granis, sic iste sanguis multos unit in unum corpus, & totum corpus unit cum uno capite.* Vnde *dicitur communio, quia simul communicare fecit.* Si *ergo supradicta delectabilia desideres, bibe sanguinem* CHRISTI, *qui ad modum uini delectat, et sic patet prima proprietas.* Secunda *proprietas sanguinis* CHRISTI *est loquacitas.* Vinum *enim facit hominem loquacem.* Nam *uidemus, quod post multum potum homo efficitur ualde loquax, & sibi silentium non potest imponi: quod etiam accidit in auibus, quæ post comestionem efficiuntur garrulæ: sic etiam qui comedit offam, idest panem uino imbibitum idest corpus, & sanguinem domini nostri* IE-

Ioan. 19. g.

Secunda ꝓprietas sanguinis Christi est loquacitas.

SV CHRISTI *efficitur loquax. Non enim potest saciari loqui de* DEO, *de perfectionibus* DEI, *donis, & uirtutibus, ac beneficijs concessis. Vnde Aug. sic potatus non satiebatur loqui de diuinis cum matre, sicut non satiebatur contemplari diuinam prouidentiam super salutem generis humani. Sed nec apostolis potuerunt principes sacerdotum silentium imponere, ne prædicarent nomen* CHRISTI, *immo responderunt. Ooportet magis obedire* DEO, *quàm hominibus.* Act. c. 5. *Tertia proprietas sanguinis* CHRISTI *est debilitatio. Cum enim homo multum biberit, & de bono & optimo uino debilitatur in membris: dum uult loqui flectitur, labia tremunt, tibiæ incuruantur, cespitat, claudicat, cadit, ambulat, ut paraliticus, loquitur ut mutus. Omnia enim membra sunt debilitata: sic deuotus accedens ad poculum sanguinis* CHRISTI, *ita fortificatur in uiribus animæ, in uirtutibus, & gratijs, ac donis spiritualibus, quòd in amore mundalium, carnalium, & terrenorum debilitatur. Vnde: sicut Iacob post angeli amplexum, & nerui tactum semper claudicauit, sic deuotè bibens hunc sanguinem sic fortificatur in cœlestium amore, cogitatione, contemplatione, quòd in amore terrenorum est breuis & debilis, & ideo bene claudicat.* Quarta proprietas sanguinis Christi est uomitatio. *Quarta proprietas sanguinis* CHRISTI *in comparatione uini est uomitatio. Sicut uinum debitè sumptum sua naturali caliditate est stomacho sanum. (unde bibentes aquam meram communiter patiuntur in stomacho) ita poculum sanguinis* CHRISTI *debitè sumptum prodest pœnitenti. Pater enim noster*

Dominicus, qui per decennium uinum non bibit, propter stomaci infirmitatem coactus fuit bibere uinum ab Episcopo Exomensi. Et idem dicit Paulus ad Timothæum, scilicet non bibere aquam, sed uinum propter stomacum suum, & frequentes infirmitates. Cum autem uinum bibitur in nimia quantitate tunc bulliens in stomaco causat uomitum. Sic sanguis CHRISTI causat uomitum spiritualem, dum indebitè sumitur. Ad quod declarandum noto, quòd stomacus animæ est conscientia, in qua si est mortale peccatum, non debes bibere sanguinem CHRISTI; sed debes ob reuerentiam tanti sacramenti uomitare, idest conteri, & contritus confiteri, aliter si cum conscientia peccati mortalis accesseris ad calicem CHRISTI, tu suscipis CHRISTI sanguinem sacramentaliter, sed non spiritualiter. Tu non bibis sanguinem ad uitam, sed ad mortem, tu non manes in CHRISTO, nec CHRISTVS in te: sed ille Dyabolus, qui intrauit in Iudam post potum sanguinis CHRISTI. par. 3. q. 80. ar. 3. & 4. Si igitur uis in poculo CHRISTI bibere, scilicet sanguinem suum, oportet, quòd stomacus, hoc est conscientia euomat uitia, peccata, scælera, cunctasq; abhominationes; & sic patet quarta sanguinis CHRISTI proprietas. Quinta proprietas sanguinis CHRISTI in comparatione uini est uerecundiæ depositio. Cum enim homo fuerit uino plenus, obfuscatur illi ratio, & intellectus sic, quòd non uerecundatur loqui uerba obscœna, & inhonesta. Similiter qui habet charitatem ad CHRISTVM, & uult bibere eius san-

1. Ad Thi. a. 5.

Quinta proprietas sanguinis Christi.

guinem deuotè & pudicè non ad mortem, sed ad uitam; non ad iudicium, sed ad misericordiam, & gloriam, deponat uerecundiam & ruborem inordinatum claudentem labia, ne confiteatur apertè sua turpissima scælera; sed accensus charitatis feruore uolens bibere CHRISTI sanguinem, sua peccata turpissima confiteatur. Sexta proprietas sanguinis CHRISTI est nuditas. Sæpe enim uidimus homines adeò ebrios deponere uerecundiam, quòd etiam exuunt se, deponendo clamidem, tunicam, & etiam interulam, ostendendo omnem nuditatem. Exemplum habemus in sacro eloquio ueteris testamenti. Noe enim primus, qui plantauit uineam, cum bibisset uinum, fuit uino inebriatus, & intrans suum tabernaculum soporatus iacebat, nuditatem ostendens. Sic etiam bibens sanguinem CHRISTI, & cupiens iterum, atque iterum bibere non solum sacramentaliter, sed etiam spiritualiter, ut dignè recipiat, denudat se non solum confitendo mortalia apertè, & sine palliatione, sine aliquo uerborum uelamine; sed etiam confitendo uenialia cum uenialibus circunstantijs, ne non solum impediatur ab effectibus principalioribus, sed ne impediatur per uenialia à participatione dulcedinis, delectationis, consolationis, & gaudij spiritualis. par. 3. q. 9. artic. 8. & sic patet hæc sexta proprietas. Septima proprietas sanguinis CHRISTI est secretorum reuelatio. Sicut enim uinum bulliens frangit uegetem, uel circulos, seu fundum; ita etiam est tantæ potentiæ, quòd bibitum frangit cor hominis, dum quis uino inebriatus omne secretum, quod habet in cor-

[Margin: Sexta proprietas sanguinis Christi.]

[Margin: Gen. 9. d.]

[Margin: Septima proprietas sanguinis Christi.]

ae, expandit ad os, dentes, linguam, & labia, & sua loquela reuelat secreta. Vnde per sapientem bene et caute dicitur. Noli principibus dare uinum, quia ubi regnat ebrietas, ibi nullum secretum. Sic anima deuota inebriata CHRISTI sanguine concitatur ad reuelanda secreta, quorum primum est fides, quam quis habens per habitum in corde credendo ipsam ostendit, & patefacit per confessionem, dum expedit, quando expedit, et quibus expedit, cõfitetur uerbo. 2. 2. q. 3. ar. 2. Sic inebriati secretum fidei nõ celabãt apostoli, et martyres CHRISTVM prædicantes etiam usque ad sanguinis effusionem, & ad mortem. Secundum secretum est credendorum explicatio, scilicet confeßio articulorum fidei, & præcipue mysterium trinitatis, & incarnationis filij DEI. ead. q. artic. 7. & 8. Tertium secretum est ueritas fidei, ut quòd peccatum non sit faciendum & adulterium non sit licitum. Sic enim Ioannes baptista CHRISTI sanguine inebriatus manifestauit secretum, dum arguebat Herodem dicens. Non licet tibi tenere uxorem Philippi fratris tui. 2. 2. q. 124. arti. 5. per totum. Quartum secretum est peccatum proximi occultum alijs, et tibi notum. Nam teneris corrigere, et testes producere, & tandem ecclesiæ dicere. ea. par. q. 33. ar. 2. Quintum secretum est peccatum proditoris contra Remp. ead. par. q. 68. ar. 1. arg. 3. e. q. 7. ar. 1. argu. 2. Et sic patet septima proprietas. s. secretorũ reuelatio. Et sic patet CHRISTVM DEI, & MARIAE filium fuisse in Seth absconditum, dum per Seth fuit figuratus, dum

Prou. 31. a

Quinque secreta p animã inebriatã reuelantur.

Mar. 6. c. & Matth. 14. a.

ipse Seth poculum interprætatiue sacræ cruentationis demonstrat: & sic finitur tertia figura animata. Figura quarta animata est figura Noe, *in qua* CHRISTVS DEI & MARIAE *filius fuit uere* DEVS *absconditus saluator* Israel. Q*uòd autem* CHRISTVS *fuerit in* Noe *absconditus tanquàm figuratum in figura, declarabo per tres rationes.* Pri*mo ratione terminationis, & inchoationis.* Secũdo ra*tione plantationis & potationis.* Tertio *ratione inebriationis & denudationis. Circa primam rationem est notandum, quòd* Noe *fuit ultimus homo primæ generationis, cuius principium fuit* Adam, *cui cum* Eua DEVS *benedixit dicens precipiendo.* Crescite, & *multiplicamini, & replete terram.* Cum *autem natus fuisset* Noe, *peruenissetq́; ad quingentos annos, genuit tres filios. s.* Sem, Cham, & Iaphet. Cum *autem cessasset diluuium, uenit* DEVS *ad* Noe, & *tanquàm principio secundæ generationis benedixit illi, et tribus suis filijs præceptoriè dicens.* Crescite, *et multiplicamini, & replete terram.* Sic *ergo fuit* Noe *ultimus parens primæ generationis natus sub benedictione facta* Adæ, *quoniam ante diluuium cum esset quingentenis, genuit tres filios.* Fuit *autẽ secundæ generationis primus, dum sub forma benedictionis factæ* Adæ *fuit & ipse benedictus, & filij eius* Sem, Cham, *et* Iaphet. Sicut *autẽ* Noe *fuit mediator inter primam & secũdam generationem, & primus, qui super altare per ipsum fabricatum obtulit* DEO *sacrificium post diluuim, sic* CHRISTVS *dicitur mediator propter septem rationes.*

Quarta figura aĩata

Tribus rationibus ostenditur Christum fuisse abscõditum in Noe.

Gen. 6. e

Gene. 5. d in fi.

Gen. 9. in prin.

Gen. 8. d

Christus fuit verus

Primo reconciliatiue. Sicut enim dicitur mediator ille, qui duos se odientes unit in amore, qui duos simul unit in ueniam petendo, & in indulgendo petenti: qui duos simul duellantes unit in deponendo arma inuicē se osculando, & amplexando; sic CHRISTVS dicitur mediator DEI, & hominum, dum per passionem totum genus humanum DEO reconciliauit. Vnde homines per peccatum facti filij iræ, sunt effecti filij DEI dilecti. Et qui per peccatum erant filij dyaboli, per ipsum effecti sunt filij DEI. Qui uero filij erant tenebrarum, facti sunt filij lucis; unde qui erant tenebræ, nunc sunt filij lucis in domino. Secundo dicitur mediator cōiunctione. Illud enim dicitur medium, quo duo extrema simul coniunguntur, ut creator, & creatura; æternum & temporale; mortale & immortale; passibile & impassibile; DEVS & homo. Ista autem duo sic sunt coniuncta, quòd nunquàm disiungentur. Tertio CHRISTVS dicitur mediator unitiuè. Cum enim filius DEI uerbum caro factum carnem assumpsit, sic fuit in incarnatione natura diuina & humana unita, quòd resultat unum, idest una persona in duabus naturis. Sicut igitur est mediator unitione uniendo sibi naturam humanam, sic est mediator uniendo nos DEO per amorem. Vnde per Euangelistam inquit. Volo pater, ut ipsi sint unum, sicut nos unū sumus. Quarto fuit mediator distantiuè, idest secundum distantiam. Cum enim sit de ratione medij, quòd distat ab utroque extremorum, & cum de officio medij sit coniungere extrema, uideamus, si ista duo re-

mediator septem rationibus. Prima rō.

Ioan. 1. b
1. ad Thessa. 5. a

Secūda ratio.

Tertia rō
Ioan. 1. b

Ioan. 17. d

Quarta ratio.

periantur in CHRISTO; *& dico, quòd sic, non tamen in quantum* DEVS; *sed tantum in quantum homo, quoniam in quātum* DEVS *non distat à patre, nec à spiritu sancto, nec in natura, nec in potentia, neque in potestate diuina; nec pater, nec spiritus sanctus habent aliquid, quod non sit filij. Hæc autem extremorum distantia conuenit* CHRISTO *in quantū est homo; quoniam in quantum est homo distat à* DEO *in natura, & distat ab alijs hominibus dignitate, & gratia, & gloria. Vnde rectè potest esse medium, uel mediator, quia distat ab utroque extremorum. Sed quia de natura, & officio medij est coniungere extrema; Ideo multipliciter coniungit homines* DEO, *scilicet præcepta* DEI *hominibus exhibendo, & pro hominibus satisfaciendo, et pro hominibus apud* DEVM *interpellando. par. 3. q. 26. ar. 2. in.* R. *Et sic dicitur* CHRISTVS *mediator distantiuè, scilicet propter distantiam extremorum, scilicet naturæ diuinæ et humanæ culpabilis, & propter suum officium, cuius interest ista duo coniungere. Quinto dicitur mediator*

Quinta ratio.

dispositiuè, ut prophetæ per suas prophetias populum disponentem ad reconciliandum se DEO, *ut apostoli prædicatione euangelij disponendo populum ad fidem. Hi omnes dicūtur mediatores dispositiuè. par. 3. q. 26. ar. 1. arg. 1. Et quia* CHRISTVS *prædicauit mysterium trinitatis, remißionem peccatorum, fecit miracula, prophetizauit futurum iudicium: quæ omnia disponebant populum ad conuersionem ad* DEVM *per fidem, & fidei sacramenta: ideo potest etiam ipse*

dici mediator DEI *& hominum dispositiuè. Sexto dicitur mediator misteriatiuè, idest ministrando misteria.* Dicitur enim de CHRISTO: *Et angeli accesserunt, & ministrabant ei. Ipsi nanque orant pro hominibus, ipsi homines custodiunt, & gubernant homines in* DEVM. *Vnde licet nō sint mediatores perfectiuè, sunt tamen ministerialiter, & dispositiuè.* Cum *autem* CHRISTVS *sit angelus testamenti, quem* Ioannem *rectè angelus dictus præcessit, & uiam præparauit. Sicut ille angelus testamenti præcedebat populum, ipsum dirigendo, sic* CHRISTVS *dicitur angelus testamenti non ueteris, sed noui: quoniam ille dirigebat populum in terram promißionis* Cana*hæorum;* CHRISTVS *autem per illum figuratus dirigit, & gubernat suum populū ad regnum cœlorū. Septimo* CHRISTVS *est mediator* DEI *& hominum sacrificatiuè.* Sicut *enim sacerdos ueteris testamenti erat mediator inter* DEVM *offensum & populum offendentem offerendo ipsi* DEO *sacrificiū pro peccato, quod sacrificium figurabat* CHRISTVM *se offerentem pro peccatis totius mundi: & sicut sacerdos noui testamēti est mediator inter* DEVM *offensum & populum offendentem, offerens sacrificiū; quod non figurat sacrificium* CHRISTI *futurū, sed significat sacrificatum* CHRISTI *iam factū: sic* CHRISTVS *est mediator* DEI *& hominum sacrificatiuè, idest quotidie se pro peccatoribus offert in sacrificium, scilicet contra* Dæmonem *mediatorem pessimum coniungentem, uel disiungentem, ut*

Sexta rō.
Mat. 4. b.
Septia rō

Quinque modis declaratur Christum bonũ mediatorẽ cõtra Dyabolũ malũ mediatorẽ disiũgendo. notatur par. 3. q. 26. ar. 1. arg. 2. Nunc tractaturus sum de malo mediatore. s. Dyabolo malè coniungente, & malè disiungente; & per oppositum tractabo de mediatore, scilicet CHRISTO IESV benè coniungente, & benè disiungente sacrificatiuè, idest continuando sacrificium suum efficacißimum & hoc declarando quinque modis. Primo Dyabolus est malus

Prima mala disiunctio Dyaboli. mediator malè disiungens per infidelitatem. Benè enim coniuncti sunt fideles sub uno domino, sub una fide, & uno baptismate: Dyabolus autem inuidens huic bonæ coniunctioni, ut malus mediator suscitat idolatras, & hæresiarcas, & disiungit fideles à DEO uel per ido-

3. Reg. c. 12. f latriam, uel saltem per hæresim. Vnde quos non potest disiungere faciendo adorare idola, ut Ieroboam, disiungit per hæresim, scilicet suscitando hæreticos, & eos per eorum superbiam faciendo hæresiarcas prauos, et per eos tanquàm per inimicos crucis CHRISTI quàmplurimos per eosdem tanquàm per malos mediatores faciendo hæreticos, uel saltem credentes hæresijs. Pro his autem CHRISTVS uirtualiter continuans suum sacrificium, & ut bonus mediator cupiens illos à DEO disiunctos coniungere, continuat ora-

Luc. 23. d tionẽ affectu, & effectu, ac uirtute dicens. Pater igno-

Secunda mala disiũctio Dyaboli. sce illis quia nesciunt quid faciunt. Secundo Dyabolus odit amicitiam benè se inuicem amantium, & ut malus mediator disiungens capit pro medio susurronem, quo disceminans discordiam inter amantes coniunctos, eos disiungit. Facit enim Dyabolus de susurrore, quod facit incisor lignorum de bleta. Nam uolens lignum di-

uiderefacit cum securi paruam scissuram, in qua imponens cuneum super ipsam cum malleo ligno percutit, & sic lignum scindit. Sic Dyabolus uolens disiungere benè coniunctos bono amore accipit pro suo adiutore aliū malum mediatorem, non coniunctionis, sed disiunctionis, qui uocatur susurro, qui dicit malum de proximo, loquitur in occulto, & illud malum dicit, quo possit audientes ad odium, & discordiam prouocare. 2. 2. q. 74. ar. 1. O quàm magnum peccatum, o quàm malus mediator est iste susurro coadiutor Dyaboli. Nanque diseminat discordiam inter uirum, & uxorem, inter sororem, & sororem, inter fratrem & fratrem, inter fratrem & sororem; inter patrem & filium; inter matrem & filios; inter socrum & nurum; inter cognatos & consanguineos; inter affines & affines; inter ciues & conciues; inter uicinos & conuicinos; inter mercatores & artifices. Sed CHRISTVS ut bonus mediator se quotidie offert sacrificium in altare, & quotidie erat ad patrem dicens: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Tertio Dyabolus malus mediator disiungens odit beneficos, & beneficiatos: unde nititur eos benè cōiunctos disiungere. s. per ingratitudinem, & per improperium. Capit igitur primo ingratum pro meditatore ad disiungēdos coniunctos per beneficia. Volens enim Dæmon ingratum disiungere, eum temptat de ingratitudine, sex modis eum inducēs ad manifestandam suam ingratitudinem. Primo enim ingratus manifestat suam ingratitudinem benefactori non retribuendo, cum possit, & cum expediat; Secun-

Tertia mala disiūctio Dyaboli.

do dißimulando quasi non acceperit beneficium. Tertio beneficij obliuiscendo. Quarto (quod grauißimũ est) reddendo malum pro bono. 2.2. q. 107. ar. 2. in R. Quinto (& id non est leue) beneficium uilipendendo, & uituperando. Sexto (quod est grauißime graue) beneficiũ pro maleficio putando: et sic per ingratitudinẽ beneficiati coniunctio disiungitur, et sic beneficiatus est cum suo dyabolo malus mediator. Interdum autem benefactor est malus mediator disiungens, dum iniuriose reducit ad memoriam beneficiato collata beneficia, & neceßitatem remotam per suscepta beneficia. ea. par. q. 71. ar. 1. arg. 3. in fine. Sed CHRISTVS tanquàm bonus mediator nulli sua beneficia improperat; nec alicui est ingratus, quinimo quæ facimus pauperi amore sui, ipse promittit in iudicio præmiare, ac si ipse suscepisset beneficium dicens. Quod uni ex his minimis fecistis, mihi fecistis. Et interim continuando suum sacrificium pro utroque, scilicet ingrato, & improperanti orat dicens. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Quarto dyabolus malus mediator disiungens odit unionem regni, prouinciæ, ciuitatis, oppidi, castri, & uillæ, & pro posse inititur in cunctis prænominatis locis seditionem, & pro suo coadiutore accipit seditiosum; hoc est, quem una pars sequitur, & pugnat contra aliam, uel una pars parat se ad pugnandum contra aliam. Et quia opponitur communi bono, & iustitiæ, in qua commune bonum conseruatur, constat esse peccatum mortale: attamen est grauius ex parte illorum, qui seditionem procurant, quàm ex parte

Mat. c. 25. d

Quarta mala disiũctio Dyaboli.

ex parte illorum, qui seditiosos sequuntur. 2.2.q.42. art. 1. & 2. in R. Dyabolus autem, cui seditio placet, iuuat seditiosum per illud peccatum, quod dicitur acceptio personarum. Non enim seditiosi in officijs distribuendis respiciunt ad bonum commune, sed ad personam, an scilicet homo sit de parte sua, & de suis sequacibus, quod est peccatum. ead. par. q. 62. artic. 1. Sed CHRISTVS non distribuit Ioanni, & Iacobo dignitatem sedendi ad sui dexteram, quia erant consanguinei, sed his, quibus paratum erat à patre suo, inquit sorori matris suæ. Continuè tamen sacrificat CHRISTVS, & orationem continuat dicens. Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt. Quinto dyabolus malus mediator disiungens odit unionem ecclesiæ, et pro posse procurat scismata inter parrochianum & parrochianos; inter plebanum & plebanum; inter clericos & episcopum; inter dyocesanos; inter metropolitanos, dum una pars cleri uult unum pontificem, & altera uult alium. Inter pontificem & pontificem, dum duo, uel plures contendunt de papatu. Dyabolus autem hanc diuisionem procurans est malus mediator, malè disiungens. 2.2.q.39. per totum: CHRISTVS autem amans unionem sui corporis, & omnium membrorum cum uno capite, sic in cruce orans ad patrem inquit. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Ex supradictis igitur patet, quòd dyabolus malus mediator disiungens suum perficit officium quinque modis, & CHRISTVS bonus mediator sacrificatiuè continuãdo uirtualiter suum sacrificium pendens in cruce etiam

Mat. 20. c.

Quinta mala disiũctio Dyaboli.

facit officium mediatoris, orans pro male disiunctis, ut bene uniantur. Nunc habemus ostendere dyabolum esse malum mediatorem male uniendo tribus modis, scilicet per sensalem, per lenonem, & per barattarium. Primo dyabolus est malus mediator per sensalem, siue messetam, cuius ars est licita dummodo sit legalis animæ suæ, DEO, & hominibus, quibus tribus conditionibus remotis efficitur mediator dyabolicus. Primo quando se interponit inter symoniacum spiritualia ementem & spiritualia uendentem, ut sacramenta, ut diuina officia, ut prædicationes, ut sepulturas, ut beneficia, ut uisitationes. Quos omnes messeta uniens cum ipsis participat in crimine, & est coadiutor dyaboli. Secundo sensalis, uel messeta dum se interponit inter Iudæum & Christianum simul exercentes usuram est mediator dyabolicus male uniens. Iuuat enim Christianum facere usuram occulte per Iudæum, qui illam exercet publice. Tercio messeta est mediator dyabolicus, dum se interponit inter artificem & nobilem pauperem, & uirum pecuniosum. Diues enim cum suis pecunijs appetit lucrari, pauper nobilis indiget pecunijs, messeta se interponit neuter istorum scit de alio, et uterq; habet bonã intentionem. Nam diues cum suis pecunijs uult lucrari iuste, & pauper nobilis procurat suæ subuenire indigentiæ. Vnde diues si cognosceret illum nobilem indigentem, & nullam artem, uel mercaturam exercentem, utique non daret sibi suam pecuniã ad lucrum. Quid facit dyabolus per sensalem, inuenit negociatorem, qui fingit se recipere pecuniam diuitis, quã tradidit nobili indigẽ-

Dæmõ est malus mediator tribus modis male vniẽdo.

Messeta prius mediator diabolicus.

Messeta secũdus mediator dyabolicus.

Messeta tertius mediator dyabolicus.

ti, qui omni anno mediante artifice, uel messeta dat lucrum simulatum diuiti simplici. Vnde cum interueniat usura, & non ex parte nobilis, quia indiget, nec ex parte diuitis, quia putat dedisse mercatori, seu artifici, constat, quòd peccatum est ex parte messetæ & artificis se principalem fingentem. Vnde ipse & messeta sunt mediatores dyabolici: et sic habemus primum mediatorem dyabolicũ, scilicet messetam, uel sensalem, Secundo dyabolus est malus mediator malè uniens mediante barratario. Barratarius enim tenet altare dyaboli præparatum cum taxillis, ad quod accedunt homines se inuicem sociantes in ludo, alter alterius danarios, uestes, & alia affectans cum maledictionibus blasphemando Deum, & uirginem gloriosam cum omnibus sanctis, unus post alium prout unus post alium uincit, uel perdit. Sed uincat, aut perdat quicunque uelit, barratarius semper uincit tanquam mediator dyaboli, qui in ludo semper uincit: ecce ergo duos malos mediatores dyabolum mediatorem pessimum coadiuuantes. Tercio dyabolus est malus mediator malè uniens carnales cum adiutorio lenonis. Volens enim dyabolus male unire uiros & mulieres extra unionem matrimonialem quandoque utitur lenone prostituente, ut sunt qui iuuenculas rapiunt, & in postribulis ponunt. Quandoque dyabolus utitur mediatore blandiente, ut uetula reportans ambasciatas, & munuscula. Vnde uir et mulier quomodocunque uniantur per consensum carnalis copulæ extra limites matrimonij, talis unionis uir uel mulier mediatrix participat de crimine quantum ad culpam, et quantum ad pœnam:

Barratarius mediator dyaboli.

Leno tercius mediator dyabolicus.

siue fœmina fiat meretrix publica, siue concubina, siue sequatur simplex fornicatio, quæ est soluti cum soluta, siue sequatur adulterium ex parte unius, ut soluti cum nupta: siue sequatur adulterium duplex, ut coniugati cum alterius sponsa, siue sequatur incestus, ut inter affines, & consanguineos, siue sequatur stuprum, ut in defloratione uirginis, siue sequatur sacrilegium, ut inter mulieres religiosas, & uiros clericos, siue sequatur sodomia, ut inter mutuo se cognoscentes extra claustralia. Omnium peccatorum sequentium quoties committuntur, toties malus mediator dyabolus cum peccatoribus participat in crimine quantum ad culpam, & ad pœnam. Et sic habemus tertium mediatorem malum dyaboli ministrum, & dyaboli cooperatorem pessimum, et nequissimum. Et per oppositum CHRISTVS cum fuerit bonus mediator, scilicet inter DEVM, & homines; inter legem ueterem et nouam, inter uiuos, et mortuos; inter compræhensores & uiatores, sequitur, quòd fuerit DEVS absconditus in Noe prima ratione, scilicet terminationis, et inchoationis, ut sicut Noe fuit medius inter primam & secundam generationem, sic CHRISTVS medius fuit inter uitam ueterem sub timore, & uitam nouam sub amore. Circa secundam rationem, in qua dixi CHRISTVM fuisse uerum DEVM absconditum tanquam figuratum in figura ratione plantationis, & potationis, sciendum est, quòd Noe fuit primus, qui plantauit uineam, & uineæ uinum
Gen.c.9. potauit. Hic figurauit CHRISTVM filium DEI & uirginis gloriosæ, qui plantauit duas uineas, scilicet

uineam figurantem, & uineam figuratam, ut prima sit Synagoga Iudæorum, altera sit ecclesia Christianorum. Circa primam est notandum, Synagogam Iudæorum dici uineam figurantem triplici ratione, scilicet ratione plantationis, ratione multiplicationis, & ratione fructificationis. Synagoga dicitur uinea tribus rõnibus. Primo.n.*synagoga dicitur uinea, quæ à filio* DEI *fuit plantata, ut figura figurans ratione plantationis.* DEVS *enim trinus & unus populum Hæbreorum sic dictum ab Hæber, à quo descendit* Abraham, *unde Iudæi dicuntur Hæbrei.* Nanque Hæber *genuit Phales, qui genuit* Ragan, *qui genuit Sarug, qui genuit Nachor, qui genuit Thare, qui genuit Abraham: unde Abraham fuit prima uitis huius uineæ.* Prima rõ. Et *sic primo fuit ista uinea, quæ plantata in Vr Caldæorum, ubi fuit Abraham natus.* Gē.c.11.c. *Cum autem Thare uellet cum filio suo ire in terram Canaam, peruenit transitu in Aram, & ibi mortuus est. eo. cap.* Gē.c.11.d. in fine. *Cum autem esset Abraham septuagintaquinque annorum ad domini mandatum uenit ad terram Canaam, & cum peruenisset* Betel, *ædificauit altare, & obtulit sacrificium domino, qui apparuerat illi. Cumque propter famen iuisset in Aegyptum, tandem fame cessante reuersus est ad eundem locum, in quo construxerat altare.* Gē.c.12.d Sed *cum Abraham esset nonaginta nouem annorum facta fuit sibi promißio de filio sibi nascituro, in quo benedicentur oẽs gentes, qui filius, scilicet Isac natus est illi, dum ipse esset centum annorum.* Gen.c13.a Et *sic fuit plantata secunda uitis huius uineæ, scilicet Isac. Cum autem esset* Gen.c.17. &.21. *Abraham. 175. annorum mortuus est. Post cuius mor-* Ge.c.25.a

Bod.c. *tem* DEVS *benedixit Isac, qui genuit Iacob*. Et *sic habemus terciam uitem huius uineæ. Qui Iacob reuersus cum uxoribus & filijs de Mesopotamia sine præcepto habitauit* Bethel. *Sunt autem nati Iacob filij.xij. antequàm pater suus Isac moreretur ætatis.180.annorum.eo.cap.in fi.* Et *sic habemus.15.uites in hac uinea,quæ tantum creuit,quòd Iacob intrauit Aegyptum cum animabus.66.cum eßet annorum.130.* Gen.cap.47. Et *duo erant filij* Ioseph, *qui omnes plantati sunt in uinea domini uites.168.eo.cap. Sic igitur habemus Synagogam* Iudæorum *dici uineam ratione plantationis. Secunda Synagoga* Iudæorum *dicitur uinea ratione multiplicationis. Sicut enim multiplicat in longitudine,seu altitudine,quia tantum ascendit, quantum ei ad ascensum præparatur;& sicut multiplicat ramorum multitudinem,sic Synagoga multiplicatur.* Nanque in *Aegypto multiplicauit,quia exierunt de Aegypto uiri apti ad arma sexcenta tria milia, quingenta tria milia non numeratis leuitis, nec uiris ab annis.20.& infra idest non numeratis infantibus,nec pueris, nec numeratis mulieribus cuiuscunque ætatis.* Et *licet propter numerationem contra terras promißionis, & contra Caleph, &* Iosue, *mortui fuerint in deserto omnes, qui murmurauerunt à.20.annis & supra; attamen infra spatium.40.annorum, quibus steterunt in deserto, tot nati sunt,quot,cum exierunt desertum, inuenti sunt sexcenta milia, & mille octigenti triginta. Ecce igitur quomodo ratione multiplicationis Synagoga* Iudæorũ *dicitur uinea.* Tercio *Synagoga dicitur uinea ratione*

Margin notes: Gen.c.25. — Secunda ratio. — Nũ.c.1.2. — Nũ.c.24 &.25. — Tertia ratio.

fructificationis. Sed priusquàm hanc tertiam rationem declarem, ostendàm, quomodo hæc duo præcedentia fuerunt reuelata Dauid quando inquit. Vineam de Aegypto transtulisti, idest synagogam eiecisti, gẽtes, idest reges Chananæorum plantasti eam, scilicet in illis terris, & sic habemus primum. Et sequitur. Plantasti radices eius, idest filios Israel, qui adeò sunt multiplicati postquàm intrauerunt terram promißionis, quòd hæc uinea idest Synagoga repleuit terram, & adeò est multiplicata, quòd operuit montes umbra eius, & extendit palmites suas usque ad mare, scilicet submediterraneum, & usque ad flumen, scilicet Eufratem propagines eius, & sic habemus secundum. Modo prosequendo uideamus, quos fructus hæc uinea, idest Synagoga facit. Sed priusquàm eius fructus ostendam, nota primo, quot modis capitur fructus. Et dico, quòd fructus capitur pro omni eo, quod homo consequitur ex suo labore habens rationem delectationis, ut frumentum ex agri cultura; ut poma, & pira ex arboribus. Quandoque capitur pro ultimo, quod homo adipiscitur de suo labore, ut gustus, ut comestio, ut delectatio, ut nutrimentum, ut uitæ conseruatio. Sicut etiam in moralibus & spiritualibus uirtutes dicuntur quandoque fructus rationis, quandoque dicuntur fructus spiritus sancti, quandoque ipsa fœlicitatis fruitio. Hæc eliciũtur. 1.2.q.70.art.1. Sicut autem Noe fuerunt fructus uineæ, primo uua. Secundo uinum. Tercio potus. Quarto delectatio. Quinto inebriatio. Sexto denudatio. Septimo filij derisio. Sic dicemus, qui sunt fructus, quos CHRISTVS suscepit de

Psa. 79.b.

Fructus capitur multis modis.

sua uinea, & cum declarabimus tertiam rationem, quæ promissa est in principio huius figuræ, scilicet quòd CHRISTVS *fuit in* Noe *ratione inebriationis, & denudationis. Est igitur notandum, quòd status uineæ* CHRISTI, *idest ecclesiæ est duplex scilicet sub ueteri lege, & sub noua. In primo statu dicitur synagoga in secundo dicitur ecclesia. Prima dicitur synagoga Iudæorum, secunda ecclesia christianorum. Sed sicut* Noe *plantauit uiniam, & habuit unū filium patrem deridentem, & duos cooperientes, sic ista per istos designantur istæ duæ, scilicet synagoga, & ecclesia. Vnde per Cam significatur synagoga, & per Sem et Iaphet significatur ecclesia, quæ ex duobus populis constituitur. Sicut autem est unus* Noe *tantum, ita est unus* DEVS *plantatur utriusque, scilicet synagogæ, et ecclesiæ, unam plantauit sub lege ueteri, alteram sub lege noua. 1.2.q.98.ar.2. Primam plantauit per angelos. ea.q.arti.3. mediante* Moyse. *ead.q. arti.6. Secundam uero, idest ecclesiā* DEVS *plantauit per* CHRISTVM. *ead.q.arti.1. in* R. *Vtraque tamen bona, & à bono* DEO, *& à bono ministro, & ad bonum finem. ead.part.q. 107.ar.2. & 3. Est tamen notandum unam, scilicet synagogam præuaricatam esse, et de ea potū* CHRISTVM *gustasse, sed non bibisse: de altera, scilicet christianorum ecclesia gustasse, bibisse, & inebriatum fuisse, & denudatum, atque illusum. Circa primam uineam, scilicet synagogam est diligēter notandum, quomodo plātatur, scilicet à* Noe, *qui significat* CHRI-

Duæ sunt vineæ Synagoga, scilicet & ecclesia.

STVM, *qui illuditur à Cam, idest à Iudæo hæretico, qui ideo dicitur hæreticus, dum eius populi doctor falsè sacram scripturam interpretatur, ut patet.* 1.2.q. 108.ar.2.&.R.3. *Et quia dictum est, uineā figurare synagogā ratione fructificationis, dico, quòd eius fructus, idest potum* CHRISTVS *gustauit, sed noluit in cruce bibere; et hoc* CHRISTVS *noluit, quoniam (teste Moyse) quatuor peccata maxima commisit contra gustum* CHRISTI. *Quæ peccata exprimit, dum inquit, Vua eorum uua fellis, Botrus eius botrus amarißimus, fel draconum uinū, & uenenū insanabile.* Per hæc quatuor notantur. Primo quatuor, qui in paßione offenderūt CHRISTVM. Primi fuerunt populares, et simplices peccantes per ignorātiā, et isti in potu præsentauerūt CHRISTO uuam fellis.i. amaram ut fel. Secūdi fuerūt religiosi.s. Saducæi, scribæ, & pharisei, qui præsentauerunt CHRISTO botrum amarißimum. Tertij fuerūt principes sacerdotū, qui præsentauerunt CHRISTO potum, de quo inquit Moyses. Fel draconum uinum eorum. Quarti fuerunt pontifices.s. Anna & Cayphas, de quibus ait Moyses. Vinum eorum uenenum aspidum insanabile. Ecce, quomodo habemus quatuor, qui præsentauerunt CHRISTO iuxta Marcum mirrhatum uinum, et non potum ad refrigerium, sed potius ad afflictionem. Vnde primi præsentauerunt CHRISTO uinum fellis, secundi botrium amarißimum, tertij fel draconum, quarti uenenū aspidum insanabile. Secundo notantur quatuor modi, quibus synagoga Iudæorum of-

Deu.c.32 e

Quatuor fuerūt mēbra Synagogæ, que peccauere cōtra Christū in eius passione.

Deu.32.e

Deu.32.e

Ioan.19.f

Quatuor modis synagoga iudæorũ offẽdit Christum.

fendit CHRISTVM. Primo nanque supradicta quatuor membra Synagogæ CHRISTO detraxerunt, scilicet opera eius uel negando, uel eis derogãdo, uel dyabolo attribuendo, uel ipsum peccatorem dicendo, uel amicum peccatorum, uel publicanorum, ac uoratorem substantiæ uiduarum asserendo. Secundo supradicta quatuor membra CHRISTO insidias parauerunt, scilicet ipsum obseruando, ipsum per se, & per suos ministros temptando, & eum in sermone capere credendo. Tertio supradicta membra quantum in se fuit, CHRISTVM de supercilio præcipitauerunt. Quarto supradicta membra, quantum sua interfuit, CHRISTVM lapidauerunt. Tertio synagoga offendit CHRISTVM in quatuor. Primo infamia, & honore ipsum criminando, in priuato ipsum calumniando, in iudicio de falso accusando, & contra eum falso testificãdo. Secundo in discipulis, quos coegerunt fugere, & Petrum suum uicarium negare. Vnde si omnes timore scandalizati sunt, synagoga fuit in causa. Secundo synagoga offendit CHRISTVM in propria persona ipsum crucifigendo non contenta de flagellatione, & coronatione. Tertio synagoga offendit CHRISTVM benedictum, in quo omnes debebant benedici, ipsum blasphemãdo, scilicet ore scribarum, ore phariseorum, ore principum, ore latronum, ore astantium, ore transeuntium. Quarto synagoga offendit CHRISTVM per quatuor scelera peccato dyaboli grauiora. Dæmon enim nitebatur impedire per Pylatum, & eius uxorem mortem CHRI-

Quatuor sunt illa, ĩ quibus synagoga offẽdit Christum.

Quatuor modis synagoga fuit nequior dyabolo, illo impediente mortẽ

STI, scilicet ne moreretur, & synagoga quatuor modis superauit dyabolum tractando mortem CHRISTI. Primo synagoga Iudæorum dyabolo nequior tractauit mortem CHRISTI per peccatum seditionis tanquàm per medium sufficiens. Quod quidem peccatum imposuit CHRISTO synagoga, quando in consilio impiorum dixerunt suscitato Lazaro: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & uenient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem. Et sicut determinauerunt in suo impio consilio, ita ipsum accusauerunt apud Pylatum tanquàm reum mortis propter peccatum seditionis dicentes. Nunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem censum dari Cæsari, & dicentem se CHRISTVM regem. Hi enim imponentes hæc tria falsa CHRISTO, ipsi CHRISTO præsentauerunt uuam fellis, idest amaritudinem ad similitudinem fellis in mente propter eorum peccatum, quod committebant effecti dyabolo nequitiores, ipsius CHRISTI mortem procurantes, quam dyabolus impediebat. Secundo synagoga Iudæorũ dyabolo fuit nequitior, quia tractauit mortem CHRISTI per peccatum blasphemiæ et usurpationis. Cum enim Pylatus examinasset eum, inuenissetq; innocentem, dixissetq;, quòd eum corriperet, & correptum dimitteret; responderunt Iudæi. Nos legem habemus & secundum legem nostrã debet mori, quia filium DEI se fecit. Cũ ergo peccent grauius primis, ideo suum peccatum describitur

Chri, illa vero mortem procurando.

Ioan. 11. f

Luc. 23. a

Ioan. 19. b

sub similitudine amaritudinis botri. Nam botrus differt à grano & acino. Granis enim onustus est acinus, cio è il grapo: botrus cutem componitur ex multis acinis simul colligatis, quem botrum nos uulgariter dicimus un rozzo. Modo sicut magna differentia est inter granum, seu acinum, & botrium; ita magna differentia est inter peccatum imponentium CHRISTO seditionem, & imponentium sibi blasphemiam, & deitatis usurpationem. Ideo de secundis loquens Moyses loquitur sub superlatiuo gradu, cum ait. Butrus eius, idest peccatum est butrus amarißimus. Tertio synagoga Iudæorũ nequior diabolo, quia ipsa tractat mortem CHRISTI, quam diabolus nititur impedire. Tractat enim hanc mortem per mediũ obstinationis, & puxillanimitatis. Nam Pylatus cum uellet CHRISTUM omnino liberare, sic primo ipsum misit ad Herodem, qui non ut reum mortis, sed
Luc.23.b ut fatuum eum ad Pylatum remisit. Qui Iudæi ut ob-
Luc.23.c Mat.27.c stinati clamauerunt. Crucifigatur, crucifigatur. Tunc Pylatus uidens hoc modo non posse Iudæos satiare, secundo modo uolens ipsum liberare, fecit eum ad columnam ligari, & flagellari, quo flagellato ipsum osten-
Ioan.19.a dit populo dicens. Ecce homo. At illi, ut canes rabidi
Ioan.19.c clamauerunt. Tolle, tolle, crucifige eum. Videns uero Pylatus hoc modo non posse eum liberare, tertio eũ ut fatuum fecit indui ueste purpurea, idest imperiali, & fecit eum coronari corona de spinis, & poni in sede regali ad sedendum cum sceptro arundineo in manu: ad quem uenientes milites Pylati genuflexo ipsum saluta-

bant, dicentes. Aue Rex Iudæorum, & accipientes arundinem de manu sua percutiebant caput coronā capiti imprimendo spinis cutem uulnerantibus cum sanguine per faciem discurrendo. Quo facto ipsum præsentauit populo dicens. Ecce Rex uester. Qui uno ore clamantes dixerunt. Crucifige, crucifige eum. Quibus Pylatus ait. Regem uestrum crucifigam? At illi respondentes dixerunt. Non habemus Regem, nisi Cæsarem. Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnes enim qui se regem facit, contradicit Cæsari. Quibus auditis Pylatus timuit, et per Iudæorum obstinationem factus fuit puxillanimis, & deliberauit condemnare CHRISTVM. Hoc autē peccatum tertiū fuit maius secundo; quod declarat Moyses dicens. Fel draconum ninum eorum. Quāuis enim fel ubique sit magnæ amaritudinis, fel tamen draconis superat omnem amaritudinem: & ideo sicut amaritudo fellis draconis superat amaritudinem uuæ & botri, sic hoc tertium peccatum synagogæ Iudæorū est maius peccato impositionis seditionis, & peccato impositionis usurpate deitatis. Quarto synagoga Iudæorū quærens mortem CHRISTI, qnam intendebat impedire diabolus, cœpit hanc mortem tractare per medium simulatæ iustitiæ, & imprecationis supra se, & super filios imprecādo omnem pœnam substinendā à DEO, & ab homine; quasi dicerent. Hic tam iustè moritur, quòd non est peccatum ipsum occidere, sed est meritū; & si dubitas eum iustè non mori, nos omnem pœnam infligendam à DEO, & ab homine inuocamus super-

Ioan.19.a

Ioan.19.c

Deut.32.c

nos, & super filios nostros. Cum enim Pylatus perciperet, quòd per tria remedia non posset CHRISTVM liberare, de manibus iniq; synagogæ, adhuc cœpit quartam uiam. Erat enim consuetudo, quòd omni anno Pylatus donaret populo unum incarceratum, quem uellent. Vnde Pylatus sciens populum odire Barrabam homicidam, & seditiosum, sperans, quòd peterent IESVM, & non Barrabam dixit populo. Secundum laudabilem consuetudinem ob reuerentiam festiuitatis uestræ debeo uobis dimittere unum incarceratum, quem uelitis, nunc autem habeo tantum duos, scilicet

Mat. 27. c IESVM Nazarenum, qui dicitur CHRISTVS, & Barrabam, quem uultis uobis dimitti ex his duobus? Tunc principes sacerdotum, scribæ, & pharisei persuaserunt populo ipsum subornantes, ut Barrabam peterent. Cum autem Barrabam petiuissent, dixit Pylatus.

Mat. 27. c Quid igitur faciam de IESV? Responderunt. Crucifigatur. Quibus Pylatus ait. Quid enim mali fecit? At illi magis, ac magis clamantes dicebant. Crufigatur.

Mat. 27. c Tunc Pylatus lauans manus suas coràm toto populo dicebat. Innocens ego sum à sanguine iusti huius. Qui clamantes dixerunt uerbum pessimum, scilicet sanguis

Mat. 27. d eius sit super nos, & super filios nostros. Et consumata malitia Sinagogæ IESVS condemnatus fuit ad mortem crucis. Hoc autem Synagogæ quartum peccatum fuit tribus præcedentibus grauius. Cuius grauitatem in-

Deut. 32. e sinuans, Moyses sic ait. Vinum eorum scilicet de synagoga uenenum aspidum insanabile. Nam à quacunque amaritudine potest homo rimediare per lotionem oris,

uel ꝑ impositionē dulcium, uenenum autem aspidū tantæ est malitiæ, quòd dicitur per Moysen insanabile. Inuocauerunt enim super se quantum ad culpam, et quantum ad pœnam ultionem mortis, et aspersionis sanguinis CHRISTI. Non igitur mirum si CHRISTVS noluit eorum uinum myrrhatum bibere sed tantū gustare, quoniam etiā ipso in cruce existente non cessabant à blasphemijs. Vnde dicitur de eis in Psal. Quorum os maledictione plenum est, ueloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, uenenum enim aspidum sub labijs eorum. Et sic habemus primam uineam, scilicet synagogam, cuius potum CHRISTVS noluit bibere. Psal.13.b Psal.13.b. & 139.a

Circa secundam uineam, idest ecclesiam catholicam dicam pauca, quoniam multa dixi in opere quadragesimali. Ad presens autem dico unum, quòd à summo agricola, scilicet DEO fuit plantata. Et quia opera trinitatis à dextra sunt indiuisa, dico, quòd hanc uineam plantauit pater, spiritus sanctus, & patris filius, scilicet secundum naturam diuinam, sed secundum naturam humanam CHRISTVS est huius uineæ uitis; apostoli sunt palmites, pater agricola est. Hæc est sententia CHRISTI in euangelio. Sicut ergo Noe plantando uineam figurauit CHRISTVM, sic Iacob cum duodecim filijs figurauit duodecim palmites, idest duodecim apostolos primitiuæ ecclesiæ. Et sicut synagoga tantum creuit in duodecim patriarchis, ut repleret totam terram promissionis; sic ecclesia CHRISTI uinea in toto orbe diffusa est; sed aliter synagoga, & aliter ecclesia CHRISTI. Primo nanque syna- Secūda uinea est ecclesia catholica. Nota xvj differen.

tias inter vineā iudæorum, & vineam Christi.

goga ut uinea creuit in terra terram Chananæorum implens: ecclesia uero christianorum creuit in cœlo cœlum replens. Vnde filijs synagogæ promittuntur terrena, ut pax, temporale dominum, uita longa, proles, panis, uinum, & oleum: sed filijs ecclesiæ promittuntur cœlestia. par. 2. q. 99. ar. 6. Secundo synagoga creuit semine corporali, ecclesia creuit semine spirituali. Spiritus enim sanctus de cœlo missus super apostolos fuit semen, quo ecclesia generauit filios, qui ex DEO nati sunt. Tertia synagoga creuit sanguinem coagulando, scilicet in utero matrum, ecclesia autem creuit proprium sanguinem effundendo. Quarto synagoga creuit uitam tuendo, ecclesia uerò creuit mortem sustinendo. Quinto synagoga creuit comedendo panem maternalem, ecclesia creuit edendo panem spiritualem, scilicet uerbum DEI. Sexto synagoga creuit in pane angelorum, ecclesia uero creuit in pane corporis DEI deorum. Septimo synagoga creuit in pane de cœlo, sed ecclesia in pane supra cœlum. Octauo synagoga bibit aquam de petra meram, ecclesia uerò bibit aquam de latere CHRISTI sanguine mixtam. Nono synagoga transit mare, et Aegyptij suffocantur, ecclesia transit à statu damnationis ad statum salutis. Decimo synagoga pergit ad regna Chananæorum, ecclesia autem pergit ad sedes beatorum. Vndecimo synagoga in uno regno coronatur, ecclesia in plurima regna dilatatur. Duodecimo synagoga ab inimicis expugnatur, et ad seruitutem coartatur, ecclesia uerò in medio inimicorum dominatur in uirga, quæ de Syō destinatur. Tertiodecimo syagoga regno, & sacerdotio

Secunda differētia. Ioan. 1. a

Tertia differentia.

Quarta differētia. Quinta differētia.

Sexta differentia. Septima differētia.

Octaua differētia.

Nona differentia.

Decima differētia. Vndecima differentia. Duodecima differentia. Tertiadecima differentia.

& sacerdotio priuatur, ecclesiæ uerò sacerdotium in æternum formatur. Quartodecimo synagoga accipit legem in tabulis lapideis, ecclesia autem legem accipit in tabulis cordis, quia illa seruit timore, ista seruit amore: illa compellitur, ista trahitur. Quintodecimo synagoga præstolatur illum, qui promittitur, ecclesia uerò fruitur eo, qui conceditur. Sextodecimo à synagoga promittitur ubertas fœcunda ad instar arenæ maris, & stellarum, ecclesia uerò promittit prolem ad similitudinem angelorum. Ecce quomodo utraque uinea crescit, scilicet synagoga Iudæorum, & ecclesia christianorum, sed aliter, & aliter. Secundum quod ego dico de uinea CHRISTI est, quòd sicut Noe de uinea per ipsum plantata uinum bibit, quo fuit inebriatus sic, CHRISTVS fuit inebriatus uino ecclesiæ potato. Quod autem sit illud uinum, dico quòd est amor propter quinque rationes, scilicet ratione calefactionis, ratione delectationis, ratione nutritionis, ratione restaurationis, & ratione inebriationis. Vinum enim habet uim calefactiuam, habet uirtutem nutritiuam, habet uirtutem restauratiuam, habet uirtutem inebriatiuã. Prima igitur ratio quare amor assimiliatur uino est ratione calefactionis, quia uinum habet uirtutem calefactiuam. Est enim complexionis calidæ, & potanti stomacum calefacit, & demum cætera membra. Sicut enim uinum calefacit bibentem, sic amor amantis facit amatum amare. Vnde Seneca epist. nona introducit dictum notabile Hecatonis philosophi sic inquientis. Ego ostendam tibi amatorium sine medicamento, sine uerbis, sine ullius ueneficæ

Quartadecima differentia.

Quintadecima differentia.

Sextadecima differentia.

Prima rõ.

Dictũ Hecatonis philosophi.

carmine, si uis amari, ama. Quemadmodum enim mulier lactando filium infundit in corde infantis amorem, sic qui amat, infundit amorem in corde amati. Amor igitur amantis est ueluti uinum calefaciens bibentem in ipso amato. Secunda ratio quare amor assimilatur uino est ratione delectationis. Dum enim uinum bibitur, gustus delectatur suauiter, sed dum est potatum delectat utiliter, sic est de amore, quoniam dum amor uertitur circa amatum, ut amicus fiat, sic amans delectatur suauiter. Sed cum amatus factus est amicus, tunc amans delectatur utiliter. Vnde Seneca epistola nona inquit. Quod interest inter metentem agricolam & serentem, hoc interest inter eum, qui amicum parauit, et qui parat alios. Athalus philosophus dicere solebat. Iocundius esse amicum facere, quàm habere, quemadmodum artifici iocundius est pingere, quàm pinxisse. Illa in opere suo occupata sollicitudo ingens oblectamentum habet in ipsa occupatione. Non æque delectatur, qui ab opere perfecto remouet manum, iam fructu suæ artis fruitur, ipsa fruebatur arte, cum pingeret. Fructuosior est adolescentia liberorum, sed infantia dulcior. Ratio autem huius comparationis est, quoniam illud est magis delectabile, et suauius, quod est magis proprium, sed magis proprium charitatis est amare, quàm amari, ut. 2. 2. q. 27. ar. 1. in R. ideo sicut delectabilius est uinum dum bibitur, sed ut bibitum est utilius, sic iocundum est amicum facere, sed utilius est fecisse: sic igitur amor assimilatur uino ratione delectationis, & fruitionis. Tertia ratio quare amor uino assimilatur, est ratione

Secũda ratio.

Tertia rõ

restaurationis. Cum enim calor naturalis continuò agat in humidum radicale; & econuerso natura debilitetur, & uirtus naturalis remittetur, uinum optimum moderatè sumptum cito restaurat, & confortat naturam, & quod est deperditum, restaurat uirtute suæ caliditatis, et humiditatis, quibus abundat. Sic autem accidit spiritui nostro. Nam continuo caro concupiscit aduersus spiritum, & ob hoc contingit, quòd etiam septies in die cadit iustus, scilicet uenialiter; propter quæ peccata uenialia non priuatur spiritus gratia & charitate, sed debilitatur feruor, & paulatim disponitur ad peccatum mortale. Sicut autem uino restauratur uirtus naturalis, sic per charitatem restauratur uirtus spiritualis, scilicet feruor, & ipsorum uenialium peccatorum remißio. Hanc autem spiritualem restaurationem operatur charitas tribus modis applicando medelam spiritui. Primo modo per illa, per quæ infunditur gratia, ut per omnia sacramenta nouæ legis, & præcipuè per confeßionem, baptismum, euchareſtiam, & extremam unctionem. Secundo modo charitas applicat spiritui medelam per illa, quæ fiunt cum aliquo motu in deteſtatione peccati, ut generalis contritio, generalis confeßio peccatoris, dominicalis oratio, in qua dicimus dimitte nobis debita nostra. Tertio modo charitas applicat spiritui medelam per illa, quæ fiunt cum motu reuerentiæ diuæ, ut est benedictio episcopalis, benedictio sacerdotis in missa, aspersio aquæ benedictæ, associatio corporis CHRISTI, quando portatur ad infirmum, uel personalis pœnitentia, quando infirmus inungitur, ut uisitatio ec-

Ad Gal. 5.c.

Prou. 24. b

Tres modi, p quos remittuntur peccata uenialia.

Primus modus.

Secundus modus.

Tertius modus.

clesiæ consecratæ, uel altaris consecrati. Sicut enim per hæc tria remittuntur peccata uenialia, sic per charitatem restauratur uirtus spiritualis. Quarta ratio quare amor assimilatur uino, est ratione nutritionis. Vinum enim optimum, ut uernacia, ut maluaticum, ut terbianum habet in se uirtutem nutritiuam: sic etiam amor spiritualis spiritualiter animam nutrit, spiritualiter auget in amore, scilicet quantum charitatis amor potest nutriri, uel augeri. Ad hoc autem declarandum est sciendum, quòd quatuor respectibus possumus considerare charitatis augumentum, scilicet respectu obiecti, respectu subiecti, respectu habitus, & respectu actus. Primo enim consideratur augumentum amoris habendo respectum ad obiectum, idest ad rem amatam, ut si hodie diligo DEVM, & cras diligo DEVM, & hominem, & post cras diligo amicum, & inimicum, dicatur charitas nutriri, & augeri. Qui quidem modus non est rationalis, quoniam minima charitas se extendit ad omnia diligenda explicitè, uel implicitè. 2.2.q.24.art.2.in me. R. Secundo consideratur hoc augumentum amoris respectu subiecti. Sed cum non sit, nisi subiectum charitatis, scilicet mens humana, & cum una mens hominis non possit alteri addi, ut sic augeatur, constat, quòd respectu subiecti charitas non sit augumentabilis eo.argu. Tertio consideratur augumentum charitatis respectu habitus, scilicet prout habitus charitatis firmius radicatur in subiecto uno tempore, quàm, alio.ea.q.ar.4.argu.3.in fi. Quarto consideratur hoc augumentum respectu actus, ut cum charitatis actus quodam

Quarta ratio.

Quatruplici respectu cõsideratur charitatis augumentũ.

Primus respectus.

Secundus respectus.

Tertius respectus.

Quartus respectus.

feruentiori modo producitur feruentiori modo uno tempore, quàm alio. ea. q. art. 6. in R. cum arg. 1. & 2. Visis igitur his quatuor, uideamus quid circa DEVM, & æternam beatitudinem sit præcipue diligendum, quo charitas nutriatur, & nutrita augeatur siue in subiecto per modum habitus firmioris, siue per modum actus feruentioris. Et dico, quòd sicut uinum nutrit, & uirtutem restaurat, non per unam guttam imbibitam, sed per multas primis guttis descendentibus & una ultima uel uno actu ultimo reducentibus ad actum: sic etiam fit de charitate. ea. q. arti. 6. arg. 2. Modo actus charitatis quandoque motu recto tendit in proximum, quem ego amo, & qui amat, scilicet uolendo eidem bonum hoc, scilicet charitatem: quandoque motu obliquo uertitur, & reflectitur in me, dum scilicet percipio in me charitatem ad DEVM, & proximum, hoc autem bonum, idest amor charitatis est bonum, quo charitas nutritur, et nutrita augetur. ea. par. q. 25. arti. 2. Sicut igitur uinum habet uirtutẽ nutritiuam, et consequenter augumentatiuam; sic charitas, dum amor nutrit amorem, & auget charitatem, & sic patet quarta ratio. Quinta ratio quare amor assimilatur uino est ratione inebriationis, quoniam uinum immoderate assumptum habet uirtutem inebriatiuam. Nanque Noe cum bibisset uinum, scilicet in magna quantitate; uel qualitatis magnæ potentiæ, fuit inebriatus. Verum quia de ebrietate sum locuturus, est imprimis declarandum, quid sit ebrietas, quia etiam dicitur, quòd fratres Ioseph in conuiuio per Ioseph parato biberunt, & inebriati sunt cum eo. Et ut habe-

Quinta rõ

Gen. 9. c.

Quomodo terra inebriatur.

Gen. 43. g.

Isai.55.c. *tur per Isaiam.* Terra inebriatur niuibus, & pruina. *Sic dico, quòd cum pluit, repente super terram aquæ discurrunt, & terram rigant balneando terram in superficie tantum. Sed cum pluuit suauiter, uel cum liquefiunt niues, uel imbres, non solum terra irrigatur in superficie, sed ipsa imbibit aquam, & omnes concauitates terræ, & cellulæ replentur aquis, & tunc cum partes terræ sunt sic plenæ, dicitur terra aquis inebriata. Sic etiam dicimus hominem inebriari uino cum ad intra est plenus uino:* Vt *autem reuertamur ad propositum, dicam signa ebrietatis, & applicabo ad propositum. Sunt autem signa ebrietatis tria.* Primum *ebrietatis signum est uini totalis occupatio, cum uir tantum bibit, quòd stomachus est uino plenus, cuius fumositate & uirtute repletum est caput, cerebrum, & omnes animæ uires. Sic amor uinum spirituale tunc hominem spiritualem dicitur inebriasse, cum omnes animi & corporis uires amore occupantur, scilicet uoluntas, intellectus concupiscibilis, irascibilis, & sensualis. iuxta illud.* Diliges *dominum* DEVM *tuum ex toto corde tuo, idest ex tota uoluntate tua, ex tota mente tua, idest ex tota intellectiua tua, ex tota anima tua, idest concupiscibili & irascibili, ex tota uirtute tua, ex tota fortitudine tua, ex omnibus uiribus tuis, idest quòd omnes actus nostri sint* DEO *obedientes.* 2. 2. q. 44. arti. 6. *Sed est qui dicat, da mihi unum talem ebrium amore diuino.* Respondens *dico, quòd dantur duo hoc præceptum implentes, scilicet compræhensor in prima, & hic implet præceptum perfectißimè.* In *hac autem uita, in qua sumus uiatores, da-*

Signa ebrietatis spiritualis amoris sũt tria. Primum ebrietatis signum.

Deut. 6. a. Mat. 22. d. Luc. 10. e. Mar. 12. d.

tur secundum, scilicet imperfectè. Quod per tale exemplum declaro. Est dux in prælio habens duos milites ad uictoriam, unus fit uictor, & aduersarium superat: alter autem pugnat sic fortiter, quòd ab aduersario non superatur: primus est miles in patria, secundus est miles in uia, qui & si non potest præceptum adimplere uincendo, sic tamen implet, quòd non uincitur. ead. q. art. 6. in R. *Sed quia in isto tractamus de* CHRISTO *filio* DEI *abscondito; & quia Noe est quarta figura animata, in qua fuit* CHRISTVS *absconditus, sicut figuratum in figura; Et quia* Noe *fuit uino uineæ inebriatus; sic etiam* CHRISTVS *debet declarari fuisse inebriatus sub isto primo signo, scilicet totalis occupationis iuxta præceptum* DEI *superius allegatum. Fuit igitur* CHRISTVS *uino uineæ suæ, scilicet amore totaliter plenus, & occupatus. Quis enim astrinxit patrem, ut mitteret filium suum in mundum, nisi amor? & quis astrinxit filium, ut descenderet in uterum uirginis, & de utero perigrinaretur per mundum, & de mundo ascenderet crucem, mortis dolores usque ad mortem passurus, nisi amor? Hic enim replebat suam uolitiuam simul, & intellectiuam, speculatiuam praticam, ita ut totum uellet, quod pater uolebat, & nihil uellet, nisi quod pater iuberet. Sed quid replebat illam appetitiuam, ut desideraret pascha manducare cum discipulis, nisi amor? Quid replebat animam illam tedio? Quid pauore superato? certe tantum amor. O amor qui uincis inuincibilem, & ligas omnipotentem, & immortalem facis mortalem, & impaßibilem facis paßibi-*

lem. O' quàm totaliter ipsum CHRISTVM *occupauit amor. Nam & si manus colaphizantium, manus alapis faciem percutientium haberent linguam, & interrogantibus quis tantam eis dedisset potestatem, rectè respondissent, non aliud quàm amorem. Præterea et si columna illa, ad quam ligatus flagellabatur, interrogata fuisset, non ne cum corona dixisset.* Amore *ligatur, amore flagellatur, amore uelatur; amore coronatur, amore mille puncturis uulneratur; amore totum corpus cruentatur.* O' *quàm generaliter totus amore inebriatur, dum in eo à planta pedis usque ad uerticem sanitas non reperiebatur.* Deficiunt *ne testes amoris?* Audiant, *qui testes quærunt, audiant testimonia iuramento sua testimonia confirmantia; uulnera dico pedum, uulnera dico manuum, uulnus dico illius sacri lateris.* Nonne *ista clamant, hic noster* CHRISTVS *est amore totus perfusus, & totus effusus, nec est confusus in uirginis utero infusus, quoniam totus amore circunfusus.* Quot *uulnera, quot flagella, quòd puncturæ, quot guttæ sanguinis, tot testes, tot uerissima amoris testimonia affirmantia extitere, quòd uerè fuit amore inebriatus, dum totus fuit amore repletus.* Et *sic patet primum signum inebriationis, quod est totalis occupatio.* Signum *secundum inebriationis spiritualis est sitis intensio.* Cum *enim uinum sit calidæ complexionis suo calore causat siccitatem, unde causatur sitis, quam cum homo conatur potu uini extinguere, bibit, & tunc magis inebriatur, & magis sitit.* Sitis *enim continuata est signum inebriationis, idest nimiæ uini repletionis.* Sic

Isai. 1. b.

Secundū ebrietatis signum.

etiam contingit de amore, Nam amatus semper desiderat amari, & similiter amicus ab amato. Vnde neuter contentatur amore semper desiderans maiorem amorem. Sic est de anima spirituali in hac uita, quæ cum amore diuino fuerit inebriata, quanto magis diligit DEVM, tanto amplius uellet ipsum diligere, et proximum propter DEVM, quoniam charitas in hac uita in infinitum potest augeri. 2.2.q.24.ar.7.in.R. Modo signum inebriationis CHRISTI amantis est desiderium amandi. Vnde hoc signum ostendit in orto orans, quando sudor eius factus est, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Luc.22.e Quæ nam causa fuit CHRISTVM sudare, et sudasse sanguinem, non nimia repletio cibi, neque potus, non uirtutis, uel complexionis debilitas, non inordinatus calor. Quæ igitur causa tanti & talis sudoris, forte (ut quibusdam placet) fuit timor futuræ passionis: & isti pro se adducunt ad suum propositum illud Euangelistæ. Accessit angelus cōfortans eum, & factus est in agonia. Mat.26.e Dicunt enim quòd agonia est timor de malo sine spe prouisionis. ut 1.2. q.41.ar.4. Sed contra Angelus confortauit eum, aut ista confortatio fuit ostendendo impossibilitatem futuri mali passionis, aut ostendendo ipsius passionis possibilitatem, non primum, quia sic non confortasset illam sensualitatem, sed debilitasset; nec secūdum, quia iam dixerat illud. Si non est possibile, ut transeat calix iste à me, nisi bibam illum, fiat uoluntas tua. Quæ igitur confortatio fuit ista tantum, & talem causantem sudorem? Nota bene, quia confortatio fuit facta

CHRISTO *orante, quo etiam orante facta fuit transfiguratio, in qua apparuerunt duo, scilicet Moyses & Helias lugentes cum eo de ecceſſu, quem complecturus erat illis diebus. Qui quidem exceſſus erat amoris, quem exceſſum per paßionem erat complecturus illis diebus. In qua paßione oſtendit ſuum amorem, quem amorem tantum bibit, quòd inebriatus fuit. Suſcepta autem angeli confortatione, ſcilicet propter ſalutem totius mundi ſequendam ex morte ſua ſummo deſiderio, & ſpirituali ſiti ſitibundus ſudauit ſanguinem, non operatione naturali, ſed diuina: ſicut corpus uirtute diuinitatis unitæ humanitati emiſit ſpiritum, quem aſſumpſit. par. 3. q. 50. arti. 3. arg. 1. Vnde illa confortatio angeli non fuit per modum inſtructionis, uel perſuaſionis, ſed facta fuit ad demonſtrandam proprietatem humanæ naturæ. ead. par. q. 12. art. 4. argu. 2. & ad demonſtrandam uirtutem rationalis animæ, quæ amore ſalutis humanæ ſubiciebat ſenſualitatē pœnis, factus fuit in agonia, non in parte rationali, ſed in ſenſitiua tantum. ea. par. q. 18. ar. 6. arg. 3. Vnde ſicut uidimus eū plenū gratiæ et ueritatis, ita uidimus plenum charitatis amore, quo inebriatus oſtendit ebrietatem ſpiritualem per continuatam ſitim deſiderij amantis, quod eſt ſecundum ſignum declarandum. Tertium ſignum ſpiritualis ebrietatis eſt inebriati denudatio. Ad huius ebrietatis declarationem dico, Holofernem fuiſſe inebriatum uino, & à muliere decapitatum. Noe patriarcha uino fuit inebriatus, & fuit denudatus à filio, & à filio illuſus. Sed* CHRISTVS *ine-*

Mat. 17. a
Mar. 9. b
Luc. 9. d
Ioan. 1. b
Tertium ebrietatis ſignum.
Iud. 12. d & 13. a
Gene. 9. d

briatus uino amoris qualiter fuerit denutatus, audite.

Vt paßio sua esset uerè pœnalis secundum omnem rationem pœnalitatis uoluit omnino expoliari, immo denudari. 32. uestimentis. Primo corporali uestimento, scilicet clamide, seu palio in quatuor partes diuiso, tunica inconsuptili sortibus submissa, ueste alba in signum fatuitatis ab Hærode tradita; ueste purpurea, in qua à militibus Pylati fuit illusus, et coronatus. Vnde caro illa nullo uestimento tegebatur, nisi pelle totaliter lacerata, & sanguinis, seu cruoris undique aspersa, & hoc singulari misterio, ut scilicet nemo futurorum hæreticorum suam hæresim posset palliare, & humanitatem illudere, asserendo corpus illud non fuisse carneum, sed uel cœleste, uel fantasticum, aut imaginariũ. Vnde sic inebriatus charitatis amore per corporis denudationem prouidebat futuris hæreticis. Secundo uoluit denudari beneficiatorum ornamento. Est nanque singulare ornamentum turba uirorum & mulierum acclamantium confitendo beneficia suscepta, quæ si beneficiati confitendo comparuissent ipsum associando, plures fuissent excusantes, quàm accusantes; plures fuissent testes ueritatis, quàm falsitatis, plures fuissent benedicentes suam diuinitatem, quàm blasphemãtes suam humanitatẽ; plures fuissent petẽtes CHRISTVM, quàm postulãtes Barrabam; plures fuissent clamantes, dimittatur innocens, quàm clamantes crucifigatur, crucifigatur. Sed (heu) uel omnes fugerunt, uel tacuerunt, nemo peccatorum, cui dimiserit peccatum, comparuit, nemo dæmoniacorum, nemo ex

Christus fuit denudatus. 12. vestibus.

Denudatio primæ vestis.

Denudatio secundæ vestis.

paucis panibus saturatorum, nemo cæcorum, nemo surdorum, nemo aridorum, nemo contractorum, nemo claudorum, nemo leprosorum, nemo ydropicorum, nemo paraliticorum, nemo febricitantium, nemo morientium, nemo mortuorum, nemo ausus est loqui. Tertio fuit denudatus apostolorum collegio. Decus & ornamentum doctoris est collegium bonorum discipulorum, quibus CHRISTVS fuit ueluti uestimento preciosis margaritis onustus, quo decore tempore paßionis fuit denudatus. Nō tamen miror de septuaginta duobus discipulis eum relinquentibus, quando caro cruci affigebatur, quando sanguis undiquè effundebatur, quoniā ipsum relinquerunt, & retrorsum abierunt, cum eandem carnem prępararet in cibum, & sanguinem in potum. Sed miror de .xij. apostolis, qui ore unius, scilicet Symonis Petri clamauerunt. Domine ad quem ibimus: uerba enim uitæ æternæ habes in ore tuo, & nos credimus, quòd tu es filius DEI. Cum autem post auriculam abscissam uidissent quod futurum erat, abierunt ipso relicto. Dilectus autem Ioannes nudus, idest sine palio aufugit. Petrus uero feruentior CHRISTI non fugit, sed ter eum negauit. Ecce quomodo CHRISTVS ut alter Noe in signum ebrietatis amoris denudatus fuit, scilicet discipulorum, et apostolorum collegio. Quarto fuit denudatus consolatorum solatio, & consolationum condimento. Non solum humana pietas mouet hominem ad compatiendum homini in suo lecto morienti, sed etiam cogitur compati occisis in communi propter eorum mala opera. Vnde moriē-

[Margin: Denudatio tertiæ uestis. — Ioan.6.d.f — Ioan.6.g — Mat.26.f — Mar.14.f — Mat.26.g — Mar.14.g — Denudatio quartę uestis.]

dis, & occidendis succurrunt superuiuentes consolãdo primo cum lachrymis, & alijs signis compaßionis; quibus denudatus fuit CHRISTVS, *dum in cruce nemo compatiebatur, sed omnes, uel irridebant, uel mortem illam ut iustè inflictam approbabant. Secũdo consueuerunt superuiuentes consolari morientes ipsos commendando, quibus* CHRISTVS *fuit denudatus, dum ab omnibus, & etiam à latronibus maledicebatur, & blasphemabatur. Tertio consueuerunt superuiuentes consolari morientes potu, præstantes refrigerium, & maximè in morte crucis, quæ erat ualdè afflictiua propter continuam uulnerum dilatationem: Vnde Romani piè statuerunt, quòd dum malefactores ducebantur ad mortem, de uino optimo potarentur. Quarto refrigerio* CHRISTVS *fuit denudatus, quoniam iudices in porta ciuitatis sedentes non solum loquebantur contra* CHRISTVM *transeuntem, sed etiam cum tripudio bibebant uinum ei præparatum, ut adimpleretur prophetia Dauid in suo psalmo in persona* CHRISTI *dicentis, Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta, & in me psallebant, qui bibebant uinum. Quinto consueuerunt morientes capere consolationem, quando familiam suam relinqunt fido amico commissario: quo refugio* CHRSTVS *fuit denudatus, dum audiuit Petrum suum commissarium ter ipsum negantem. Sexto consueuerunt superuiuentes consolari morientes labia cum guttis aquæ balneando, quo refrigerio* CHRISTVS *fuit denudatus, dum spongiam felle, & aceto plenam cũ*

Supuiuẽtes succurrunt cõsolando mo riẽdis sex mod's.
Secundus modus.
Tertius modus.
Quartus modus.
Psal.68. c
Quintus modus.
Sextus modus.
Mat.27. f

calamo ori eius applicuerunt, ut uerificaretur propheta Dauid in persona CHRISTI sic in suo psalmo dicentis. Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Quinto CHRISTVS fuit denudatus propria uoluntate, non enim habuit propriã uoluntatem, qui ad patrem orando dixit. Non mea, sed uoluntas tua fiat. Sexto fuit denudatus uirtutum autoritate, quoniam durante paßione nullum miraculum fecit, nisi in principio captionis, quando auriculam Malco sanauit, & in fine, quando corpus spiritum emisit.

Psal.68.e

Denudatio quintę vestis.

Mat.26.e Mar.14.d

Denudatio sexti vestimẽti.

Septimo fuit denudatus angelorum potestate. Potuit enim rogare patrem, & sibi exhibuisset ultra.xij. legiones angelorum, quo subsidio fuit denudatus, ut adimplerentur scripturæ prophetarum. Octauo fuit denudatus animæ fœlicitate, & propria autoritate. Anima enim beata erat, & corpus poterat à quocunque lexiuo præseruare, & illa diuinitas poterat ad unicum actum uoluntatis ministros, & principes reprimere, quæ sua uoce dixit. Ego sum. Et fecit in orto retrocedere, & in terram cadere. Sed hoc adiutorio fuit denudatus, ne salus omnium impediretur. Nono fuit denudatus proprio iure. Nam ille idem est, qui moritur iniustè, quem iniustè quandoque uoluerunt lapidare, & quem de supercilio montis uoluerunt deicere, sed tunc eos impediuit, quia eam mortem non elegit, nunc autem huic morti non resistit, cedens proprio iuri, iure proprio denudatus, quoniam ad eam mortem crucis fuit propheticè figuratus. Decimo fuit denudatus debito honore, dum non ad mortem nobilium, sed ad

Denudatio septimi vestimenti.

Mat.26.f

Denudatio octaui vestimẽti.

Ioan.18.b

Denudatio noni vestimẽti.

Denudatio decimi vestimẽti.

mortem latronum inter latrones fuit in cruce eleuatus. Sic enim fuerat prophetatum de ipso. Et *cum iniquis deputatus est.* V*ndecimo fuit denudatus proprio uellere, ut agnus, ut ouis ductus ad sacrificium, sed ouis & agnus occidebantur in proprio uellere,* CHRISTVS *uero crucifigitur spogliatus omni tegime. Duodecimo fuit denudatus toto sanguine,* Noe *enim fuit nudus, & soporatus, & uino uitis inebriatus,* CHRISTVS *uero uino amoris, & charitatis.* Et *sic patet tertium signum inebriationis, & per consequens tota ista quarta figura.*

Mar.15.c

Denudatio vndecimi vestimenti.

Denudatio duodecimi vestimenti.

QVINTA FIGVRA *animata; in qua fuit absconditus* CHRISTVS *filius* DEI, *et uirginis* MARIAE *est Abrahã. Circa hanc quintam figuram est notandum, quòd* CHRISTVS *filius* DEI, *filius gloriosæ uirginis* MARIAE *fuit* DEVS *absconditus in Abraham tribus modis. Primo tanquàm in semine nasciturus. Secũdo tanquàm in fide duraturus. Tertio tanquàm in figura uenturus. Circa primum, in quo dico,* CHRISTVM DEI *filium &* MARIAE *uirginis esse uerè saluatorem Israel,* DEVM *uerè absconditum in Abraham tanquàm in semine nasciturũ. Nota, quòd sicut* DEVS *creando uniuersum in unaquaque arbore collocauit futuras arbores, et fructus in semine suo iuxta genus suum, & speciem.* V*nde in semine pomi habemus absconditum pomum, & poma: sic in semine cuiuscunque animalis habemus alia animalia abscondita: & sicut in ouo habemus pullũ abscon-*

Quinta figura animata.

Tribus modis fuit Christus ĩ Abraham absconditus.

Primus modus fuit in semine nasciturus.

ditum, sic etiam in semine uiri, & in sanguine mulieris habemus filios absconditos, uiro ministrante semen, & muliere præparante sanguinem. Et hoc modo filius est in patre absconditus, et antea fuit absconditus in auo, & per antea in proauo sic retrocedendo usque ad primum. Sic ergo Abraham fuit absconditus in Thare patre suo, & per Thare in Eber, e per Eber in Sem, & per Sem in Noe, & per Noe in Seth, & per Seth in Adam, sic CHRISTVS fuit absconditus in Dauid, & per Dauid in Iacob, & per Iacob in Isac, et per Isac in Abraham: unde dicitur filius Dauid, & filius Abrahã. Et hoc modo dicimus CHRISTVM fuisse in Abraham absconditũ tanquàm in semine nasciturum. Circa secundum. s. CHRISTVM DEI & gloriosæ uirginis MARIAE fuisse in Abrahã DEVM absconditum tanquàm in fide duraturum, est notandum, quòd tota ferè scriptura ueteris testamenti loquitur de fide Abrahæ, & de effectu fidei eius, per quam fidem, scilicet CHRISTVS redemptor Israel erat in animo Abrahæ absconditus. Ad huius autem fidei commendationem, & declarationem nota, quòd Abraham per fidem suam credidit DEO nouem. Videlicet integralem peregrinationem: Chananæorum dominationem: tutam protectionem: trinitatis, & diuinæ unitatis reuelationem; filij DEI incarnationem, spiritualem propagationem; corporalem generationem; generalem benedictionem; filij sui, scilicet Isac fœtum dandi. Circa primum, dico, quòd Abraham per fidem suam credidit DEO integralem peregrinationem

Gene. 3. p totum. Luc. 3. f. g

Matt. c. 1.

Secundus modus fuit i fide duraturus.

Abraham credidit Deo nouē

Abraham credidit Deo integralē peregrinationem.

tionem. Vbi est notandum, quòd ad integralem peregrinationem tria requiruntur, scilicet recessus à propria patria, accessus ad aliam, & propositum habitandi in aliena, & nunquam redeundi ad propriam. Hæc enim tria credidit Abraham DEO. Primo dum Thare pater Abraham ipsum eduxisset de Vr Chaldæorum. Secundo dum peruenisset Haram, ibique mansisset. Tertio dum fuisset uocatus à domino, dictumque fuisset illi. Egredere de terra tua, et de domo patris tui. s. proposito non reddeundi, & ueni in terram, quam mostrauero tibi scilicet proposito standi, ut exponit August. de ciuit. Dei lib. 18. cap. 3. & sic patet integralis peregrinatio, quam præcepit illi DEVS, & cui credidit Abraham integralem peregrinationem. Circa secundum, scilicet quòd Abraham per fidem suam credidit DEO Chananæorum dominationem. Cum enim DEVS uocasset Abraham extra patriam suam mortuo Thare patre suo promisit illi dicens. Faciam te in gentem magnam, & magnificabo nomen tuum. Cum autem peruenisset ad terram Chananæorum dixit illi DEVS. semini tuo dabo terram hanc: quod Abraham credidit. Cum autem fuisset reuersus de Aegypto, uenissetq; in Bethel postquàm fuit separatus à Lot nepote suo dixit illi dominus. Leua oculos tuos indirectum, & uide in loco, in quo nunc es ab Aquilone ad meridiem, ad Orientem, & occidentem omnem terram, quam conspicis, dabo tibi, et semini tuo in sempiternum. Et alibi magis distincte promittens ait. Semini tuo dabo terram hanc à fluuio Aegypti usque ad flumen magnum Eufra-

Ad itegralem peregrinationem tria requiruntur.

Gen. 11. d.

Gen. 11. d.

Gen. 12. a.

Abraham credidit Deo Cananæorũ dominationẽ

Gen. 12. a.

Gen. 12. b.

Gen. 13. d.

Gen. 15. d.

te, Cinæos, & Cenezæos, Cedononæos, & Hethæos, Pheresæos, Raphaym quoque, et Amorrhæos, & Chananæos, & Gergesæos, atque Iebusæos. Circa tertium quòd Abraham per fidem suam credidit DEO tutam protectionem. Cum enim Abraham fuisset reuersus à cæde quatuor Regum cum uictoria, redemissetq; Loth eius fratrem, idest filium fratris sui Aran, tunc factus est sermo domini ad Abraham dicēs. Noli timere Abraham, noli timere Abraham, ego protector tuus sum. Quod autem fuerit eius protector, apparet, quoniam primo DEVS eum liberauit de Vr Chaldæorum. Secundo dedit illi uictoriam contra quatuor Reges, qui ducebant Loth, & filios, atque omnem substantiam eius in seruitutem. Tertio eum liberauit de manibus Aegyptiorum, ne propter uxoris pulchritudinem interficeretur. Quarto ipsum liberauit de manibus Abymelech domino sibi apparente, & increpante. In his igitur ostendit Abraham fidem suam DEO promittenti tutam protectionem credendo. Circa quartum dico, quòd Abraham ostendit fidem suam DEO credendo trinitatis & diuinæ unitatis reuelationem. Cum enim habitaret in conualle Manibræ, & in feruore caloris diei in hostio tabernaculi sui uidit tres uiros stantes prope eum, & unum adorauit, scilicet in singulari numero dicens. Domine si inueni gratiam in oculis tuis, & ita etiam loquens DEO in hac uisione semper locutus fuit in singulari numero, perinde ac si uellet Abraham aperte dicere. Ego tres angelos in specie trium hominum uideo, per quos ego credo in diuinis trinitatem persona-

Marginalia: Abraham credidit Deo tutā protectionem. Gen. 14. d. Gen. 15. a. Gen. 14. d. Gen. 12. c. Gen. 20. b. Abraham credidit Deo trinitatis, & diuiæ vnitatis reuelationem. Gen. 18. a.

rum mihi reuelatam. Et cum in singulari numero loquor dicens (Domine mi) confiteor diuinitatis, & deitatis unitatem. Quod confirmat Hæbraica littera, quæ dicit. Vidit tres heloym, idest tres personas in diuinitate, & unum adorauit, scilicet Heloy, quod interpretatur DEVS in singulari numero sicut interpretatur DEVS Heloym in plurali numero. Dic ergo Hæbraice, & latine. Vidit tres heloym, idest tres personas in trinitate, quarum quælibet est DEVS, nec sunt tres dij, sed unus DEVS essentialiter, quia unum heloy adorauit, idest unum DEVM trinum, & unum; & sic in specie humanitatis credidit Abraham mysterium diuinitatis, teste Augu. de ciui. Dei lib. 16. c. 29. Circa quintum dico, quòd Abraham ostendit fidem suam credendo DEO filij DEI incarnationem. Cum enim esset filius DEI nasciturus de semine Abrahæ, hoc secretum reuelauit Abrahæ, qui noluit eum latere futurum incendium Sodomorum. Abraham autem filium DEI præcognoscens incarnandum spiritu prophetico, in quo filio in una persona debebant esse tria, scilicet natura diuina, anima & corpus: sic ad figurandum filium DEI in carne, & dominatorem uniuersæ carnis ædificauit altare ad figurandam præeminentiam, quam debebat in carne habere super omnes carnales. Ad figurandum uero tria in persona CHRISTI, scilicet naturam diuinam, animam, & carnem tribus uicibus in tribus locis distinctis ædificauit altare, primo cum intrasset terram Chanaam. Secundo cum peruenisset Luzam nomine, cognomine Bethel. Tertio iuxta conua-

Abraham credidit Deo filij Dei incarnationem.

Gen. 18. d.

Gen. 12. b.

Gen. 12. ante mediū.

Gen.13. in fine. lem Mambræ. Et sic non solum DEVS reuelauit sibi unigeniti filij sui incarnationem, sed trium unionem, scilicet naturæ diuinæ, & animæ, & carnis. Hanc fi-
Gen. 24. a dem incarnationis aperte ostendit Abraham habuisse, quando uocauit seruum suum principalem dicens. Pone manum tuam super femur meum, ut adiurem te per DEVM cœli, & terræ, ut non accipias uxorem filio meo Isac de filiabus Chanaam. Vnde per hunc modum iurandi, & adiurandi ostendit, quòd non solum credebat DEI filium incarnandum, sed etiam credebat, quòd debebat incarnari ex carne sua, quæ ex illo femore trahebatur teste Augu. de ciui. Dei lib. 16. cap. 33. Quod ut clarius intelligamus, quia femur est pars corporis posterior, uideamus quid per posteriora, et per anteriora intelligat sacra scriptura, & dico per anteriora intelligi diuinitatem, & diuina, per posteriora uero humanitatem, & humana. Cum enim Agar prægnans fugeret à facie Sara domina sua, & per angelum fuisset admonita, quòd humiliter reddiret ad dominam suã, tunc Agar erat prope funtem, & uocauit nomen domi-
Gen. 16. d. ni, qui loquebatur eam. Tu DEVS qui uidisti me, & ait profectò hic uidi posteriora uidentis me, propterea appellauit puteum illum puteum uiuentis, & uidentis me. Hæc sunt posteriora, quæ ostendit DEVS
Exod. 33. d. in fi. Moysi, quando ad ipsum ait. Videbis posteriora mea,
Exo. 33. d. faciem autem meam uidere non poteris. Et ratio, quia non uidebit me homo, & uiuet. Sic igitur Abraham ui-
Ioan. 8. g. dit diem CHRISTI, & uidit & gauisus est. Vnde ostendit fidem suam credendo filij DEI incarnatio-

nem. Circa sextum, quòd Abraham ostendit fidem suam credendo spiritualem propagationem. Cum .n. DEVS promitteret Abrahæ multiplicationem sui seminis, usus fuit duplici similitudine, scilicet arenæ maris, uel pulueris terræ, uel stellarum cœli. Nanque dixit DEVS Abrahæ. Faciam semen tuum sicut puluerem terræ. Si quis potest hominum numerare puluerem terræ, semen quoque tuum numerare poterit. Et alibi dicit dominus ad Abraham. Suspice cœlum, & numera stellas, si potes, sic erit semen tuum. Sed quia duæ sunt operationes, scilicet puluerum, & stellarum, sic duæ sunt propagationes, una quidem corporalis, quæ per puluerem, uel arenam significatur, altera est spiritualis, quæ per stellas figuratur. Spiritualis promißio tunc facta fuit, quando dictum est illi. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Corporalis uero fuit facta, quando dixit illi DEVS. Semini tuo dabo terram hanc. Sic igitur Abraham ostendit fidem suam credendo spiritualem propagationem. Circa septimum dico, quòd Abraham ostendit fidem suam credendo corporalem generationem, uel fœcundationem. Quod sic declaro, primo ostendendo, quod ipse Abraham licet esset uetulus, non tamen erat sterilis, quoniam ad instantiam Saræ uxoris suæ cognouit Agar ancillam eius, & genuit Ysmahelem. Cum autem genuisset ex promißione diuina Isac eo existente centenario, & Sara uxore sua existente nonagenaria, apparet, quòd non ipse, sed ipsa erat sterilis, & à DEO fœcundata. Mortua Sara, accepit aliam uxorem, ex qua genuit filios. Et sic esset fœcundus ante

Abraham credidit Deo spirituale propagationem.
Gen. 13.d.
Gen. 15.a.
Gen. 22.d.
Gen. 12.b.
Abraham credidit Deo corporale generationem.
Ge. 16.b.c
Gen. 17.e
Gen. 25.a.

natiuitatem Isac, siue in generatione Isac fuerit fœcundatus, ut pluribus placet, constat omnino, quòd non inane credidit fœcundationem siue suam, siue uxoris, siue utriusque. Augu. de ciui. Dei lib. 16. c. 28. Sed est, qui dicat, uerum est, quòd in sacro eloquio dicitur, Credidit Abraham DEO, & reputatum est ei ad iustitiam. Sed in alio loco dicitur. Cecidit Abraham in faciem, & risit in corde suo, putas ne centenario filius nascetur, & Sara nonagenaria pariet? Huic dubitationi respondet Aug. de ciui. Dei lib. 16. c. 26. dicens, quòd illa uerba non fuerunt uerba Abrahæ dubitantis, sed fuerunt uerba credentis, & præ gaudio exultantis, & admirantis. Et sic patet quomodo Abraham ostendit suam fidem DEO credendo corporalem generationem, & uxoris uetulæ, atque sterilis fœcunditatem. Circa octauum dico, quòd Abraham ostendit fidem suam DEO credendo generalem benedictionem. Facta enim fuit primo promißio benedictionis mortuo Nathor patre suo cum esset annorum septuagintaquinque, quando dictum fuit illi à domino. Magnificabo nomen tuum, erisq; benedictus. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque in te benedicentur omnes cognationes terræ. Cum autem imolasset filium uoluntariè, cuius uoluntatem dominus pro opere computauit, facta fuit promißio benedictionis. Vnde inquit dominus pro me ipsum iuraui, quia fecisti rem hanc, & non pepercisti filio tuo unigenito, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, sic ut stellas cœli, & sicut arenam, quæ est in littore maris. Credidit Abrahā DEO & re-

Gen. 15. a.
Gen. 17. c.
Abraham credidit Deo generalem benedictionem.
Gen. 12. a.
Gen. 22. c.
Gen. 15. a.

putatum est ei ad iustitiam. Nec frustra credidit, quoniam benedictus fuit in Agar ancilla, quæ genuit illi Ysmahel. Fuit benedictus in Sara uxore sua, quæ nonagenaria sibi Abrahæ centenario genuit Isac, quem etiam lactauit. Frustra non fuit facta promißio benedictionis Abrahæ, quoniam fuit benedictus in Ysmael, qui iuxta promißionem fuit benedictus in. 12. ducibus, quorum fuit pater promissorie, & effectualiter. Frustra non credidit Abraham DEO, quoniam fuit benedictus in domino, scilicet terræ Chananæorum promissorie, effectualiter autem fuit benedictus in populorum multiplicatione iuxta numerum arenæ maris, & stellarum cœli promissorie, effectualiter autem fuit benedictus non solum corporaliter, sed etiam spiritualiter, quoniam sicut in ancilla significatur populus paganorum, ita in Sara libera significatur populus Iudæorum. Et sicut in Agar figuratur lex uetus, idest uetus testamentum; ita in Sara libera figuratur nouum testamentum. i. lex gratiæ. Et sicut puluis, uel arena maris non potest ab homine numerari, sic numerus electorum pertinentium ad benedictionem Abrahæ numerari ab homine non potest. Sic igitur patet Abraham ostendisse fidem suam credendo generalem benedictionem. Circa nonum, dico, quòd Abraham ostendit fidem suam DEO credendo Isac fœtum dandi resurrectionem. Quare sit ista nona promißio, & incompoßibilis, audite. Quis nam credidit præmortuum generare, præmortuum multiplicare, præmortuum dominari? Vult enim DEVS Abraham credere sibi filium moriturum, & suis mani-

Gen. 16. c
Gen. 21. a.
Gen. 17. a. & 25. b.
Gen. 15.
Osee. 12.
Gen. 13. d. & 22. c.
Abraham credidit Deo Isac fœtum dandi.

bus occidendum generare, filios multiplicare, et crescere familiam, dilatare dominium. Quæ combinationes sic simul conueniunt, sicut sol, & pluuia; sicut album & nigrum; sicut calidum & frigidum; sicut lucidum & tenebrosum. Sed licet præceptum DEI sit propositio copulatiua, cōpositiua ex partibus repugnantibus, immo contradicentbus; attamen DEVS non præcepit incōpossibilia, & Abraham credidit DEO possibilia, & cōpossibilia. Dixit nanque DEVS semen tuū possidebit hanc terram Chananæorum: ueruntamē tolle semen tuum Isac præmoriturum, & offeras illum in holocaustum. Semen tuum multiplicabitur, sicut sunt stellæ cœli, & arena, quæ est in litore maris. Sed uolo, quòd tu Abraham primo manibus tuis semen tuum, quod est Isac, interficias, ac ad ignem in fumum conuertas. Semen tuum Abraham erit benedictum, & in ipso benedicentur omnes gentes. Volo tamen, quod illud semen, scilicet Isac offeras in holocaustū. Et si ista uidentur impossibilia nobis, sunt tamen possibilia DEO, apud quem non est impossibile omne uerbum. Cùm enim non sit impossibile DEO ex uno uetulo, scilicet Abraham centenario ex una uetula nonagenaria, scilicet Sara etiam sterili in iuuētute sua filium præstare, et in semine tuo multiplicare, nec nō et dominium, ac possessionem concedere; & cum non sit impossibile DEO mortuum suscitare, qui potuit totum mundum creare & omnem hominem ad suam imaginem facere, sequitur, quòd ipse possit Isac natum miraculosè suscitare, ipsumque multiplicare in semine suo,

ei quoque dare dominium terrarum Chananæorum. Vnde sicut poßibile fuit DEO infundere fidem, quæ non nisi per infusionem habetur. 2.2.q.6.ar.1. ita fuit poßibile DEO, quæ sunt incredibilia ut poßibilia, immo ut compoßibilia tradere ipsi Abrahæ, & illa inesse firmare. Ergo dicamus, quòd qui tantam fidem infudit, non informem, sed charitate informatam in Abrahā ipsum etiam lumine gratiæ, confortauit, ut actum tam arduum aggrederetur. Quàm arduum est filium occidere, occidere dico proprijs manibus, nō murmurando, sed hylariter nullum ostendendo signum tristitiæ, filium quippe dico non ancillæ, sed liberæ; filium datum ex promißione; filium dilectum, in quo omnes benedicentur uobis relinquo cogitare: Et sic patet, quomodo Abraham ostendit fidem suam nono credendo Isac fœcundandi resurrectionem. August. de ciuit. dei lib. 16. c. 32. Et sic patet per hæc nouem secundum declaratum modum, quòd CHRISTVS DEI, & uirginis MARIAE filius est uere DEVS, saluator Israel in Abrahā absconditus tanq̄ in fide duraturus. Circa tertiū q̧ CHRISTVS DEI & uirginis gloriosæ filius fuit uere DEVS in Abrahā absconditus tanquā in figura uenturus, dico, quòd cū esset Abraham annorum nonaginta nouem, dixit illi dominus. Ego sum, & pactum meum tecum, erisque pater multarum gentium, nec ultra uocabitur nomen tuum Abram, sed uocabitur Abraham, quia patrem multarum gentium constitui te, faciamque te crescere uehementißime, et ponam in gentibus reges, qui ex te egre-

Tertius fuit in figura venturus.

Gen. 17.2

Gen.17.c dicentur. Saray autem non uocabitur ultra Saray, sed Sara. Modo ad propositum reddeundo, sicut Abraham figurans est DEVS pater, sic CHRISTVS figuratus dicendus est pater; sed CHRISTVS DEI & gloriosæ uirginis MARIAE filius in Abraham figuratus, sic est uere pater sicut Isa.9.b Abramham pater; sed aliter, & aliter. Abraham enim fuit pater sæculi præteriti. sed CHRISTVS dicitur pater futuri sæculi. Quæ autem, & quot differentiæ sint inter sæculum præsens, cuius Abraham dicitur pater, & sæculum futurum, in quo CHRISTVS est pater, dico, nouem esse differentias. Prima differentia est, quia Abraham fuit pater tantum Iudæorum, CHRISTVS autem est pater omniū electorū. Nam & si Hæbreorum numerus magnus est, ita quòd in.xij. tribus diuisus ex qualibet tribu uiderit Ioannes, & audierit duodecim milia signatorū uidit etiam, et audiuit turbam magnam, quam denumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & linguis, & populis. Sicut autē Abrahā di citur pater omniū Hæbreorū, ita CHRISTVS pater futuri sæculi dicitur pater omnium electorum, cunctorum populorum. Secunda differentia inter patrem Abraham, & patrem CHRISTVM est, quia Abraham est pater gentiū multarum, CHRISTVS uero est pater plurimarū. Et ut hoc clare pateat, audiamus numerum filiorum utriusq; paternitatis. Et primo incipiamus ab Abraham: certe per angelum dictum est à DEO primo de semine uenturo ex

Noue dif- ferētiæ inter sæculū p̄sens, cuius pr̄ est Abraham, & sæculū futurū, cuius pr̄ est Christus.

Prima differentia.

Apoc.7.b

Secunda differētia.

Abrahā per Ismahelem. Super Ismahel quoque exaudiui te. Ecce benedicam te, & augebo, & multiplicabo eum ualde, duodecim duces generabit, & faciam illum crescere in gentem magnam. Secundo autem loquens DEVS de Isac dixit. Quia non pepercisti filio tuo unigenito, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, sicut stellas cœli, & sicut arenam, quæ est in litore maris. Quæ promißio clamat maximā quantitatem, non tamen infinitam, neque innumerabilem apud DEVM, quem nullum latet secretum, neque in sanctis in gloria, qui uidebūt numerum suum in uerbo. Sed est promißio maximæ multitudinis, innumerabilis ab homine uiatore per uirtutem naturalem citra reuelationem diuinam. Sed etsi accipiatur hic numerus non solū carnaliter, sed etiam spiritualiter pro omnibus saluandis in fide Abrahæ, ut August. de ciui. Dei lib. 16. c. 21. adhuc tamen dicimus, quod CHRISTI paternitas est maior paternitate Abrahæ. Nam ipse Abraham, & Thare patre suo cum omnibus patribus utriusque usque ad Aber, & usque Sem, & usque Seth, & usque ad Adam pertinent ad sæculum CHRISTI futurum, cum sit omnium redemptor, quomodocunque sint salui per fidem CHRISTI redemptoris habitam explicite uel implicite. 2. 2. q. 2. ar. 1. Tertia differentia inter paternitatem Abrahæ & CHRISTI est, quia Abraham fuit benedictus in humano semine, CHRISTVS autem fuit benedictus in humano sanguine. Semen Abrahæ fuit fæcundus ad generationem & multiplicationem; sanguis

Gen. 17.

Tertia differentia.

Apoc. 1. c autem CHRISTI sanctificauit, & mundificauit, quia ut habetur per Ioannem: CHRISTVS dilexit nos; & lauit nos in sanguine suo. Sicut enim magna est differentia inter seminare semen cum delectatione, & seminare sanguinem cum dolore: ita magna est differentia inter sæculum præteritũ Abrahæ, et sæculũ futurũ CHRISTI, & paternitatẽ Abrahæ, et paternitatẽ CHRISTI. Quarta differentia inter sæculum præteritũ & paternitatem Abrahæ, & sæculũ futurum, & paternitatem CHRISTI: quoniam Abraham propter uxorem bene tractatur, & ecclesia CHRISTI per CHRISTVM præparatur. Nam dixit Abraham ad Saram. Dic obsecro, quòd soror mea sis, ut bene sit mihi propter te, quod & factum fuit. Sed de CHRISTO dicitur. CHRISTVS tradidit semetipsum pro ecclesia, ut exhiberet sibi ipsi ecclesiam gloriosam non habentem maculam, neque rugam. Quinta differentia inter sæculum præteritum, et futurum, inter paternitatem Abrahæ, & CHRISTI, est, quòd filij Abrahæ nascendo procedunt de nõ esse naturæ ad esse naturæ, filij autem CHRISTI nascendo procedunt de non esse gratiæ ad esse gratiæ. Illi ut nascantur, generantur; isti, ut nascantur, baptizantur, iuxta illud Ioannis. Oportet nos nasci denuo, scilicet ex aqua & spiritu sancto. Sexta differẽtia est, quia in Abraham omnes nascuntur filij iræ, & tenebrarum, in CHRISTO autem nascuntur filij DEI, & filij lucis iuxta illud Pauli. Omnes

Quarta differẽtia

Gene. 12. &.20.

Ephe. 5. d

Quĩta differentia.

Io. n.3. a

Sexta differentia.

nascimur filij iræ. Et in alio loco: *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, ut lucis filij ambulate.* Eph.2.a &.5.a. Septima differentia est, quoniam in primo mors dominatur, in secundo uita cõtinuatur. Nam mortua est Sara, cum esset centum uiginti septem annorum. Mortuus est & ipse Abraham cum esset ætatis centum septuaginta quinque annorum. Mortuus est etiam Isac, cum esset annorum centum octoginta. Cum autem Iacob esset annorum centum quadraginta septem, mortuus est. Ecce quomodo mors dominatur sãctis patriarchis: nulli igitur mirum, si filijs huius sæculi dominatur: sed in paternitate & sæculo CHRISTI uita cõtinuatur, nõ hæc mortalis, et misera, sed illa CHRISTI immortalis, & gloriosa. *Mortui enim sumus, & uita nostra abscondita est cum CHRISTO in DEO teste Apostolo.* Octaua differentia est, quoniam Abraham in suo sæculo mittit, & etiam suscipit in sua paternitate suos filios in limbo: CHRISTVS autem pater futuri sæculi conducit suos filios ad paradisum. Vnde latroni paradisum promisit, & Stephano cœlum apertum ostendit; Abraham uero suum Lazarum in suum sinum suscepit. Nona differentia est, quia Abraham figurans CHRISTVM filium suum uoluit offerre in holocaustum, & non obtulit; CHRISTVS autem figuratus & uoluit, & se ipsum obtulit. Vnde Apost. *Tradidit semetipsum pro nobis in oblationem, et hostiam DEO in odorem suauitatis.* Ecce quomodo Abraham figurat CHRISTVM, quia sicut ipse est pater præsentis sæculi, sic

Septima differẽtia. Gen.23.a Gen.25.a Gen.35.d Gen.47.e Ad Colo. 3.a Octaua differẽtia. Luc.23.f. & Act.27 g Nona differentia. Eph.5.a

CHRISTVS est pater futuri. Fuit igitur CHRISTVS in Abraham tanquàm in figura uenturus. Quoniam Abraham patre suo Nathor peregrinatur, sic & CHRISTVS, sicut omnes patres, sui peregrinus fuit, conceptus in Nazareth, natus in Bethleem, conuersatus, in Hyerusalem. Quoniam Abrahã fuit præcepto DEI peregrinus, et CHRISTVS fuit præcepto DEI usq; ad mortẽ crucis obediens. Quoniam Abrahã duos filios habuit: & CHRISTVS ex duobus populis unũ populũ christianũ instituit. Quoniã Abrahã misteriũ trinitatis uidit, et credidit, CHRISTVS autem trinitatem prædicauit, & baptismum in forma trinitatis instituit. Quoniã Abraham ex sterili filium genuit, et CHRISTVS de spiritu sancto ecclesiam fœcundauit. Quoniam Abraham filium sacrificauit uoluntatis affectu: sed pater cœlestis sacrificauit uoluntatis effectu. Quoniam Abraham credidit filium sacrificatum suscitandũ; & CHRISTVS cognouit, & præceptum habuit mortis, & resurrectionis. Quoniã Abraham fuit pater usque ad CHRISTI paßionem; CHRISTVS autem est pater usque ad iudicij consumationem. Quoniam Abraham habuit promißionem de duplici benedictione, & CHRISTVS est in se, & in suis filijs benedictus duplici glorificatione, scilicet animæ, et corporis. Et sic patet, quomodo CHRISTVS DEI, et uirginis gloriosæ filius uerè est DEVS, saluator Israel in Abraham absconditus tanquàm in semine nasciturus, tanquã in fide duraturus, tanquàm in figura uenturus.

SEXTA FIGVRA *animata, in qua* CHRISTVS *filius* DEI, *& gloriosæ uirginis* MARIAE *filius fuit* DEVS, *& saluator absconditus, est Isac.* Audiuistis de Abrahã filio Thare descendente de Eber. Restat autem loqui cum Moyse, qui non solum prædixit de CHRISTO, quæ dicta sunt, sed etiam intellexit sub Isac, quæ dicenda sunt. Vnde dicimus Isac figurare CHRISTVM uenturum septem rationibus primo; quia in mente diuina fuit prædestinatus gratiosè. Secundo, quia à patre fuit generatus miraculosè. Tertio, quia in circuncisione fuit nominatus gloriosæ. Quarto, quia à matre fuit ablactantur gaudiose. Quinto, quia in mundo fuit conuersatus fructuosè. Sexto, quia à patre fuit imolatus pœnose. Septimo, quia in uxore fuit fœcundatus frondosè. Circa primum dico, quòd CHRISTVS DEI, et gloriosæ uirginis MARIAE filius tanquàm figoratus in figura uerè fuit saluator Israel in Isac absconditus, quia in mente diuina absconditus .s. prædestinatus gratiosè. Est notandum, quòd sicut pictor prius in mente format figuram pingendam, et quæ sunt necessaria ad figuram pingendam, praeordinat, & in mente sua praeperat, antequàm pingat; sic DEVS antequàm crearet hominem ad imaginem suam, prius, scilicet ab æterno habet in se rationem hominis creandi, & finem, ad quem ipsum creat, & quæ sunt homini congruentia ad illum finem, præparat, & sic dicitur homo, uel ille homo prædestinatus à DEO: quoniam prædestinatio propriè est quædam diuina præordinatio

Sexta figura animata.

Isac figurauit Christũ uenturum. 7. rationibus.

Prima r6. [illegible]

Prædestinatio quid sit.

ab æterno de his, quæ per gratiam DEI *sunt fienda in tẽpore. par. 3. q. 24. ar. 1. in. R. Cum autẽ prædestinatio* DEI *non sit inanis, nec irrita ead. par. q. 23. ar. 1. arg. in oppositum, sequitur, quòd ille, qui est prædestinatus, sit finaliter gratiosus, idest plenus gratia, quoniam nomina desinentia in osus plenitudinem significant. Ad hanc autem plenitudinem duo specialiter concurrunt, scilicet gratia perseuerantiæ, & perseuerantia. Multi etiam habuerant gratiam operantem, & gratiam cooperantem, & gratiam perseuerantiæ, qui tamen non habuerunt perseuerantiam per donum* DEI *non præseruati à cogitationibus, à tentationibus. Vnde iustificati, & gratificati pleni gratia perseuerantiæ indigent postulare à* DEO *perseuerantiam dicendo. Et ne nos inducas in tentationẽ. 1. 2. q. 109. art. 10. in*

Rom. 8. *fine* R. *Vt sicut per gratiam sunt prædestinati, sic per gratiam sint uocati: & sicut per gratiam sunt uocati, sic per gratiam sint iustificati; sicut uero per gratiam sunt iustificati, sic per gratiam sint magnificati, & habentur par. 1. q. 23. art. 2. in fi.* R. *Tunc autem sunt magnificati, quando dono diuinæ gratiæ sic superant temptationes carnis, mundi, & Dyaboli, quòd nullo modo perdunt bonum propositum, uirtutis habitum, nec actum usque ad mortem. Cum autem Isac fuerit figura* CHRISTI, *sic oportuit, quòd essent similes tanquàm exemplar, & exemplatum; nõ tamen quo ad omnia, sed sufficit quòd exemplatũ aliqualiter imitetur suum exemplar. par. 1. q. 24. ar. 3. arg. 3. Sicut ergo Isac fuit prædestinatus, sic &* CHRISTVS

fuit

fuit prædestinatus.ea.q.ar.1.in R. *Est ergo declarandum, primo quomodo Isac fuit prædestinatus, quod declaro octo modis. Primo sic. Talis debet esse figurans, qualis figuratus: sed figurans est* CHRISTVS *innocens & sine peccato, ut par.3.q.11.per totum, ergo etiam Isac debuit esse sine peccato.* Non *enim legitur de ipso aliquid mortale peccatum, ab originali autem fuit mundificatus, per circuncisionem. Sic ergo fuit iustus, sequitur, quòd fuerit prædestinatus.* [redacted]*.par.3.q.31.arti.3.argu.4.* Tertio probatur *sic. Sicut non est conueniens ouem parere lupum, nec lupum parere agnum: sic non est conueniens benedictum gignere maledictum, nec maledictum gignere benedictum. Cum autem in semine Abrahæ sit nasciturus* CHRISTVS, *in quo omnes benedicentur. Cum semen Abrahæ sit Isac, sequitur quòd* CHRISTVS *benedictus sit genitus ex Isac, benedictus ergo sine peccato, igitur iustus, ergo prædestinatus.* Quarto *probatur sic.* Nemo *iustè maledicens maledicto maledicitur à* DEO: *sicut iustè excommunicans non efficitur anathema, ut par.3.adit.q.21.art.1.in* R. *& q.20.ar.2.argu.8. Sed tamen efficitur maledictus maledicens benedicto, quia nemo debet excommunicari sine iusta causa.8.q.arti.4. Cum autem* DEVS *loquens*

Octo rõnibus Isac fuit prędestinatus.

Gen.21.a.

Secũda rõ

Tertia rõ

Gen.22.c.

Gen.17.d.

Quarta rõ

AA

Gen. 12.a. Abrahæ de semine futuro benedicendo dixerit. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, sequitur, quod Isac non debet maledici tanquã reus, & præscitus, sed debet benedici tanquam iustus, electus & prædestinatus.

Quinta rõ. Quinto probatur sic. Nullus debet maledicere, cui DEVS benedixerit: sicut Noe benedictus à DEO cum tribus filijs Sem, Cham, e Iaphet.

Gen.9.d. Cham peccante in ipso non fuit ausus ipse Noë maledicere Cham, cui DEVS benedixerat, sed maledictionem fulminauerat contra Chanaam, & semen suum. Si igitur non licuit maledicere cum, qui post benedictionem peccauit, multo minus licet maledicere Isac, qui post benedictionem datam impie non peccauit, nec maledictus fuit, quinimo mortuo Abraham patre suo fuit

Gen.26.a. à DEO iterum benedictus. Sic igitur fuit benedictus, iustus, ergo prædestinatus.

Sexta rõ. Sexto probatur sic. In geneologia CHRISTI non transitur de benedicto ad maledictum, nec de electo ad reprobum, sed de electo ad electum, sed per Lucam ascendendo transitur de Isac ad

Matth.1.a Abraham electum: & per Matthæum transitur de Isac

Gen.25.d. ad Iacob electum, ergo & ipse Isac fuit electus, ergo

Gen.25.d. prædestinatus. Nanque dictum est de ipso Iacob maior,

Rom.9.c. scilicet Esau seruiet minori. Quod dictum apostolus introducit ad propositum prædestinationis, ergo Isac, per quem transitur ad electos siue ascendendo, siue descendendo fuit electus, & prædestinatus.

Septima ratio. Septimo probatur sic. Medium debet conuenire cum extremis, & participare cum eis, cum extremum geneologiæ

Lucæ.3.g. CHRISTI secundum Lucam sit DEVS, cum

dicat, qui fuit DEI: & cum extremum secundum Matthæum sit MARIA & CHRISTVS unde dicitur, genuit Ioseph uirum MARIAE, de qua natus est IESVS, qui dicitur CHRISTVS. Vnde cum non debuerit DEVS, nec IESVS participare cum medio reprobo Isac, sequitur, quòd ipse fuerit electus, & prædestinatus. Octauo probatur sic. Dicant, qui concedunt, quòd non fuerit prædestinatus. Quomodò non fuit prædestinatus, per cuius orationem Rebeccha uxor sua sterilis fuit fœcunda. Quomodo non fuit prædestinatus Isac, per cuius orationem natus est Iacob prædestinatus.eo.cap. Quomodo non fuit prædestinatus Isac, qui deceptus à Iacob ipsum benedixit, quem prius benedixerat. Qui & benedictionem confirmauit. Nunquid post benedictionem cum Balaam dedit peruersum consilium Regi Balach. Et nonne potius dixit Esau flenti: Benedixiq; ei, & erit benedictus. Nunqaid DEVS est, sicut homo mutabilis, & iniustus, qui delet de libro uitæ non peccantem. Et quomodo delet de libro suo non peccantem, qui Moysem pro peccatoribus petentem deleri noluit exaudiri dicens. Miserebor, cui uoluero, & clemens ero, in quem mihi placuerit: Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. Nonne deluit ipsum Balaam inter fœtus cum Medianitis? Sed dicunt, qui talem errorem confingunt. Quomodo fuit prædestinatus Isac, qui DEO sacrificium non obtulerit? Quibus respondetur, quòd sicut non legitur Adam primum parentem sacrificium obtulisse, ne simul, & in eodem parente trans-

Matth.1.b
Octauo ratio.
Gen.25.c.
Gen.28.
Gen.27.
Nū.23.b. &.24.b.
Gen.27.e.
Num.23.c
Exo.33.d.
Exo.32.g.
Num.31.a

gressore notaretur origo peccati, & sanctificationis origo per sacrificium, ita etiam nec legitur Isac obtulisse sacrificium, quia ipsemet oblatus est à patre in sacrificium significans CHRISTVM se ipsum offerentem in sacrificium, ut. 2.2.q.85.ar.1.arg.2. Audistis per has octo rationes, quomodo Isac figura CHRISTI fuit prædestinatus, significans et figurans CHRISTVM uenturum prædestinatum. Circa hoc est notandum, quòd CHRISTVS in Isac absconditus tanquàm figuratum in figura fuit prædestinatus, sicut Isac, sed aliter & aliter. Quoniam si consideramus prædestinationem, prout est in prædestinante, scilicet in DEO, qui liberè & liberaliter prædestinat, et ab æterno prædestinauit, quæ per sui gratiam erat facturus in tempore nullis aliquorum præcedentibus meritis; sic ainma CHRISTI fuit cum anima Isac, & cæterorum electorum prædestinata .s.gratuitè .par.3.q.24.ar.3.in fi.R.& ar.1.argu.1.& argu.4.in R. Si uero consideramus prædestinationem prout est in prædestinato, & quis prædestinatur ad maiora, altero prædestinato ad minora. Sic prædestinatio CHRISTI omnes alios prædestinatos excellit. ead.q.ar.2.in fin.R.cum argu.2.in fin.& ar.3.argu.in oppositum. Vnde August. de prædestinatione sanctorum ait. Prædestinatio ista naturæ humanæ tanta, & tam excelsa, & summa subiectio, ut quo attolletur altius, non haberet, & additur. Est præclarißimum lumen prædestinationis, & gratiæ ipse saluator, ipse mediator DEI, & hominum homo CHRISTVS IESVS. Sed

ut clarius loquar, ostendam per aliquas rationes, quomodo prædestinatio CHRISTI præcellit prædestinationem Isac, & quoruncunque aliorum prædestinatorum. Erunt autem quatuor rationes. Primo ratione exemplaritatis. Sicut enim homo exemplar ad similem imaginem depingendam est nobilior excellentior, & proprior ipsa imagine depincta, sic prædestinatio CHRISTI est excellentior cuiuscunque prædestinatione, & hoc quia sua prædestinatio est exemplar prædestinationis omnium prædestinatorum. Nam ipse prædestinatus est ut esset filius DEI naturalis, cæteri autem ut sint filij DEI adoptiui, quæ adoptio est quædam participata similitudo filiationis naturalis. Quos præsciuit, hos prædestinauit conformes fieri imagini filij sui. Secundo ratione executionis. Sicut enim non cadit in mente patrisfam. quæ fienda sunt ad gubernationem familiæ tantum, sed etiam paterfam. considerat ordinem fiendorum. Vnde utrunque est prouidentia, scilicet res, & ordo, sic in diuina prædestinatione, quæ est pars prouidentiæ, consideramus prædestinationem electorum, et ordinem. Vnde non solum consideramus, quæ fienda sunt in tempore, sed etiam modum & ordinem, secundum quem complendum est in tempore. Hic autem est ordo, scilicet quòd sicut per Isac orationem conceptus fuit Iacob prædestinatus habetur ut. par. 1. q. 23. ar. 8. sic per CHRISTVM saluantur omnes prædestinati. par. 3. q. 24. art. 4. in R. Tertio ratione capitalis perfectionis. Notandum est, quòd bonus est ordo membrorum ad inuicem, sed melius est ordo mem-

Prædestinatio Xpi quatuor rationibus cæteris excellit. Primo ratione exemplaritatis.

Eph. 1. a. b

Roma. 1. 6

Secundo rõne executionis.

Gen. 25. e.

Tertio ratione capitalis perfectionis.

brorum ad corpus; & melius est ordo corporis, et membrorum ad caput. Sic bonus est ordo omnium electorum ad corpus, idest ecclesiam; sed melior totius ecclesiæ ad CHRISTVM; quoniam ipse prædestinatus est caput omnium, & maximè electorum. Sicut autem prædestinatio membri eccellit prædestinationem alterius membri. s. quia membrum est prædestinatum ad utilius, & nobilius officium, sic CHRISTVS caput omnium est prædestinatus excellentiori modo, scilicet ut sit caput influens uirtutem toti corpori, idest ecclesiæ, & omnibus membris. Huius igitur capitalis perfectionis prædestinatio CHRISTI est excellētior quacunque prædestinatione. Quarto ratione dignitatis dignioris. Nunquā legistis, quòd aliquis homo esset DEVS & homo; quòd aliquis esset conceptus in uirgine de spiritu sancto, quòd aliquis esset rex, & sacerdos; quòd aliquis esset sacerdos & hostiā; quòd aliquis moriretur, & uiueret, quòd aliquis sepelliretur, & gloriosus resurgeret, quòd aliquis super omnes cœlos ascenderet, & ad patris dexteram sederet. Ad hæc omnia facienda prædestinatio fuit cunctis excellentior ratione dignitatis dignioris. Sicut ergo Isac fuit prædestinatus gratiosè, sic et CHRISTVS figuratus in Isac fuit prædestinatus gratiosissimè. Et sic patet prima conditio, per quam Isac figurat CHRISTVM, scilicet quia in mente diuina fuit prædestinatus gratiosè.

Quarto ratione dignitatis dignioris.

Circa secundum, dico quòd CHRISTVS DEI, et gloriosæ uirginis MARIAE fuit uerè DEVS absconditus in Isac figuratus; quoniam in matre fuit

Isac figurat Christum uenturū, quia

generatus miraculosè. Generatio enim Isac fuit plena miraculo, quoniam Sara erat uetula, et in iuuentute sterilis. Quomodo ergo poterat uetula concipere, quæ in iuuentute non conceperat? & quomodo poterat de uiro suo iam centenario generare, quæ ex ipso iuuene non generauit? Quomodo uero erat apta ad concipiendum illa, in qua iam cessauerāt muliebria menstrua, quæ inepta fuerunt, dum in ea abundarēt. Vnde tam mirandum conceptum non capiens sic stando post hostium tabernaculi cum dubio deridebat, quando dominus promittendo filium Abrahæ promissionem affirmabat. Vnde inquit dominus. Vbi est Sara uxor tua? Respondit Abraham, illa in tabernaculo est. Cui dominus reuertens ueniam ad te tēpore isto uita comite, & habebit filium Sara uxor tua. Quo audito Sara risit post hostium tabernaculi. Erant enim ambo senes, & prouectæ ætatis, & desierant Saræ fieri muliebria. Quæ risit occultè dicens. Postquàm senui, & dominus meus uetulus est, uoluptati iterum operā dabo? Dixitq; dominus ad Abraham. Quare risit Sara, scilicet non credens deridendo? Nunquid DEO est quicquàm difficile? Negauit Sara dicens. Non risi terrore perterrita. Non est (inquit dominus) ita, imo tu risisti. Sara incredula de tam mirabili conceptu, atque partu, donec fuit correcta à domino, risit idest derisit considerans partus qualitatem, in quo omnes gentes benedicentur, & sui ipsius sterilitatem, uiriq; senectutem. Sed à domino correcta, præsertim quia dixit dominus, nunquid est aliquid domino difficile, & impossibile? Tunc eleuata mente à

Fuit generatus miraculose.

Gen. 18. b.

causis naturalibus ad causam primam. s. ad DEVM, cui nihil est impoßibile, sic terrore perterrita inquit; nō risi, idest modo non derisi, & sic risit, & non risit. Sic nanque Martha propè sepulchrum Lazari quadriduani domino dicenti. Resurget frater tuus, poterat respondere, quadriduanus est, & quomodo potest resurgere, quia iam fœtet, idest secundum causas naturales non resurget. Sed eleuato sursum cacumine intellectus, atque directo ad causatorem omnium rerum, scio (inquit) quia resurget in nouißimo die. Sicut igitur Martha fleuit mortuum non resuscitandum uirtute naturali creata, quem non fleuit resurrecturum uirtute diuina; Sic Sara intuens partum promissum in uirtute creata risit, scilicet quia sterilis, quia desinerant muliebria, & quia uir suus uetulus erat. Cum commota esset à domino corripiente, sicut Martha non amplius mortuum fleuit sperans indilatè surrecturum: sic Sara non amplius risit confidens partum permissum perficiendum. Et sic habemus Isac conceptum & generatum miraculosè. Quo conceptu miraculoso figurabatur conceptus miraculosus CHRISTI absconditi in Isac figurati.

Cōceptus Christi miraculosus. Attendite diligenter. Dominus per angelum annuntiat partum futurum in uetula: & idem dominus trinus & unus per angelum Gabrielem prædicit conceptum propinquum in iuuencula. Ille primus angelus pronuntiat partum uiro uetulo, hic Gabriel prænunciat conceptum uirgini de spiritusancto futurum. In primo fit promißio uiro: in secundo fit promißio mulieri. Stabat Sara post hostium in tabernaculo. Stabat uirgo iuuencula clausa in

oratorio. Vetula post hostiũ stabat attẽta ad uerba DEI uirgo autem iuuencula attentè legebat Isayam de futuro partu. Sed cum perueniſſet ad illud mirabile secretum omnibus archanis secretius, scilicet ecce uirgo cõcipiet, & pariet filium, tunc flexis humiliter genibus, & manibus sursum ad cœlum expansis, oculis ad DEVM directis, tota in se recollecta omnibus sensibus DEVM complectens, sic orauit ter, ut trinus quinarius psalmorum terminatur, scilicet fiat, fiat. O' fiat, fiat. Heu fiat, fiat. Et ecce angelus ad eam floridam tempore florum ad locum florum, ideſt Nazareth, annuncians florem, scilicet CHRISTVM Nazarenum de ipsa nasciturum. Sed non iſta iuuencula cum Sara uetula deridendo risit: Sed partum credens modum partus quæsiuit dicens. Quomodo (Angele DEI) fiet iſtud, quoniam uirum nõ cognosco? Sciebat enim quòd omnia erant DEO poſsibilia, ideo nõ dubitabat de partu, licet uir suus, scilicet Ioseph eſſet uetulus dicens. Quoniam uirum nõ cognosco. Ex parte autem DEI certificata de perpetua uirginitate, angelo dicente. Spiritus ſanctus superueniet in te, & uirtus altiſsimi obrumbabit tibi. Ideoque quod nascetur ex te ſanctum uocabitur filius DEI, tunc indilatè, modeſtè, pudicè, & morigeratè consensum præbuit dicens fiat mihi secundum uerbum tuum. Quo consensu præbito subito spiritu ſancto formante, & ipsa uoluntariè sacrum sanguinem nitidum præparante formatum fuit corpus CHRISTI, simul & organizatum, atque anima rationali informatum, unitum

Isa. 7. c

Luc. 1. d

Luc. 1. d

quoque fuit uerbum illi humanitati, ita ut simul diceretur, q. esset DEVS, & homo, ipsa deniq; existente matre filij DEI, matre DEI, matre unigeniti, uirginitate inmaculata pseuerante conceptū perficiendo. Ecce quomodo CHRISTVS saluator Israel est uerè DEVS absconditus in Isaac figuratus, dum est ex matre generatus miraculose. Circa tertium, ubi dixi, quòd CHRISTVS filius DEI, & uirginis gloriosæ uerè fuit DEVS saluator Israel in Isaac absconditus in circuncisione nominatus gloriosè. Scribitur enim in Genesi. Vocauit Abraham nomen filij sui, quem genuit ei Sara, Isaac, & circuncidit eum octauo die, sicut præceperat ei DEVS. Antequàm ueniamus ad ablactationem, & nominis interpretationem, est tractandum de circuncisione, & nominis impositione gloriosi. Quoniam gloriosa fuit circuncisio, et gloriosa fuit nominis impositio, ut dū circunciderētur Isaac uocaretur. Nanq; circūcisio Abrahæ quāuis habuerit hāc prærogatiuā, quia fuit primus circuncisus, attamē gloriosior fuit circūcisio Isaac ex hoc, quia fuit primus circuncisus cū nominis impositione. Quam circuncisionem ostendam fuisse gloriosam per tria signa CHRISTI configuratiua. Primum enim est nominis impositio. Secundum est sigilli impræssio. Tertium est doloris uexatio. Primum signum prærogatiuæ gloriosæ circūcisionis Isaac est nominis impositio CHRISTI configuratiua: quonam sicut semen Abrahæ.i. filius ei ex uxore eius Sara, fuit prius à DEO per angelum nominatum Isaac.s. antequàm conciperetur.

Isaac significat Chrĩstũ venturũ, quia in circuncisione fuit nomīatus gloriose.
Gen. 21. a
Gen. 21. a
Circuncisio Isaac habuit tres prærogatiuas.
Gen. 21. a
Primũ signum gloriosæ prærogatiuæ fuit nominis impositio.

Cuius nominis impositio habetur in Genesi. Sic etiam semen Abrahæ, non dico Isaac, sed illud figuratum in Isaac, in quo promittitur uniuersalis benedictio, scilicet CHRISTI. Vocatũ est eius nomen CHRISTVS in circuncisione, quod nomen uocatum est à DEO per angelum suum priusquàm in utero conciperetur. Et quia IESVS interpretatur saluator, sic gloriosè nominatur, quoniam saluum faciet populũ suum à peccatis eorum. Quia uero saluauit populum à peccatis suis, fit gaudium, in quo fit conformitas inter hoc nomem Isaac interprætatum risus, & inter hoc nomen Iesus, idest saluator, per quem saluatorem habemus causam risus. Vnde patet prima prærogatiua circuncisionis Isaac concurrens cum IESV, & sic habemus primum signum gloriosæ circuncisionis Isaac. Gen.17.c Gen.21.a

Secundum signum gloriosæ prærogatiuæ est sigilli impreßio.i.pelliculæ intercisio, quæ quia fit cum dolore (est enim magnus saltem usque in tertium diem. Gen. 34.in fi.) significat dolorem CHRISTI. Vnde sicut circuncisio Isaac figurat circuncisionem CHRISTI, sic dolor in circuncisione Isaac figurat dolorem CHRISTI, dolorem dico, non illum, quem ipse subsstinuit in circuncisione, ut ostenderet ueritatem carnis humanæ contra Manicheum, contra Appollinariũ, contra Valentinum, ut approbaretur circuncisio à DEO Abrahæ imposita, ut ostenderet se esse de semine Abrahæ, ut à Iudæis tolleret excusationem reprobationis, si fuisset incircuncisus, ut nobis exemplum obedientiæ præberet, ut ipse, qui in carne uenerat, reme-

Secũdum signũ progatiuę fuit sigilli impræßio.

dia carnis non respueret, ut legis onus in se substinens alios à legis onere liberaret. par. 3. q. 37. arti. 1. in R. Non igitur dixi, quòd dolor ille in Isaac circuncisione figuraret tantum dolorem circuncisi, sed potius dixi, quòd dolor ille figurabat dolorem passionis, in qua saluaret populum à peccatis eorum, dolendo in morte, qua saluamur, non prout ipsa mors est in facto esse, sed prout est in facto fieri, scilicet per sanguinis effusionem, et doloris inflictionem. par. 3. q. 50. ar. 6. in prin. R. Et sic patet secundum signum circuncisionis Isaac gloriosæ, quod est sigilli impræssio. Tertium signum circuncisionis gloriosæ est doloris uexatio. s. gloriosa, quæ tunc est gloriosa, quando suum gloriosum sortitur effectum. Sortitur autem suum effectum, cum sequitur mors in facto, quæ est quædam priuatio uitæ. Quæ uitæ priuatio est gloriosa, quia quàuis anima fuerit seperata à corpore, attamen diuinitas non fuit seperata à carne, nec ab anima. Vnde factum est, quòd est destructa mors animæ nostræ peccato mortua, & mors corporis, quæ consistit in seperatione animæ à corpore, et apparet quomodo doloris uexatio fit gloriosa. Audiuistis tria signa significãtia prærogatiuam circuncisionis Isaac, nunc autem adaptanda est figura figurato, scilicet homini baptizato. Vnde ad propositum sunt octo declaranda. Primum quid significatur per circuncisionem. Secundum, quid per octauum diem. Tertium quid per nominis impositionem. Quartum quid per membrem, in quo circuncisio datur. Quintum quid per illam pelliculam. Sextum quid per dolorem. Septimũ

Tertiũ signũ prærogatiuæ fuit doloris vexatio.

Octo declarautur i materia circuncisionis.

quid per indelebile signum. Octauum quid per partem Circuncisio significet.
expoliatam. Circa primum ubi dico, quid significatur per hanc corporalem circuncisionem: est notandũ, quòd in genere ipsa carnalis circuncisio continet quinq; scilicet fidem, fidei protestationem, fidelium segregationem, segregatorum unionem, unitorũ præstolationem, hanc enim non accipiebant, nisi fideles. Vnde fidelis Abraham *primus fuit circuncisus, & quia* Abraham *fuit primus, cui facta fuit promißio de filij* DEI *incarnatione, ideo ad hanc fidem de incarnatione solum datur circuncisio, quæ significat ueritatem promissionis Abrahæ factæ, dũ sibi semen fuit à domino promissum. In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ.* Gen.22.d Et *sequitur. Credidit* Abraham DEO, *& reputatum est illi ad iustitiam. par.3.q.7.arti.2.arg.4.* Gen.15.a
Figurabat *autem baptismum, quoniam sicut in baptismate non solum exigitur fides, sed etiam per hunc actũ baptismi homo confitetur, & suam fidem protestatur. Sic* Abraham, *& quilibet eius fidei imitator per circuncisionem protestatur fidem suam.ead.q.ar.1.in.*R. Q*uam fidei protestationem fieri non oportuit tempore* Adæ, *nec tempore* Seth *propter lumen rationis uigorosum: sed quia tempore* Abrahæ *lumen erat oscuratum, quod patet per peccatum contra naturam, & per peccatum idolatriæ, quæ regnabant.ead.q.art.2. arg.1.ideo tempore* Abrahæ,*qui descenderat ad* Eber, *in cuius familia remansit cultus* DEI *cœlorum, quoniam ratio erat obscurata, data fuit circuncisio, per quam non solum homo protestabatur fidem* Abrahæ,

ſed etiam ſegregabatur ab omnibus populis infidelibus, & aggregabatur populo fideli. eo. ar. arg. 1. & 2. & arg. 4. Et ſic circuncisi præſtolabantur Abrahæ promiſſionem, ſcilicet CHRISTVM. Vnde ſicut ad circunciſionem non obligantur omnes, ſed tantum Hæbrei, ex quibus CHRISTVS erat naſciturus; ſic omnes obligabantur ad baptiſmum CHRISTI, qui pro omnibus natus eſt. eo. ar. arg. 3. Quoniam uero in baptiſmo requiritur fides, exigitur fidei confeſſio, fidei proteſtatio ipſum baptiſmum ſuſcipiendo, exigitur ſegregatio, dum dicitur, abrenuntio Dyabolo, & pompis eius, fitque unio animæ ad CHRISTVM & ad membra eius, dum baptizatus incorporatur CHRISTO, ideſt corpori CHRISTI, ſcilicet eccleſiæ. in quo corpore non præſtolatur CHRISTVM incarnandum, ſed CHRISTVM iudicem ad præmiandum, uel puniendum: & ſic habe-

1. cor. 10. b mus primum, ſcilicet quòd per circunciſionem figuratur baptiſmum præcipuè, quia omnia in figuram contingebant antiquis patribus, & habetur par. 3. q. 70. ar. 1. in fi. R.. Circa ſecundum ubi dixi declarandū quid ſignificatur per octauū diem. Eſt notādum, quòd hunc diem præcepit DEVS dicens. Infans octo dierum circuncidetur ex uobis; & ita octauo die Abraham circuncidit Iſaac. Erat enim octauus dies de neceſſitate ſacramenti ita, quòd non licebat quoquo modo prætermitti, neque antecedendo, neque ſubſequendo, & hoc propter miſterium figuratur. Nanque figurabatur generalis reſurrectio, quæ fieri debet in octaua

Circuncisio cur fit in octauo die.

Gen. 17. b

Gen. 21.

ætate, siue in octaua generatione. Nam prima ætas fuit Adæ. Secunda Noe. Tertia Abrahæ. Quarta Moysi. Quinta Dauid. Sexta transmigrationis Babilonis. Septima usque ad CHRISTVM uenturum ad iudicium, in qua sancti cum CHRISTO celebrant sanctum diem sabbati, scilicet septimum, cui benedixit dominus, dum cum CHRISTO gaudent in gloria sabbatizantes. Octaua erit à iuditio per generalem & gloriosam resurrectionem, in qua homo erit liberatus ab omni culpa, ab omni pœna, & à cunctis pœnalitatibus. par. 3. q. 70. ar. 3. arg. 3. Circa tertium, ubi dixi declarandum, quid significatur per nominis impositionem: dico quòd quãtum pertinet ad præsentem iustitiam, & quantum permittitur nobis per coniecturas iudicare, circuncisus ponebatur in statu salutis, & eius nomen non erat scriptum in terra, sed in libro uitæ; sicut per oppositum, qui non erat circuncisus, uel qui circuncisus fuisset ante diem octauũ, uel post octauũ diem, prætermisso octauo die talis peccabat, & per cõsequens nomen eius non habebatur in libro uitæ, ut patet de filio Dauid nato ex adulterio. par. 3. q. 70. ar. 3. arg. 3. in fi. Vnde inquit dominus. Masculus, cuius præputij caro circuncisa non fuerit, peribit anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Circa quartum ubi dixi declarandum, quid significatur per illud membrum, in quo uir circunciditur. Est notandũ, quòd circuncisio non imprimebatur in fronte, neque in umbilico, sed tantum in uirili membro propter tres rationes. Primo quia imitatur Abraham circuncisum in

Circuncisio quid denotat p nominis impositionem.

Gen. 17. b

Circuncisio quid denotat i mẽbro, in quo vir circunciditur.

illo membro deseruiente generationi per seminis impositionem, ex quo semine promissa erat Abrahæ in suo semine benedictio. Secundo quia circuncisio erat in remedium peccati originalis, quod per illud membrū traducitur. Tertio qui circuncisio ordinabatur ad diminutionem, et debilitatē concupiscentiæ, quæ maximè per illud membrū manifestatur. par. 3. q. 70. ar. 1. arg. 1.

Quid significatur p illā pelliculā, quę inciditur in circuncisione.

Circa quintum ubi dixi declarandum, quid significatur per illam pelliculam, quæ inciditur. Et dico, quòd *significantur duo. Primo quòd sicut in circuncisione auferebatur quædam carnalis pellicula, ita per baptismum homo expolliatur carnali cōuersatione. par. 3. q. 70. ar. 1. arg. 1. Secundo significabatur, quòd pellis, idest intellectus literalis præceptorum cærimonialium debebat abscindi, & intellectus misticus in prædicatione euangelij debebat præseruari. Et bene significantur præcepta cerimonialia per pelliculam abscissam mortuam, quia per prædicationem euangelij illa sunt obicienda tanquàm mortua, imo mortifera. 1. 2. q. 103. ar. 3. & 4. per totum & sic patet quintū. Circa sextum, ubi dixi, quòd erat declarādum, quid per illum dolorem maximè in die tertio significaretur.* Respondens *dico, quòd ille dolor significat dolorem ad peccatorum remißionem: non enim fit circuncisio sine dolore, & sic etiam non fit peccatorum mortalium remißio sine peccati displicentia. par. 3. adie. q. 2. ar. 3. nec uenialiū ea. par. q. 83. arti. pen.* De originali autem non datur *contritio, sed tantum displicentia ea. par. adiec. q. 2. Sic igitur adultus circuncisus ad suorum peccatorum remißionem*

Quid significetur per illum dolorē in tertio die.

missionem indiget dolore contritionis, sicut adultus baptizatus. ea. par. q. 68. ar. 4. Est tamen necessarius maior dolor de uno peccato, quàm de alio adiec. q. 4. ar. 3. Sunt autem tria obiecta peccatorum, scilicet proximus. Ipsemet, & DEVS, & quia peccatum contra proximum est magnum, exigitur dolor magnus: & quia peccatum contra seipsum est maius, ideo exigitur maior dolor, quia uero peccatum contra DEVM est maximum, ideo requirit maximum dolorem. 1. 2. q. 77. art. 4. Sunt etiam in peccatis sex gradus, quoniam peccamus corde, ore, & opere. 1. 2. q. 76. art. 7. Cum autem peccatum corde sit minus peccato oris et peccatum operis sit maius peccato oris. Ideo dolendum magis est de peccato operis, quàm de peccato oris et de peccato oris, quàm de peccato cordis. Sunt etiam in peccatis tria principia fragilitas, malitia, & ignorantia ut. 1. 2. q. 76. art. 4. & q. 77. art. 5. & q. 78. art. 4. et cum peccatum malitiæ sit maius peccato ignorantiæ, & peccato fragilitatis, & passionis: sic est magis dolendum de uno, quàm de alio. Sicut igitur dolor circuncisionis significat dolorem contritionis, sic maior dolor tertij diei significat maiorem dolorem de peccato contra DEVM, quàm de peccato operis, & de peccato malitiæ. Circa septimum ubi dixi, quid significat illa particula membri èxpoliata, uel quid significat illa expoliatio. Certe significat expoliationem à culpa in circuncisione, et multo magis in baptismate: quoniam in circuncisione remittebatur peccatum originale, simul & mortale par. 3. q. 70. art. 4. arg. 5. in baptismate autem remittitur omne

Tria peccatorum obiecta.

Tria principia ĩ peccatis sunt consideranda.

Particula mẽbri expoliata, vel illa expoliatio quid significat.

peccatum, & aperitur porta paradisi, quod non fiebat in circuncisione. Nam quia ipse Abraham cum omnibus suis filijs usque ad Ioannem Baptistam iuit ad limbum. eo. ar. argu. 4. Et quoniam baptismus continet in se perfectionem salutis, ad quam uocat, qui uult omnes homines saluos fieri. Quam perfectionem circuncisio non continebat, sed tantum figurabat: ideo baptismus obligat, circuncisio autem obligat tantum Hæbreos. ea. q. ar. 2. arg. 3. Ergo uos christiani perfectissimè in baptismo circuncisi estis circuncisione non manu facta in expoliatione corporis carnis, sed circuncisione IESV CHRISTI consepulti ei in baptismo. Circa octauum, ubi dixi, quid per illud signum, siue cicatricem significetur. Respōdens dico, quòd circuncisionis signum remanens in corpore circuncisi, donec corpus uiuit, scilicet in hac uita mortali, significat caraterem, idest signum spirituale in anima, durans in ipsa, donec uiuit. Et quia non moritur in æternum, ideo carater, idest signum CHRISTI est indelebile, durans in anima in æternum, siue saluetur, siue damnetur. Nam si saluatur, est in ea carater ad gloriam: si uero damnatur, est illi ad confusionem par. 3. q. 63. art. 5. nec de isto signo plura dico, quia alibi latius, & diffusius dixi. Circa quartum ubi dixi, quòd CHRISTVS DEI, & uirginis MARIAE filius fuit uerè DEVS absconditus in Isac à matre ablactatus gaudiosè. Est opportunum scire, quæ mulier lactauerit Isac: & dico, quòd illam et Sara, quæ concepit Isac, & peperit ipsum, & lactauit, lactatumq; competenti tempore ipsum ablacta-

1. ad. Tim. 2. a.

Coloc. 2. c

Cicatrix, vel signū circūcisionis quid significet.

Isac significat Christum venturū, quia a matre fuit ablactatus gaudiose.

uit circuncisum octauo die. Qui recte uocatus a DEO Isac: sic etiam a patre hoc nomen sibi impositum fuit, scilicet Isac. Nanque Isac interpretatur risus. Sed cur non gaudium cordis? cur non exultatio membrorum motus? cur non iubilus in gutture? cur non cantus in ore? cur non laus in labijs? cur non lætitia in dilatione uirtutum? cur non hylaritas in facie, cum omnia ista pronuncient species & gradus animi quietantis? Certe potius uocatus est risus; quia est species gaudij magis communis omnibus, & præ cæteris speciebus gaudij magis frequentatur, & magis manifestat, quid in mente hominis latet: magis etiam adaptatur principijs naturæ, quia homo est animal non solum rationale, sed etiam risibile. Risus quidem recte interpretatur, dicente domino nostro IESV CHRISTO Iudæis: Abraham pater uester exultauit, ut uideret diem meum, Ioan.8.g. *& uidit, & gauisus est. Quando autem uidit hunc diem? certe, quando sub Isac figura figurante intellexit CHRISTVM figuratum. Sed quando intellexit CHRISTVM in Isac figuratum? certe in illa promissione, in qua audiuit. In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Gen.22.d. *Quod semen CHRISTVS sit, ostenditur per apostolum.* Gala.3.c. *Ridendum ergo, quia risit Sara post hostium tabernaculi.* Gen.18.b. *Risit iterum in filij circuncisione dicens.* Gen.21.a. *Risum fecit mihi DEVS: quicunque audierit, corridebit mihi. Quis auditurus crederet Abraham, quod Sara lactaret filium, quem peperit ei iam seni. Risit pater Abraham, qui coram DEO cecidit in faciem suam dicens in corde suo.* Gen.17.d. *Putas ne*

centenario naſcetur filius, & Sara nonagenaria pariet. Sed cur tot riſus? Primo propter ſterilis fœcunditatem. Secundo propter ſenis uirilitatem. Tertio propter populorum multiplicationem. Quarto propter electorum incrementum. Quinto propter promiſſam dignitatem ducalem. Sexto propter miſſam maieſtatem regalem. Septimo propter promiſſionem de Chananæorum ſubiectione. Octauo propter ſperatam filij DEI incarnationem. Ecce habuimus, quomodo Iſac interpretatur riſus à matre ablactatus, & lactatus gaudioſè. Quid autem ſignificaret iſte riſus, uel quid figuraret, ſacrum euangelium CHRISTI inſinuat, cum de ſe loquens idem CHRISTVS dixerit Iudæis. Abraham pater ueſter exultauit, ut uideret diem meum, uidit, & gauiſus eſt. Vidit autem CHRISTVM antequàm Iſac naſceretur, & hoc ſpritu prophetico, prius tamen facta à domino promiſſione de Iſac naſcituro, qua promiſſione facta credidit Abraham domino, & in gaudio exultans dicebat gaudens in corde ſuo. Putas ne naſcetur centenario filius, & Sara uetula nonagenaria eſt? Sed clarius uidit CHRISTVM in Iſac abſconditum, quando dictum fuit ei à domino. In Iſac ſemine tuo benedicentur omnes gentes, ſcilicet quæ præceſſerunt, quæ ſequentur, & quæ præſentem uiderunt CHRISTVM. Sed & ſi tantum gaudium habuit Abraham uidens CHRISTVM de longinquo, quantum, & quale gaudium habuerunt uidentes de propinquo, ut Ioannes exultans in utero materno. Si enim ſic exultauit infans in utero, quomodo etiam non exul-

Riſus Mariæ & Ioſeph in natiuitate Chriſti.
Ioan. 8. g.
Luc. 1. e.

xiuit uetulus Ioseph pater putatiuus, cum præsentialiter uidens natum, maximè cùm audierit ab angelo: quod in MARIA natum est, de spiritu sancto est. An non uidebat iste uetulus clarius risum, idest CHRISTVM causam risus, quàm ille alius uetulus Abraham, cui dictum fuerat Isac, idest risus erit nomen eius. Nec mirum, si Ioseph uetulus ille cum alio uetulo risit, scilicet Abraham: quoniam & si MARIAM non cognouit ante partum, ipsam per partum cognouit, & post partum: non tamen cognouit carnali copula; quoniam porta clausa est in æternum, et uir non transibit per eam, quia dominus DEVS per illam intrauit. Quomodo autem cognouit eam Ioseph? Certe nato infante quidam uirginitatis decor refulgebat in ea, qui docebat Ioseph, quòd ipsa erat mater DEI, quòd erat uirgo post partum, quam non cognoscens dubitauit traducere ante partum. Cognouit igitur eam, quàm esset nitidæ uirginitatis, quàm esset splendidæ sanctitatis, quàm eßet supremæ maiestatis. Si igitur risit Abraham & Sara hunc risum credentes futurum, nonne Ioseph & MARIA riserunt uidentes risum de prope? Illi enim uiderunt figuratum in figura fructum in flore, granum in spica. Isti autem, scilicet Ioseph & MARIA non uiderunt CHRISTVM in folijs figurarum occultum, neque absconditum, sed uirgo gloriosa et Ioseph uiderunt risum, idest CHRISTVM pannis inuolutum, & positum in præsepio. O qualis risus erat ille uirginis gloriosæ, dum filium intuebatur, eumq; stricta stringebat fascia, dum amplexabatur, quem in præsepio recli- Matth. 1. c

nabat, dum osculabatur, quem lactabat, dum eum custodiebat, qui dormiebat, dũ angeli gloria in excelsis super
Luc.2.b.c domunculam cantarent: dum pastores moti ab angelo
Matt. 2.b. CHRISTVM adorarent; dum magi per stellam directi munera offerent; dum sanctus ille Symeon
Luc.2.e. CHRISTVM in suis brachijs stringendo benediceret; dum illa sancta uidua Anna ipsum CHRI-
Luc.2.e. STVM prædicaret. Hæc fuit uirgini MARIAE causa tantæ lætitiæ, quòd propter ineffabilem uirtutis naturalis dilationem exaltasset calor naturalis, nisi uerbo illius sancti Symeonis fuisset temperata spiritus sancti
Luc.2.e. dono, cum ait. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Et sic patet tertium, scilicet quòd, CHRISTVS fuit uerè DEVS absconditus in Isac figu-
Gen.21.a. ratus, à matre ablactatus gaudiosè. Nanque ipse pater Abraham in die ablactationis Isac fecit grande conuiuium. Circa quintum, ubi dixi, quòd CHRISTVS filius DEI, & uirginis gloriosæ est uere DEVS saluator Israel, in Isac absconditus, in mundo conuersatus fructuosè. Notandum est, quòd Isac more sui patris Abraham fuit peregrinus, & sicut tempore Abra-

Isaac figni ficat Christũ venturũ, ꝑpter eius fructuosam conuersationem.

Gen.12.c. hæ fuit famis compellens Abraham peregrinari per
Gen.12.c. Aegyptum; et sicut Abraham timens mori propter Saræ pulchritudinem, ob quam causam uocauit ipsam sororem in Aegypto, sic Isac propter Rebeccæ uxoris
Gen.26. a.b. suæ pulchritudinem, ipsam uocauit sororem. Sicut autem Abraham fuit in tantum ditatus à domino, quòd
Gen.13.a. dropter iurgium pastorum suorum et Loth fuit coactus facere diuisionem diuitiarum. Ita Isac in Geraris fuit

in tantum locupleċtatus, quòd Geristæ & Abymalech rex ipsorum ipsum artauerunt ab ipsis recedere. Vnde patet ad literam, quomodo quantum ad temporalia fuerit fructuosè conuersatus. Sed quoniam hæc temporalium facultatum fructuositas figurabat CHRISTI *fructuosam conuersationem, quam præuidit Abraham figurari de ipso* CHRISTO *in Isac filio suo abscondito in fructibus specialibus, scilicet regni non terreni, sed cœlestis, ideo fructuosam conuersationem spiritualem uolentes intelligere, dicam primum figuram, deinde reducam ad propositum adaptando figuratum* CHRISTVM *Isac figuranti. Cum enim* DEVS *certificasset Abraham, quòd erat in gratia, scilicet prædestinationis dicens ipsi Abrehæ. Merces tua magna nimis. Et cum ipsi Abrehæ conquæsto de carentia prolis, ob quam causam oportebat eum eius uernaculum seruum sibi hæredem instituere, respondit ei* DEVS, *non erit sic; sed filius, qui nascetur ex te, erit hæres suus, & educens eum de tabernaculo ait. Suspice cœlum, & numera stellas, si potes, sic erit semen tuum. Abraham autem credidit domino, nec ab ipsa fideli credulitate deficit propter dilationem promissi filij, cum tamen tunc esset annorum septuaginta quinque & susceperit filium, cum esset annorum centum. Quinimmò in ipsa credulitate perseuerauit,* DEO *præcipiente, quòd filium natum imolaret proprio gladio ipsum interficiendo. Vnde non immerito dicitur, credulitatem illam fuisse bonum reputatum sibi ad iustitiam. Abraham autem credens* DEO *absque ulla hæsitationis for-*

Ge.26.c,d
Gen. 15.a.
Gen.15.b.
Gen. 17.e. &.21.a.
Gen. 22.a.
Gen. 15.a.

midine non cupiens scire, ut crederet, quia talis est credulitas dæmonum. 2. 2. q. 5. art. 2. Sed credens ut intelligeret, quasi clare sciret, quòd intellectus est merces fidei. ea. par. q. 8. ar. 8. Vnde fidelis, cuius fidei merces est magna DEO *ita confirmante, sic ait ad dominum.*

Gen. 15. d. Domine Deus, *unde scire possum, quòd sim possessurus hanc terram Chananæorum, scilicet in semine meo. Quod quidem uerbum non fuit uerbum dubitationis, sed uerbum cupientis scire modum tam fructuosæ conuersationis in suo semine, & in semine filij, teste* Augu. *de ciui. Dei. c. 16. & 24. Sic nec* MARIA *dubitauit, sed ab angelo, quomodo uirgo pareret, scire cupiuit,*

Luc. 1. d. *quando dixit. Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco? Sic igitur tanquàm credenti dominus ei mercedem fidei donauit, scilicet intellectum futuræ dominationis, & benedictionis æternæ scilicet sub figura. Vn-*

Gen. 15. b. *de inquit dominus. Sume mihi in sacrificium uaccam triennem, et capram trinam, et arietem annorum trium, turturem quoque, & columbam. Qui* Abraham *tollens prædicta tria genera animalium, diuisit omnia per medium, & utrasq; partes contra se altrinsecus posuit, aues autem non diuisit, sed stabant super cadauera animalium.* Abraham *autem cum contemplaretur hoc sacrificium, sic ambigendo expectauit usque ad uesperam, idest usque ad solis occasum. Cum autem sol occumberet, idest fieret sero, sopor*

Ge. 15. b. c *irruit super* Abraham, *& horror magnus, & tenebrosus inuasit eum, dictumque est illi. Sopor inquàm irruit, idest subito fuit magno sopore soporatus, &*

horror tenebrosus, & uidit terribilem tenebrositatem, quam etiam dormiens horruit: & merito horruit, quoniam sperabat tunc uidere se, uel filium suum Isaac regem, & audiuit dilationem quadraginta annorũ. Vnde transibat quasi de extremo ad extremum audiens uigilando possessionem Regni, & dormiendo audiens præuiam, & longam sui seminis seruitutem. Vnde dictum est illi dormiendo. Scito prænoscens, scilicet ut propheta, quòd peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, scilicet Aegypti, & subijcient, scilicet Aegypti eos, idest filios ab Isaac semine tuo nascituros seruituti. & affligent, scilicet Aegyptij eum, idest semen tuum quadrigentis annis, & sic habemus causam horroris. Verũ tamen genti tuæ seruient, idest Aegyptios ego iudicabo, scilicet per submersionem in mari rubro. Et post hoc, scilicet afflictionem egredientur. s. filij seminis tui cum magna substantia, scilicet expoliando Aegyptum. Et subditur. Tu autem, scilicet Abraham ibis, scilicet antequàm hæc fiant, ad patres suos, & hoc in pace, erisque sepultus in senectute bona; idest magna. Cum autem superuenisset nox, facta est inuisione caligo tenebrosa, & apparuit clibarius fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas. Ad huius conuersationis intelligentiam undecim sunt notanda. Primo quid significat horum patrum peregrinatio. Secundo quid eorum fidei assertio. Tertio quid per sacrificium tot trinnariorũ. Quarto quid per Abrahæ soporationem. Quinto quid per animalium & auium associationem. Sexto quid per animaliũ

Visio Abrahæ de suo semine prius seruitur, q̃ regnaturo.

Horroris temperamentum.

Gen. 15. c.

Ad cõuersationis itelligẽtiã xi. sunt declaranda.

diuisionem. Septimo quid per populi seruitutem. Octa-uo quid per diuitiarum expoliationem. Nono quid per *caliginem tenebrosam.* Decimo quid per clibarum fu-*mans. Vndecimo quid per lampadas ignis.* Circa pri-*mum declarandum, scilicet quid significet Isaac & pa-trum peregrinatio, dico, quòd significat triplicem pe-regrinationem. Prima enim peregrinatio est omnium electorum, qui in gremio, et in sinu Abrahæ debent si-mul collocari, de qua peregrinatione inquit Apostolus in persona omnium filiorum Abrahæ, & Isaac.* Non *habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inqui-rimus. Quandiu enim uiuimus in corpore, peregri-namur à domino. Secunda peregrinatio est populi Iudæorum propter mortem* CHRISTI. *Vnde si-cut patres eorum steterũt quadrigentis annis peregri-ni propter peccatum commissum contra Ioseph, sic ip-sorum filij, idest Iudæi sunt, & erunt peregrini per mundum dispersi propter peccatum commissum contra* CHRISTVM. *De qua peregrinatione inquit Dauid in persona* CHRISTI. Ne occidas eos, *ne quando obliuiscantur populi mei, disperge illos. Tertia est peregrinatio* CHRISTI *in Moyse fi-guratiuè absconditi: de qua in persona* CHRI-STI *ait propheta.* Peregrinus ego sum, sicut omnes *patres mei. Circa secũdum declarandum, quid signi-ficat Abraham, & Isaac fidei assertio: dico, quòd nõ potest significare fidem* CHRISTI, *quia in ipso non fuit fides quantum ad illam animam, quæ clarè ui-debat diuinam essentiam par. 3. q. 7. ar. 3. sed, signifi-*

Peregrinatio Isaac & patrũ significat triplicem peregrinationem.

Prima peregrinatio est omniũ electorum.

Hæb. 13. c

Secũda peregrinatio est Iudæorũ, propter Chri mortem.

Psal. 58. b

Tertia peregrinatio ẽ Chri.

Psal. 38. b. in fi.

Assertio fidei Abrahæ, & Isaac significat fidem Chri my-

uat fidem CHRISTI *mystici, idest ecclesiæ. Vnde sicut in antiquis patribus semper durauit fides in figuris ante incarnationem.* 2.2.q.2.ar.7. *ita postquàm incarnatus fuit, semper durauit fides redemptoris saltem in uirgine* MARIA. *Nam oratio* CHRISTI *non fuit uacua, sed semper fuit exaudita par.*3. q.21.arti.4. *Cum autem orauerit pro fide Petri, ne deficeret, illa oratio fuit exaudita: igitur Petri fides non deficit, licet defecerit fidei confeßio, quoniam si fides non durasset, non exiuisset foras flens amarè. Vnde fides ecclesiæ latuit in* MARIA, *scandalizata fuit in Petro, confessa fuit in latrone* CHRISTO *uiuente, & in eodem continuata* CHRISTO *mortuo. Circa tertium declarandum, quid significatur per sacrificium tot trinnariorum, quoniam uacca fuit triennis, capra trinna, & aries trinnus. Ad hoc declarandum dico, hunc numerum triennalem significare promißionem factam de* CHRISTO *fuisse factã in tertia generatione, scilicet post primam, quæ fuit Adæ, & post secundam, quæ fuit Noæ, & in tertia, quæ fuit Abrahæ. Et in prima, scilicet Moysi debuit in figuris, & prophetis durare per tres generationes. In prima, quæ fuit Moysi. In secunda quæ fuit Dauid, & in tertia quæ fuit babillonica. In ueritate autem perficitur. In septima quæ est* CHRISTI, *in qua saluantur, qui sunt membra* CHRISTI *in fide santißimæ trinitatis, &* CHRISTI, *in quo sunt tria, scilicet diuinitas, anima, & corpus. Sed quare hoc sacrificium non fuit tantum de auibus, nec tantum*

fitici.i.ecclesiæ.

Sacrificiũ trinnariorũ aĩaliũ quid significat.

de animalibus, sed de utrisque? Respondens dico, CHRISTVM non fuisse absconditum solum in patribus ueteris testamenti, qui in sua fide, uel propter suam fidem mortui sunt, sed etiam fuisse figuratum, & creditum in patribus noui testamenti, qui fuerunt mortui, & quotidie moriuntur in fide CHRISTI, uel
Gen.15.d. propter CHRISTI fidem, & hi per aues designantur iuxta illud CHRISTI in euangelio. Tauri mei, idest patres fideles ueteris testamenti, & altilia, scilicet aues, idest patres noui testamenti mortui sunt. Sed quare tot species animalium, scilicet tres? Respondeo cum August. de ciui. Dei. c. 16. & 24. & dico per tria, quæ expectabantur à populo figurata in semine patrum, scilicet Abrahæ, & Isaac. Nam uacca significabat iugum legis, quod eidem semini debebat imponi, scilicet tempore Moysi. Capra autem significabat semen, idest Synagogam futuram peccatricem in deserto, & in terra promissionis. Aries autem, qui dominatur gregi, significabat futuram regalē dignitatem tempore Dauid, & aliorum regum dominantiū in terris olim Chananæorum, & sic patet tertium. Circa quartum declarandum, quid significatur per Abrahæ soporationem respondens dico, quòd sopor irruens in Abraham significat repentinam mortem omniū generaliter in fine sæculi, quando Isaac, idest CHRISTVS semen Isaac, sicut & Abrahæ est uenturus indicare uiuos & mortuos. Circa quintum declarandum, quid per animalium & auium associationem significetur? Respondeo, & dico, quòd animalia signifi-

Quid Abrahæ soporatio denotet.

Quid per aiaiū, & auiū associatē significet.

cant carnales, & uniuersaliter significant omnes peccatores, qui adueniente Isaac, idest CHRISTO ad iudicandum, stabunt ad sinistram CHRISTI, idest in terra: aues uero significant contemplatiuos, & uniuersaliter omnes iustos, qui occurrent CHRISTO uenienti ad iudicandum in aria. Circa sextum declarandum, quid significatur per animalium diuisionem: respondeo, quòd exponitur dupliciter: uno modo literaliter, quoniam erat accessurus ad terram promissionis per diuisionem maris Rubri sicco pede. Altero modo allegoricè. Nam animalia significant carnales, & aues spirituales. Spirituales uniuntur charitate, quæ est uinculum perfectionis, & hi in hac uita, & in alia stant uniti: carnales autem diuiduntur, quia sunt sine charitatis uinculo. Circa septimum declarandum, quid per seminis Abrahæ, & Isaac seruitutem significatur, dico, quòd significat seruitutem peccati. Nam teste domino nostro IESV CHRISTO. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Nam peccator in mente sua consentiens peccato in se habet conditiones serui. Cum enim dominus præcipit seruo, quòd faciat hoc, uel illud, seruus est illi obediens; sic peccatum consumatũ ad intra, quicquid præcipit fieri ad extra, uerbo, uel facto, totum pro posse adimpletur. Seruus nihil sibi lucratur, sed domino totum acquirit: sic peccator quicquid boni operis operatur, totum est peccati, & totum per peccatum occiditur. Seruus inobediens domino, à domino uerberatur; sic peccator interius non consumans peccatum exterius peccato temptante multis tem-

Quid ostẽdatur per aialiũ diuisionem.

Quid p seminis Abrahæ, & Isaac seruitutem significat.

Ioan. 8. e. Rom. 6. c &. 2. Pet. 2. d.

bitus, & tenebrosa caligo. Quãdo Isaac semen Abrahæ fuit eductum de seruitute per uiam sui transitus, corruscabant solaris radiorum luminis, idest miracula, quasi præsens esset CHRISTVS *qui in Isaac stabat absconditus. Nam luminosa columna ignea de nocte lucebat; mare diuisum iter præbebat; aqua fluebat de petra; colludebant inter tabernacula conturnices; manna de cœlo cibus angelicus populum pascebat; intuitu serpentis populus ulceratus sanabatur; timebant Chananæorum; Iordanis flumen conuersum fuit retrorsum; intrat Isaac semen Abrahæ terrã promißionis; superat uiginti, & unum reges. Quis non uideret* CHRISTVM *latitantem in Isaac semine? Cum autem peruenerunt ad dominium terrarum Chanaam, tunc sol occubuit, idest* CHRISTVS *latuit. Cessauerunt enim miracula finita promißione illa facta Isaac semine Abrahæ. Semini tuo dabo terram hanc. Quid autem significet iste solis occubitus, audite. Sol iustitiæ* CHRISTVS, *qui ante introitum terræ sanctæ illustrauit populum in figuris, idest in miraculis, & contra Gabaon se firmauit, diem longißimum faciens, & Ezechiæ regis tempore retroceßit, promißionis fidem confirmans. Firmatus in utero uirginis contra populum idolatram non solum in deserto, sed etiam in Israelitico regno, idest postquàm fuit templum fabricatum, & sacerdotium ordinatum sol retroceßit, idest* CHRISTVS *Isaac semen non tantum de Sara natus, sed ex* MARIA *uirgine conceptus, tunc retroceßit, quando ad præterita miracula rediit, ut*

sicut

ſicut illi populo fecerat miracula manifeſtantia ſuam diuinitatem in figuris;ita radiorum fulgore ſuam diuinitatem manifeſtaret in ueritate conditionis humanæ, ita ut crederetur,ut eſſet uerus homo, & uerus DEVS. Sicut autem educto populo de ſeruitute, & in terram promiſſionis introducto ſol occubuit miraculorũ corruſcantia ceſſante: ita introducto Iſaac ſemine in ſtatum ſalutis populo regnum facto, ſacerdotio ſanctificato in ſanguine CHRISTI; eiusq; nomine per totum orbem ſeminato. Tunc uiſum eſt Abrahæ,quòd ſol occubuit,ideſt CHRISTVS in Iſaac abſconditus in figuris,et humanitate,dum fuit incarnatus, tempore Antichriſti occubuit,ideſt erat abſconditus propter perſecutionem Antichriſti. Solis igitur occubitus ſignificat fidei CHRISTI redemptoris deficientiam. Ecce audiuiſtis, quid ſolis occubitus ſignificet,audiatis modo quid illa tenedroſa caligo denotat. Cum ad illam ſeuiſſimam Antichriſti perſecutionem Iſaac ſemine priuato ſole iuſtitiæ CHRISTO prædicante,atque regnante Antichriſto in perſona,& ſuis membris,quid erit de ſemine Iſaac,& Abrahæ? Certè erit tenebroſa caligo. Quid igitur futurum ſit de ſemine Iſaac.i.de CHRISTO, apparet oſtenſum fuiſſe Abrahæ quando in uiſione uidit,quòd ſol occubuit, & facta eſt tenebroſa caligo,& ſic patet nonum declarandum. Circa decimum, quid per clibanum fumamtem denotetur. Clibanus iſte talem habet ſignificationem, quòd illam intelligens Abraham,& de longinquo uidens, horror magnus,& tenebroſus inuaſit eum. Clibanus fumans eſt congre-

Quid per clibanum fumantem denotetur.
Gen. 15.d.

bantur tam teribiliter in uno semine uentura, suo semine Isaac, idest CHRISTO *iterum ad iudicandum uenturo. Et sic patet undecimum declarandum. Vnde clarum est, quomodo Isaac, idest* CHRISTVS *in Isaac absconditus fuit in mundo conuersatus fructuosé. Circa sextum ubi dixi* CHRISTVM *filium* DEI, *& uirginis gloriosæ esse ueré* DEVM, *saluatorem Israel, in Isac absconditum, dum a patre fuit imolatus pœnosé. Satis est dictum de fructu conuersationis, & peregrinationis Isaac* CHRISTVM *figurantis, &* CHRISTI *in Isaac tanquàm figuratum in figura latitantis. Sed priusquàm deueniam ad ultimum suæ conuersationis fructum, & quomodo in sede & tribunali ultimi iudicij sedeat ille, qui per paßionem meruit sibi iudiciariam potestatem, tractabo de pœna paßionis, & ostendam, qualiter fuit in Isaac figuratus, & simul declarabo quatuor summatim. Primo qualiter à patre fuit imolatus pœnosé. Secundo qualiter ligna portauit onerosé. Tertio qualiter fuit ligatus non ociosé. Quarto qualiter fuit spinis coronatus ignominiosé. Circa primum, secundum, tertium, & quartum dicam secundum texstus historiam, deinde adaptabo ad propositum. Quanuis* DEVS *suis electis largiatur multa, & magna beneficia citra fœlicitatem in hac misera, & mortali uita: unum tamen inter cætera est singulare, scilicet secretorum reuelatio. Sic enim dixit* IESVS CHRISTVS *suis discipulis. Iam non dicam uos seruos, sed amicos, quia omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci uobis. Hoc signum chari-*

Isaac signi ficat Christum, dũ a patre fuit imolatus pœnose.

Signum amoris est secretorũ reuelatio. Ioan. 15.c.

tatiuæ amicitiæ ostendit DEVS Abrahæ, scilicet secretorum reuelationem. Et cum uoluit iudicare sodomitas per ignem dixit. Nunquid potero cœlare Abraham usque ad finem sæculi, quæ gesturus sum? quasi dicat non amore constrictus. Vnum autem est præcipuum secretum, scilicet reuelatio status in gratia. Quod uolens reuelare Abrahæ, scilicet quantum ipse Abraham erat DEO acceptus ostendit duobus modis. Primo reuelando sibi ore angelico, quòd erat præcepta DEI non solum obseruaturus, sed etiam regulaturus semen suum in fide, & obedientia DEI. Vnde inquit DEVS. Scio, quòd præcepturus sit filijs suis, & domui suæ post se, ut custodiant uiam domini, & faciant iudicium & iustitiam. Secundo modo reuelauit ei statum suum in gratia, quem statum non solum reuelauit ei ore angelico, sed per gratiam gratificam, & gratißimam experientiam, quæ est summa rerum magistra, & quam nemo potest habere, nisi per diuinam reuelationem. 1.2.q.112.artic.5. Cum autem DEVS uellet hoc secretum ei reuelare, uocauit eum dicens. Abraham, Abraham. Tolle filium tuum, quem diligis, Isaac, & offeres illum in holocaustum super unum montium, quem mostrauero tibi. Abraham autem de nocte consurgens strauit asinum suum ducens secum duos iuuenes, & Isaac filium suum. Cumque concidisset ligna in holocaustum, abijt ad locum, quem præceperat ei DEVS. Die autem tertio eleuatis oculis uidit locum procul, dixitq; ad pueros suos. Expectate hic cum asino, ego & puer illuc usque properantes postqàm ado-

Gen. 18. b.

Secretum principale est reuelatio sui status in gratia dei.

Gen. 18. c.

Gen. 22.

rauerimus, reuertemur ad uos. Tulit ergo ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum. Ipse uerò in manibus suis portabat ignem, & gladium: Tunc dixit Isaac, pater mi? At ille respondit. Quid uis filij? Ecce inquit ligna, ubi est uictima holocausti? Dixit Abraham DEVS prouidebit sibi de uictima holocausti filij mi. Veneruntq; ad locum, quem ostenderat ei DEVS, in quo ædificauit altare, & desuper ligna posuit. Cumq; colligasset Isaac filium suum, posuit eum in altari super struem lignorum. Et cum accepisset gladium, ut imolaret filium suum, ecce angelus domini de cœlo clamauit dicens. Abrahã, Abraham. Qui respondit, adsum. Dixitq; ei. Ne extendas manum tuam super puerum, nec facias illi quicquàm: nunc cognouit, quòd timeas DEVM, & non pepercisti filio unigenito propter me; leuauitq; oculos Abraham, uiditq; post tergum arietem inter uepres hærentem cornibus, quem assumens obtulit in holocaustum pro filio, uocauitq; nomen loci illius, dominus uidet: quia scilicet uidere fecit. Sed quomodo fecit Abraham scire se esse in gratia DEI non solum uerbo angelico, sed experimento? certe per duo dona, quorum primum fuit amor DEI, secundum fuit amor filij. Si enim non amasset DEVM, per obedientiam uoluntate non imolasset filium; per amorem autem obediuit DEO uoluntate imolando filium; per amorem uerò filij sumpsit dominus dilectionis experimentum. Et hoc allegat eidem DEVS dicens. Non

Gen. 22. c. pepercisti filio tuo unigenito propter me. Multis nanque intentiuis concitauit DEVS amorem Abrahæ, ut

plene faceret eum cognoscere, quantum DEVM diligeret. Primo quidem dixit, tolle, scilicet ad sacrificium, non dico uitulum, uel agnum, sed tolle, non dico filium quencunque, nec cuiuscunque, sed tuum: nec dico quencunque tuum, scilicet Ismaelem, sed illum, quem diligis, Isaac: illum quippe dico Isaac, quem tibi promisi, illum, propter quem uxor tua risit, & tu risisti: illum Isaac dico, propter cuius ablactationem grande conuiuium fecisti: tolle inquàm illum Isaac; propter quem ancillam cum filio de domo eiecisti: illum dico, in quem filium DEI absconditum credidisti: in quo omnium benedictionem obtinuisti. Ecce uolo, quòd moriatur, antequàm uxorem ducat, antequàm filios generet, antequàm stellæ numerentur. Offeras igitur mihi in sacrificium, non in quodcunque sacrificium, sed in holocaustum, ita ut totum illud corpus in fimum, & in cinerem resoluatur. Ausculta. Quod uolo, nolo. Quod à famulo tuo iuguletur, nolo; quòd alieno gladio iuguletur, nolo: sed tu met tolle, & imola; tu met iugula; tu met effunde sanguinem suum; tu met infige gladium tuum; tu met proprijs manibus pone struem lignorum super altare; uide, ut comburatur, tu met proprijs manibus liga manus suas, liga pedes suos, & liga cum lignis. Audi uocem eius dicentis. Pater mi? & constans respondet illi. Filij mi, nec commoueantur uiscera animæ tuæ, sanguis, & humores corporis tui: superet ratio in te omnem passionem, omnem carnalem affectionem, dum dicit. Ecce ignis et ligna, ubi pater mi est uictima? Abraham constans, & perfectus filium uocantem audit, ligatum uidit, intuen-

tem se intuetur, duos amores in se intuetur, amorem DEI, & amorem filij: ille DEI petit filij mortem, iste filij uitam affectat. Sicut filius stat super struem ligatus, sic pater ab omni paternali amore solutus gladium uoluntate cum inchoato opere in guttur filij immersit, nouo præcepto angeli admonitus sic dicentis. Ne extendas manum super puerum, eò quòd timeas dominum. Ecce, quomodo Abraham uidit DEVM diligentem se, & se etiam uidit diligentem DEVM. Cum autem Isaac sit figura CHRISTI, declaremus ad propositum. Quomodo CHRISTVS à patre fuit imolatus. Quomodo uolontariè ligatus. Quomodo lignis oneratus. Quomodo spinis coronatus. Audiuistis unum singulare signum amoris, quod DEVS ostendit Abrahæ, quòd ipsum diligebat, dum eidem donauit cognoscere experimento, quòd erat in gratia. Nunc autem est ostendendum, quomodo sub similitudine Isaac reuelauit quatuor secreta. Primum secretum fuit, quòd sicut ipse Abraham uoluit sacrificare filium, sic DEVS cœlestis pater uoluit mori CHRISTVM. Vnde inquit apostolus. Proprio filio suo non pepercit sed pro omnibus nobis tradidit illum. Hoc autem cœlestis pater fecit tribus modis. Primo sua æterna præordinatione, prouidentia, & prædestinatione sic ipsum subijciendo morti. Talem enim medellam mortis filij sui præparauit morti nostræ, ut nos à morte per mortem filij sui liberaret. Secundo cœlestis pater uoluit filium suum mori, ut nobis animam inspiraret. Tertio cœlestis pater ostendit uelle filij sui mor-

Primũ secretum.

Rom. 8. f.

tem, ipsum cum posset à morte liberare, non liberando. Et hoc modo sicut pater cœlestis erat absconditus in patre Abraham, sic CHRISTVS *æterni patris filius fuit in Isaac absconditus. Hoc autem secretum reuelatum fuit Abrahæ; qui figuratiuè tantum mysterium prænunciando prophetauit. Secundum secretum fuit, quòd sicut Isaac suam uoluntatem confirmauit uoluntati patris obediendo ipsi; ita* CHRISTVS *conformauit suam uoluntatem uoluntati cœlestis patris, mortem per obedientiā acceptando. Vnde sic testificatur apostolus. Factus est obediens usque ad mortem. Quòd autem uoluntariè ex obedientia fuerit mortuus, sic declaratur. Anima illa potuit præseruare corpus illud à quacunque lexione minima, & maxima, non mortali, et mortali, nec præseruauit, ergo uoluit mori. Similiter sicut illa diuinitas, quæ uoce* CHRISTI *dicentis. (Ego sum) prostrauit ministros illum capere uolentes, quia abijerunt retrorsum, & ceciderunt in terram, poterat tunc & semper illos reprimere, ita & nunc: sed cum non fecerit, significat, quòd mori uoluit. Præterea cum ex uerbis suis potuerit rogare patrem, ut in eius auxilium mitteret multas legiones angelorum, nec petijt, ergo datur intelligi, quòd uoluntariè uoluit mori. Hoc autem secretum fuit Abrahæ & Isaac reuelatum, dum Isaac figura* CHRISTI *nullam resistentiam fecit patri, sed quantum sua interfuit, uoluit libenter mori. Vnde sicut Isaac permisit se ligari à patre, sic* CHRISTVS *præcepto patris permisit se à ministris ligari, & ut uictima trahi. Ter-*

Secūdum secretum.

Phil. 2. b.

Ioan. 18. b

tium secretum fuit, quòd sicut Isaac portauit ligna, supra quæ debebat mori, sic CHRISTVS *portauit ligna in figura crucis conficata, super quæ debuit crucifigi. Tam sacrum mysteriũ non cœlauit* DEVS *Abrahæ, nec Isaac opere prophetantibus. Quartum secretum, quòd sicut Abraham post tergum uidit arietem tenentem caput in spinis, ita* CHRISTVS *à nouerca .i. Iudæorum synanoga fuit spinis coronatus. Cum autem caput arietis hoc figurauerit, hoc omnino pater & filius ut prophetæ cognouerunt. par. 3. q. 47. ar. 1. 2. 3. Septimo dixi, quòd* CHRISTI *filius* DEI, *et uirginis gloriosæ fuit in Isaac uerè* DEVS *absconditus in uxore fœcundatus frondosè. Cũ Isaac duxisset uxorem nomine* Rebeccam: *inuenta est* Rebecca *sterilis; quod cum cognouisset Isaac, fecit orationem ad* DEVM *pro ipsa: &* DEVS *exaudiuit orationem suam: &* Rebecca *uxor sua facta fuit fœcunda, quæ concepit, & peperit duos filios, scilicet* Esau, *&* Iacob. *Quoniã dictũ fuit, Isaac figurare* CHRISTVM *moriturum, nunc dicimus Isaac orantem pro* Rebecca *impetrasse suam fœcunditatem, &* CHRISTVM *duo fecisse pro ecclesia sua.* Primo *nanque figurante Isaac mortuus est, cuius mortis rationem aßignans apostolus ait.* CHRISTVS *tradidit semetipsum pro ecclesia, ut exhiberet sibi ipsi gloriosam ecclesiam non habentem maculam, aut rugã: quam munditiam ecclesia habebit in gloria. par. 3. q. 8. ar. 3. arg. 2. Sed si redemptio per mortem fuit sufficiens, ad quid ergo profuit oratio? certe oratio*

Quartum secretum.

Isaac repræsentat Chr̄m ꝓpter vxoris fœcunditatem.

Edh. 5. c.

CHRISTI, *cuius actus transiuit, & effectus uirtute continuat, ualet ad excludendam ecclesiæ sterilitatem, & ad impetraudam filiorum spiritualium fœcunditatem. Vnde sicut omnes paßionis uirtute redimuntur, ita etiam uirtute orationis* CHRISTI *omnes usque ad ultimum electum spiritualiter nascuntur ex aqua, & spiritu sancto renati*. Ecce ergo quomodo *sponsa* CHRISTI, *idest ecclesia est fœcundata frondosè exemplo Isaac sic figurantis. Sic igitur habemus Isaac figurasse* CHRISTVM, *primo quia ab æterno fuit in mente diuina prædestinatus gratiosè. Secundo quia à patre fuit miraculosè generatus. Tertio quia à matre ablactatus gaudiosè. Quarto quia in circuncisione fuit nominatus gloriosè. Quinto quia in mundo fuit conuersatus fructuosè. Sexto quia à patre fuit imolatus pœnosè. Septimo quia in sponsa fuit fœcundatus frondosè.*

Septima figura animata.

SEPTIMA FIGVRA, *in qua* CHRISTVS *filius* DEI, *& uirginis gloriosæ uerè sit* DEVS *absconditus, saluator Israel, est Iacob*. *Ad narrationem tanti mysterij, & ut clarè loquar de Iacob, in quo fuit absconditus uerè* DEVS, DEVS *saluator Israel* CHRISTVS IESVS *filius* DEI, *& uirginis gloriosæ, primo dicam textum sacræ scripturæ, deinde illum particulariter exponam. Cum enim esset Isaac annorum quadraginta, & duxisset uxorem Rebeccam, illa reperta est sterilis. Quod perpendens Isaac leuauit mentem suam ad* DEVM *cœli, & orauit pro ea non tantum propter partum*

de animalibus, sed de utrisque? Respondens dico, CHRISTVM non fuisse absconditum solum in patribus ueteris testamenti, qui in sua fide, uel propter suam fidem mortui sunt, sed etiam fuisse figuratum, & creditum in patribus noui testamenti, qui fuerunt mortui, & quotidie moriuntur in fide CHRISTI, uel

Gen.15.d. propter CHRISTI fidem, & hi per aues designantur iuxta illud CHRISTI in euangelio. Tauri mei, idest patres fideles ueteris testamenti, & altilia, scilicet aues, idest patres noui testamenti mortui sunt. Sed quare tot species animalium, scilicet tres? Respondeo cum August. de ciui. Dei. c. 16. & 24. & dico per tria, quæ expectabantur à populo figurata in semine patrum, scilicet Abrahæ, & Isaac. Nam uacca significabat iugum legis, quod eidem semini debebat imponi, scilicet tempore Moysi. Capra autem significabat semen, idest Synagogam futuram peccatricem in deserto, & in terra promißionis. Aries autem, qui dominatur gregi, significabat futuram regalē dignitatem tempore Dauid, & aliorum regum dominantiū

Quid Abrahæ soporatio denotet. in terris olim Chananæorum, & sic patet tertium. Circa quartum declarandum, quid significatur per Abrahæ soporationem respondens dico, quòd sopor irruens in Abraham significat repentinam mortem omniū generaliter in fine sæculi, quando Isaac, idest CHRISTVS semen Isaac, sicut & Abrahæ est uenturus

Quid per aīaliū, & auiū associeratē significet. iudicare uiuos & mortuos. Circa quintum declarandum, quid per animalium & auium associationem significetur? Respondeo, & dico, quòd animalia signifi-

cant carnales, & uniuersaliter significant omnes peccatores, qui adueniente Isaac, idest CHRISTO ad iudicandum, stabunt ad sinistram CHRISTI, idest in terra: aues uero significant contemplatiuos, & uniuersaliter omnes iustos, qui occurrent CHRISTO uenienti ad iudicandum in aria. Circa sextum declarandum, quid significatur per animalium diuisionem: respondeo, quòd exponitur dupliciter: uno modo literaliter, quoniam erat accessurus ad terram promissionis per diuisionem maris Rubri sicco pede. Altero modo allegoricè. Nam animalia significant carnales, & aues spirituales. Spirituales uniuntur charitate, quæ est uinculum perfectionis, & hi in hac uita, & in alia stant uniti: carnales autem diuiduntur, quia sunt sine charitatis uinculo. Circa septimum declarandum, quid per seminis Abrahæ, & Isaac seruitutem significatur, dico, quòd significat seruitutem peccati. Nam teste domino nostro IESV CHRISTO. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Nam peccator in mente sua consentiens peccato in se habet conditiones serui. Cum enim dominus præcipit seruo, quòd faciat hoc, uel illud, seruus est illi obediens; sic peccatum consumatū ad intra, quicquid præcipit fieri ad extra, uerbo, uel facto, totum pro posse adimpletur. Seruus nihil sibi lucratur, sed domino totum acquirit: sic peccator quicquid boni operis operatur, totum est peccati, & totum per peccatum occiditur. Seruus inobediens domino, à domino uerberatur; sic peccator interius non consumans peccatum exterius peccato temptante multis tem-

Quid ostēdatur per aīaliū diuisionem.

Quid p semínis Abrahæ, & Isaac seruitutem significat.

Ioan.8.c. Rom.6.c &.2. Pet. 2.d.

ptationibus percutitur, donec peccato obediens, peccatum exterius consumetur. Seruus est uenalis, qui uenditus est alterius domini seruus: sic peccator ab uno peccato alteri peccato uenditur, dum unum peccatum est causa alterius peccati: ut cum auaritia est causa usuræ, symoniæ, furti, periurij, mendacij, fraudis, proditionis, homicidij. Seruus domino moriētę remanet seruus, sic peccator moriente peccato operis remanet seruus peccati cordis, ut luxuriosus uetulus per impotentiam non potens peccare opere, per habitum corruptum longa consuetudine acquisitum uoluntatę peccat. Cum autem seruitus illa seminis Abrahæ, & Isaac esset futura propter peccatum uēditionis Ioseph; quo peccato fiendum erat semen id seruus peccati, dum fratres erant peccaturi in Ioseph per inuidiam, quæ inuidia fecit eos seruos odij, quod odium fecit eos impacientes, quæ impacientia fecit eos uendere Ioseph, quæ uendicio fecit eos decipere patrem dicendo. Fera pessima occidit ipsum. Sic apparet quàm iustè semen Abrahæ, & Isaac in pœnam peccati futuri erat seruituti subijciendum. Seruitus igitur ista significat seruitutem peccati, quod est septimum declarandum. Circa octauum declarandum, quid significatur per diuitiarum expoliationem? Legitur enim in Exodo, quòd Hæbrei semen Abrahæ, & Isaac complecta malitia Chananæorum, & complecta seruitute ipsorum Hæbreorum, tandem placuit domino cœlorum subijcere Chananæos seruituti Hæbreorum. Quod latius dicam, cum faciam uerbum de Iacob. Et hoc primo liberandi Hæbreos à seruitute

Quid significetur p diuitiarū expoliationem.

Aegyptiorum, ut patet Exodi ferè per totum. In qua liberatione præcepto DEI iusto populus semen Isaac expoliauit Aegyptios diuitijs exeundo de Aegypto. Et quoniam populus Hæbreorum erat inermis, expoliauit & ipsos armis, dum in mare submersos, atque per mare fluctuantes ad aliud litus euolutos, ipsos armis denudauerunt. Vbi notandum, quòd istæ diuitiæ Aegyptiorum significant merita, & præmia iustorum reprobatorum, qui quanuis sint reprobi, quandoque tamen faciunt multa de genere bonorum. Nam uanagloriosa mulier peccando uadit ad ecclesiam. Concubina quandoque ieiunat. Meretrix quandoque die sabbati abstinet ab opere nephario. Symoniacus, & concubinarius dicunt officium. Auarus, usurarius quandoque est elemosynarius. Gulosus & epulo interdum est liberalis, & magnificus. Luxuriosus aliquando est pius. Cum autem ista & similia bona fiant in peccato, uel ad finem peccati, uel cum sint facta sine peccato, sed persequens peccatum mortificetur horum operum, horum meritorum, horum præmiorum, reprobi priuauerunt se finaliter, seque indignos fecerunt. Electi autem, quorum gaudium debet esse plenißimum, illorum reprobatorum coronas neglectas accipiẽtes, ipsorum bonis operibus gaudebunt. par. 1. q. 23. ar. 6. arg. 1. Et sic patet octauum declarandum. Circa nonum declarandum, quid significatur per caliginem tenebrosam? Sic legitur in Genesi. Cum occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa. Attende lector, quomodo duæ sunt textuales particulæ, duo significantia mala, scilicet solis occu-

Quid denotetur p caliginem tenebrosam.

bitus, & tenebrosa caligo. Quãdo Isaac semen Abrahæ fuit eductum de seruitute per uiam sui transitus, corruscabant solaris radiorum luminis, ideſt miracula, quaſi præſens eſſet CHRISTVS *qui in Isaac ſtabat abſconditus. Nam luminoſa columna ignea de nocte lucebat; mare diuiſum iter præbebat; aqua fluebat de petra; colludebant inter tabernacula conturnices; manna de cœlo cibus angelicus populum paſcebat; intuitu ſerpentis populus ulceratus ſanabatur; timebant Chananæorum; Iordanis flumen conuerſum fuit retrorſum; intrat Isaac ſemen Abrahæ terrã promißionis; ſuperat uiginti, & unum reges. Quis non uideret* CHRISTVM *latitantem in Isaac ſemine? Cum autem peruenerunt ad dominium terrarum Chanaam, tunc ſol occubuit, ideſt* CHRISTVS *latuit. Ceſſauerunt enim miracula finita promißione illa facta Isaac ſemine Abrahæ. Semini tuo dabo terram hanc. Quid autem ſignificet iſte ſolis occubitus, audite. Sol iuſtitiæ* CHRISTVS, *qui ante introitum terræ ſanctæ illuſtrauit populum in figuris, ideſt in miraculis, & contra Gabaon ſe firmauit, diem longißimum faciens, & Ezechiæ regis tempore retroceßit, promißionis fidem confirmans. Firmatus in utero uirginis contra populum idolatram non ſolum in deſerto, ſed etiam in Iſraelitico regno, ideſt poſtquàm fuit templum fabricatum, & ſacerdotium ordinatum ſol retroceßit, ideſt* CHRISTVS *Isaac ſemen non tantum de Sara natus, ſed ex* MARIA *uirgine conceptus, tunc retroceßit, quando ad præterita miracula redijt, ut*

ſicut illi populo fecerat miracula manifeſtantia ſuam diuinitatem in figuris; ita radiorum fulgore ſuam diuinitatem manifeſtaret in ueritate conditionis humanæ, ita ut crederetur, ut eſſet uerus homo, & uerus DEVS. *Sicut autem educto populo de ſeruitute, & in terram promiſsionis introducto ſol occubuit miraculorũ corruſcantia ceſſante: ita introducto* Iſaac *ſemine in ſtatum ſalutis populo regnum facto, ſacerdotio ſanctificato in ſanguine* CHRISTI, *eiusq; nomine per totum orbem ſeminato. Tunc uiſum eſt Abrahæ, quòd ſol occubuit, ideſt* CHRISTVS *in* Iſaac *abſconditus in figuris, et humanitate, dum fuit incarnatus, tempore Antichriſti occubuit, ideſt erat abſconditus propter perſecutionem Antichriſti. Solis igitur occubitus ſignificat fidei* CHRISTI *redemptoris deficientiam. Ecce audiuiſtis, quid ſolis occubitus ſignificet, audiatis modo quid illa tenedroſa caligo denotat. Cum ad illam ſeuiſſimam Antichriſti perſecutionem* Iſaac *ſemine priuato ſole iuſtitiæ* CHRISTO *prædicante, atque regnante Antichriſto in perſona, & ſuis membris, quid erit de ſemine* Iſaac, *&* Abrahæ? *Certè erit tenebroſa caligo. Quid igitur futurum ſit de ſemine* Iſaac. i. de CHRISTO, *apparet oſtenſum fuiſſe Abrahæ quando in uiſione uidit, quòd ſol occubuit, & facta eſt tenebroſa caligo, & ſic patet nonum declarandum. Circa decimum, quid per clibanum fumamtem denotetur. Clibanus iſte talem habet ſignificationem, quòd illam intelligens Abraham, & de longinquo uidens, horror magnus, & tenebroſus inuaſit eum. Clibanus fumans eſt congre-*

Quid per clibanum fumantem denotetur.

Gen, 15, d.

gatio falsorum prophetarum CHRISTVM in persona, & in membris, & in corpore, idest in ecclesia persequentium: quoniam sicut falsi prophetæ fuerunt causa secundæ seruitutis, scilicet babillonicæ, & destructionis Hyerusalem, ac templi, ut patet Ieremiæ quasi per totum: & sicut prædicti falsi prophetæ, idest falsi doctores legis fuerunt causa secundæ destructionis Hyerusalem, unde semen Isaac per totum orbem est dispersum, uagum, & profugum: sic in fine sæculi falsi prophetæ, hoc est hæretici præcedentes suum Antichristum falsum, & dyabolo plenum à principio sui conceptus præcedentes, & ut præcones eum prænunciantes facient semini Abrahæ, & Isaac inauditam persecutionem: de qua loquens dominus noster IESVS CHRI-
Mat.24.b STVS per euangelistam inquit. Erit tribulatio tanta, qualis ab initio nunquàm fuit. Et bene dicitur clibanus fumans, quoniam clibanus flammeus significat collegium iustorum, & sanctorum doctorum flammam igneam charitatis spirantium: sic flamma fumibunda significat conuenticulam falsorum hæreticorum: qui non ut angeli uasa gratiæ illuminant, sed ut dæmones uasa nequitiæ obcæcant, suisq; falsis doctrinis ignaros subducunt. Siue igitur capiamus Antichristum, idest contra Christum pro persona, pro membris, siue pro suorum collegio, clibanus est fumans fumum tenebrosum. Et per supradicta patet quid per clibanum significetur.

Quid per ignis lampades demostretur.

Circa undecimum declarandum quid per ignis lampades denotetur. Dicitur enim per prophetam. Apparuit
Gen.15.d. lampas ignis transiens inter diuisiones illas. Iam di-

ctum fuit, quòd animalia diuisa significant carnales filios Abrahæ, & his figuratur Ismahel filius Abrahæ natus de ancilla secundum carnem. Aues autem significant electos cœlestia suo uolatu perquirentes. Sed quia animalia fuerunt diuisa et per diuisiones transeunt lampades ignis, scire oportet duas esse partes carnalium. Nam quidam sunt electi, & quidam sunt reprobati. Transit autem lampas ignis per diuisiones, et utranque partem animalis urit: sic ignis ille ultimi iudicij saluabit electos, scilicet illos purgando, & cruciabit reprobos, ipsos æternaliter cruciando, teste Augusti. de ciuit. Dei ca. 16. & 24. Secundum enim sacros doctores semen Abrahæ, idest Isaac figurans CHRISTVM, & in quo CHRISTVS est absconditus, est iterum uenturus iudicare sæculum per ignem. Quo igne non solum elementaria, idest omnia ex elementis composita cremabuntur, & non renouabuntur, sed etiam homines utriusque sexus incinerabuntur & tanquàm pulueres ad resurrectionem præparabuntur. In quo ignis incendio, qui reperientur uiui, & plenè purgati, nullum incendij sentient cruciatum. Qui uero erunt pœnitentes, & non purgati, illo igne tantum dolorem sentient intensiuè, quantum debuissent in purgatorio pati longo tempore extensiuè. Vnde sicut electi facient finem suis pœnis, dum igne illo purgabuntur, ita reprobi facient principium sui inferni, dum igne illo cruciabuntur. par. 3. adic. q. 72. art. 8. in R. cum argu. 3. Non igitur mirum, si magnus horror, & tenebrosus inuasit Abraham soporatum, cui tam horribilia in uisione ostende-

bantur tam teribiliter in uno semine uentura, suo semine Isaac, idest CHRISTO iterum ad iudicandum uenturo. Et sic patet undecimum declarandum. Vnde clarum est, quomodo Isaac, idest CHRISTVS in Isaac absconditus fuit in mundo conuersatus fructuosè. Circa sextum ubi dixi CHRISTVM filium DEI, & uirginis gloriosæ esse ucrè DEVM, saluatorem Israel, in Isac absconditum, dum à patre fuit imolatus pœnosè. Satis est dictum de fructu conuersationis, & peregrinationis Isaac CHRISTVM figurantis, & CHRISTI in Isaac tanquàm figuratum in figura latitantis. Sed priusquàm deueniam ad ultimum suæ conuersationis fructum, & quomodo in sede & tribunali ultimi iudicij sedeat ille, qui per passionem meruit sibi iudiciariam potestatem, tractabo de pœna passionis, & ostendam, qualiter fuit in Isaac figuratus, & simul declarabo quatuor summatim. Primo qualiter à patre fuit imolatus pœnosè. Secundo qualiter ligna portauit onerosè. Tertio qualiter fuit ligatus non ociosè. Quarto qualiter fuit spinis coronatus ignominiosè. Circa primum secundum, tertium, & quartum dicam secundum texstus historiam, deinde adaptabo ad propositum. Quanuis DEVS suis electis largiatur multa, & magna beneficia citra fœlicitatem in hac misera, & mortali uita: unum tamen inter cætera est singulare, scilicet secretorum reuelatio. Sic enim dixit IESVS CHRISTVS suis discipulis. Iam non dicam uos seruos, sed amicos, quia omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci uobis. Hoc signum chari-

Isaac significat Christum, dũ a patre fuit imolatus pœnose.

Signum amoris est secretorũ reuelatio. Ioan. 15. c.

tatiuæ amicitiæ ostendit DEVS *Abrahæ, scilicet secretorum reuelationem.* Et *cum uoluit iudicare sodomitas per ignem dixit.* Nunquid *potero cœlare Abraham usque ad finem sœculi, quæ gesturus sum? quasi dicat non amore constrictus. Vnum autem est præcipuum secretum, scilicet reuelatio status in gratia.* Quod *uolens reuelare Abrahæ, scilicet quantum ipse Abraham erat* DEO *acceptus ostendit duobus modis. Primo reuelando sibi ore angelico, quòd erat præcepta* DEI *non solum obseruaturus, sed etiam regulaturus semen suum in fide, & obedientia* DEI. *Vnde inquit* DEVS. *Scio, quòd præcepturus sit filijs suis, & domui suæ post se, ut custodiant uiam domini, & faciant iudicium & iustitiam. Secundo modo reuelauit ei statum suum in gratia, quem statum non solum reuelauit ei ore angelico, sed per gratiam gratificam, & gratissimam experientiam, quæ est summa rerum magistra, & quam nemo potest habere, nisi per diuinam reuelationem.* 1.2.q.112.*artic.*5. *Cum autem* DEVS *uellet hoc secretum ei reuelare, uocauit eum dicens.* Abraham, Abraham. *Tolle filium tuum, quem diligis, Isaac, & offeres illum in holocaustum super unum montium, quem mostrauero tibi.* Abraham *autem de nocte consurgens strauit asinum suum ducens secum duos iuuenes, & Isaac filium suum. Cumque concidisset ligna in holocaustum, abijt ad locum, quem præceperat ei* DEVS. *Die autem tertio eleuatis oculis uidit locum procul, dixitq; ad pueros suos.* Expectate *hic cum asino, ego & puer illuc usque properantes postqàm ado-*

Gen. 18. b.

Secretum principale est reuelatio sui status in gratia dei.

Gen. 18. c.

Gen. 22.

uerimus, reuertemur ad uos. Tulit ergo ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum. Ipse uerò in manibus suis portabat ignem, & gladium: Tunc dixit Isaac, pater mi? At ille respondit. Quid uis filij? Ecce inquit ligna, ubi est uictima holocausti? Dixit Abraham DEVS prouidebit sibi de uictima holocausti filij mi: Veneruntq; ad locum, quem ostenderat ei DEVS, in quo ædificauit altare, & desuper ligna posuit. Cumq; colligasset Isaac filium suum, posuit eum in altari super struem lignorum. Et cum accepisset gladium, ut imolaret filium suum, ecce angelus domini de cœlo clamauit dicens. Abrahã, Abraham. Qui respondit, adsum. Dixitq; ei. Ne extendas manum tuam super puerum, nec facias illi quicquàm: nunc cognouit, quòd timeas DEVM, & non pepercisti filio unigenito propter me; leuauitq; oculos Abraham, uiditq; post tergum arietem inter uepres hærentem cornibus, quem assumens obtulit in holocaustum pro filio, uocauitq; nomen loci illius, dominus uidet: quia scilicet uidere fecit. Sed quomodo fecit Abraham scire se esse in gratia DEI non solum uerbo angelico, sed experimento? certe per duo dona, quorum primum fuit amor DEI, secundum fuit amor filij. Si enim non amasset DEVM, per obedientiam uoluntate non imolasset filium; per amorem autem obediuit DEO uoluntate imolando filium; per amorem uerò filij sumpsit dominus dilectionis experimentum. Et hoc allegat eidem DEVS dicens. Non pepercisti filio tuo unigenito propter me. Multis nanque intentiuis concitauit DEVS amorem Abrahæ, ut

Gen. 22. c.

plenè faceret eum cognoscere, quantum DEVM diligeret. Primo quidem dixit, tolle, scilicet ad sacrificium, non dico uitulum, uel agnum, sed tolle, non dico filium quencunque, nec cuiuscunque, sed tuum: nec dico quencunque tuum, scilicet Ismaelem, sed illum, quem diligis, Isaac: illum quippe dico Isaac, quem tibi promisi, illum, propter quem uxor tua risit, & tu risisti: illum Isaac dico, propter cuius ablactationem grande conuiuium fecisti: tolle inquàm illum Isaac, propter quem ancillam cum filio de domo eiecisti: illum dico, in quem filium DEI absconditum credidisti: in quo omnium benedictionem obtinuisti. Ecce uolo, quòd moriatur, antequàm uxorem ducat, antequàm filios generet, antequàm stellæ numerentur. Offeras igitur mihi in sacrificium, non in quodcunque sacrificium, sed in holocaustum, ita ut totum illud corpus in fimum, & in cinerem resoluatur. Ausculta. Quod uolo, nolo. Quod à famulo tuo iuguletur, nolo; quòd alieno gladio iuguletur, nolo: sed tu met tolle, & imola; tu met iugula; tu met effunde sanguinem suum; tu met infige gladium tuum; tu met proprijs manibus pone struem lignorum super altare; uide, ut comburatur, tu met proprijs manibus liga manus suas, liga pedes suos, & liga cum lignis. Audi uocem eius dicentis. Pater mi? & constans respondet illi. Filij mi, nec commoueantur uiscera animæ tuæ, sanguis, & humores corporis tui: superet ratio in te omnem paßionem, omnem carnalem affectionem, dum dicit. Ecce ignis et ligna, ubi pater mi est uictima? Abraham constans, & perfectus filium uocantem audit, ligatum uidit, intuen-

tem se intuetur, duos amores in se intuetur, amorem DEI, *& amorem filij: ille* DEI *petit filij mortem, iste filij uitam affectat. Sicut filius stat super struem ligatus, sic pater ab omni paternali amore solutus gladium uoluntate cum inchoato opere in guttur filij immersit, nouo præcepto angeli admonitus sic dicentis. Ne extendas manum super puerum, eò quòd timeas dominum. Ecce, quomodo Abraham uidit* DEVM *diligentem se, & se etiam uidit diligentem* DEVM. *Cum autem Isaac sit figura* CHRISTI, *declaremus ad propositum. Quomodo* CHRISTVS *à patre fuit imolatus. Quomodo uolontariè ligatus. Quomodo lignis oneratus. Quomodo spinis coronatus. Audiuistis unum singulare signum amoris, quod* DEVS *ostendit Abrahæ, quòd ipsum diligebat, dum eidem donauit cognoscere experimento, quòd erat in gratia. Nunc autem est ostendendum, quomodo sub similitudine Isaac reuelauit quatuor secreta.*

Primũ secretum. *Primum secretum fuit, quòd sicut ipse Abraham uoluit sacrificare filium, sic* DEVS *cœlestis pater uoluit mori* CHRISTVM. *Vnde inquit apostolus. Proprio filio suo non pepercit sed pro omnibus nobis tradidit illum.* **Rom. 8. f.** *Hoc autem cœlestis pater fecit tribus modis. Primo sua æterna præordinatione, prouidentia, & prædestinatione sic ipsum subijciendo morti. Talem enim medellam mortis filij sui præparauit morti nostræ, ut nos à morte per mortem filij sui liberaret. Secundo cœlestis pater uoluit filium suum mori, ut nobis animam inspiraret. Tertio cœlestis pater ostendit uelle filij sui mor-*

tem, ipsum cum posset à morte liberare, non liberando. Et hoc modo sicut pater cœlestis erat absconditus in patre Abraham, sic CHRISTVS æterni patris filius fuit in Isaac absconditus. Hoc autem secretum reuelatum fuit Abrahæ; qui figuratiuè tantum mysterium prænunciando prophetauit. Secundum secretum fuit, quòd sicut Isaac suam uoluntatem confirmauit uoluntati patris obediendo ipsi; ita CHRISTVS conformauit suam uoluntatem uoluntati cœlestis patris, mortem per obedientiã acceptando. Vnde sic testificatur apostolus. Factus est obediens usque ad mortem. Quòd autem uoluntariè ex obedientia fuerit mortuus, sic declaratur. Anima illa potuit præseruare corpus illud à quacunque lexione minima, & maxima, non mortali, et mortali, nec præseruauit, ergo uoluit mori. Similiter sicut illa diuinitas, quæ uoce CHRISTI dicentis. (Ego sum) prostrauit ministros illum capere uolentes, quia abijerunt retrorsum, & ceciderunt in terram, poterat tunc & semper illos reprimere, ita & nunc: sed cum non fecerit, significat, quòd mori uoluit. Præterea cum ex uerbis suis potuerit rogare patrem, ut in eius auxilium mitteret multas legiones angelorum, nec petijt, ergo datur intelligi, quòd uoluntariè uoluit mori. Hoc autem secretum fuit Abrahæ & Isaac reuelatum, dum Isaac figura CHRISTI nullam resistentiam fecit patri, sed quantum sua interfuit, uoluit libenter mori. Vnde sicut Isaac permisit se ligari à patre, sic CHRISTVS præcepto patris permisit se à ministris ligari, & ut uictima trahi. Ter-

Secũdum secretum.

Phil. 2. b.

Ioan. 18. b

tium secretum fuit, quòd sicut Isaac portauit ligna, supra quæ debebat mori, sic CHRISTVS *portauit ligna in figura crucis conficata, super quæ debuit crucifigi. Tam sacrum mysteriū non occlauit* DEVS *Abrahæ, nec Isaac opere prophetantibus.* Quartum secretum. *Quartum secretum, quòd sicut Abraham post tergum uidit arietem tenentem caput in spinis, ita* CHRISTVS *à nouerca .i. Iudæorum synanoga fuit spinis coronatus. Cum autem caput arietis hoc figurauerit, hoc omnino pater & filius ut prophetæ cognouerunt. par. 3. q. 47. ar. 1. 2. 3. Septimo dixi, quòd* CHRISTI *filius* DEI, *et uirginis gloriosæ fuit in Isaac uerè* DEVS *absconditus in uxore fœcundatus frondosè.* Isaac repræsentat Chrm ꝓpter vxoris fœcunditatem. *Cū Isaac duxisset uxorem nomine Rebeccam: inuenta est Rebecca sterilis; quod cum cognouisset Isaac, fecit orationem ad* DEVM *pro ipsa: &* DEVS *exaudiuit orationem suam: & Rebecca uxor sua facta fuit fœcunda, quæ concepit, & peperit duos filios, scilicet Esàu, & Iacob. Quoniā dictū fuit, Isaac figurare* CHRISTVM *moriturum, nunc dicimus Isaac orantem pro Rebecca impetrasse suam fœcunditatem, &* CHRISTVM *duo fecisse pro ecclesia sua.* Edh. 5. c. *Primo nanque figurante Isaac mortuus est, cuius mortis rationem aßignans apostolus ait.* CHRISTVS *tradidit semetipsum pro ecclesia, ut exhiberet sibi ipsi gloriosam ecclesiam non habentem maculam, aut rugā: quam munditiam ecclesia habebit in gloria. par. 3. q. 8. ar. 3. arg. 2. Sed si redemptio per mortem fuit sufficiens, ad quid ergo profuit oratio? certe oratio*

CHRISTI, *cuius actus transiuit, & effectus uirtute continuat, ualet ad excludendam ecclesiæ sterilitatem, & ad impetraudam filiorum spiritualium fœcunditatem. Vnde sicut omnes paßionis uirtute redimuntur, ita etiam uirtute orationis* CHRISTI *omnes usque ad ultimum electum spiritualiter nascuntur ex aqua, & spiritu sancto renati*. Ecce ergo quomodo *sponsa* CHRISTI, *idest ecclesia est fœcundata frondosè exemplo Isaac sic figurantis. Sic igitur habemus. Isaac figurasse* CHRISTVM, *primo quia ab æterno fuit in mente diuina prædestinatus gratiosè. Secundo quia à patre fuit miraculosè generatus. Tertio quia à matre ablactatus gaudiosè. Quarto quia in circuncisione fuit nominatus gloriosè. Quinto quia in mundo fuit conuersatus fructuosè. Sexto quia à patre fuit imolatus pœnosè. Septimo quia in sponsa fuit fœcundatus frondosè.*

SEPTIMA FIGVRA, *in qua* CHRISTVS *filius* DEI, *& uirginis gloriosæ uerè sit* DEVS *absconditus, saluator Israel, est Iacob. Ad narrationem tanti mysterij, & ut clarè loquar de Iacob, in quo fuit absconditus uerè* DEVS, DEVS *saluator Israel* CHRISTVS IESVS *filius* DEI, *& uirginis gloriosæ, primo dicam textum sacræ scripturæ, deinde illum particulariter exponam. Cum enim esset Isaac annorum quadraginta, & duxisset uxorem Rebeccam, illa reperta est sterilis. Quod perpendens Isaac leuauit mentem suam ad* DEVM *cœli, & orauit pro ea non tantum propter partum* Septima figura animata.

suum, uel ultimū suæ charitatis finem, sed magis propter DEI *promißionem, quam expectabat propter semen, in quo benedicentur omnes gentes.* Facta *est autem (cum orasset ad* DEVM*)* Rebecca *uxor eius sterilis, fœcunda.* Nam *de* Isaac *uiro suo concepit duos filios, qui cum essent in utero materno, collidebātur in utero eius paruuli.* Septuaginta *interpretes dicunt, quòd ludebant, uel quòd calculabant,* Aquila *dicit, quòd confringebantur.* Simitus *dicit, quòd in superficie ferebantur in similitudinem nauis legitimo pondere carentis.* Mouebantur *enim mixtim pueri, ut uicißim alter prior altero uideretur posse prodire ador tum, non pro exilitate uteri materni, quāuis geminos capientis, sed tantum ex uoluntate* DEI *iam demonstrantis in mundum natos, quod erat futurum in adultis,*
Malac.1.a Ro.c.9.c. *Paulo introducente illud.* Iacob *dilexi,* Esau *odio habui.* Primo *genituram, quam alter habuit per naturā, cedisse alteri per gratiam, in posteris etiam eorum futuram dissesionem iam configurabat. Cum autem mater grauiter affligeretur, ita ut nollet concepisse, & quasi desperans de partu consuluit dominum, cui sopo-*
Gen.25.c *ratæ in uisione dictum est.* Duæ *gētes in utero tuo sunt, & duo populi ex utero tuo diuidentur, populusque populum superabit, & maior minori seruiet. Cum autem peruenisset ad partum, primus, qui egressus est, rufus erat, & totus in morem pilis ispidus, uocatum est nomen eius* Esau. Protinus *alter egrediens plātam fratris tenebat manu, & hic* Iacob *appellatus est.* Sexage-
Gen.25.d *narius erat* Isaac*, quando nati sunt ei paruuli.* Quibus

educatis, Esau propter scutellam lenticulæ primogenitam uendidit Iacob, quam uenditionem iuramento confirmauit. Cum autem senuisset Isaac, Iacob cõsilio matris præmonitus præuenit Esau ad benedictionem. Quem pater benedicens loco Esau sic ait. Det tibi Gen.27.d
DEVS de rore cœli, & de pinguedine terræ, abundantiam frumenti, uini, & olei; seruiant tibi populi, & adorent te tribus, esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus; qui autem benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Cum autem Esau minaretur Gen.27.g
Iacob mortem, & diceret. Venient dies patris mei, & ego interficiam fratrem meum, consilio matris; & mandato patris iuit in Messopotanniam Syriæ ad Laban. Gen.28.b
Sed cum iret, & fuisset semel nocte præuentus fecit aceruum lapidum, & dormiens uidit scalam pendentem à cœlo ad terram, & uidit angelos ascendentes, & descendentes super scalam. Expergefactus autem lapidem, quem tenuerat sub capite, erexit in signum, infundens desuper oleum, & in baculo suo transiens Iordanem peruenit ad Labam, cui seruiens habuit duas eius filias uxores, & tandem rediens ad terram suæ natiuitatis fuit pater.xij.filiorum. Hanc hystoriam uolens mystico intellectu reducere ad propositum, dico, quòd per Iacob significatur CHRISTVS, quoniam habuit quædam bona à DEO nullo præcedente merito, quædam uno actu meritorio, quædam actu meritorio geminato. Nanque sine suo actu meritorio fuit à DEO electus, & (ut narrat

magister sentẽtiarum) quibusdam placet, quòd in utero matris fuerit sanctificatus, & minor per naturam fuit
Gen.25.c. Rom.9.c. *maior per gratiam. Dictum enim fuit matri. Maior seruiet minori. Suo actu autem, actu concomitante, &*
Gen.25.d DEO *cooperante procurauit habere ius primogenituræ per scutellam lenticulæ, & suo actu procurauit habere primogenituræ possessionem, scilicet procurãdo habere benedictionem, per quam institutus fuit à patre dominus fratrum suorum. Sed pluribus actis meri-*
Gen.29.c d.e. *torijs saltem geminatis habuit uxorem Rachael, pro qua seruiuit primo annos. vij. & secundo alios. vij. Vnde unam, & eandem uxorem acquisiuit duobus septennarijs seruiendo. Sic* CHRISTVS DEI, *& uirginis* MARIAE *filius in Iacob uerè* DEVS *absconditus, ut figuratum in figura habuit quædam à* DEO *per gratiam præuenientem, & operantem: quædam per gratiam cooperantem, & committantem; quædam uerò per gratiam subsequentem, & præcedentem. Primo enim dico, quòd* CHRISTVS *fuit in Iacob figuratiuè absconditus, dum sicut Iacob quædam bona habuit per gratiam præuenientem, & operantem, ita &* CHRISTVS. *Cum dicatur. 1.2.q.3.ar.2. quòd gratia præueniens sit illa, qua* DEVS *præuenit, scilicet usum nostri liberi arbitrij: & sic præuenta fuit* CHRISTI *anima per gratiam. Sunt autem septem quæ sine merito habuit à* DEO. *Primo est assumptio, dum humanitas assum-*
Primũ donum gratuitum. *pta fuit à uerbo gratis nullis præcedentibus meritis. Secundo est unio, dum gratis humana natura coniuncta*

diuinæ, & diuina natura est unita humanæ. par. 3. q. 2 ar. 8. in R. Est enim hæc unio quoddam gratuitum donum datum à DEO, *nullis præcedentibus meritis. ea. q. ar. 10. in fin. R.* Non *enim prius fuit purus homo, & postea meruit uniri diuinæ naturæ, quia fuit* DEVS, *& nec facta unione meruit uniri, quia iam facta erat unio. ergo ipsa unio non est consequuta aliquod præcedēs meritum. ea. q. ar. 2. in. R. & q. 7. ar. 2. in prin. R. Sed est, qui dicat. Sancti patres obtulerunt sacrificia hanc unionem figurantia, & prophetæ scripserunt propheticas reuelationes hanc unionem præconizantes; & sicut credebant, ita desiderabant, & ita orando petebant, quorum orationes nō erant inanes, ergo fuerunt exauditi, & per consequens ipsam unionem meruerunt. Respondens dico, quòd non meruerunt de condigno, sed tantum de congruo. Fuit enim congruum, quòd* DEVS *exaudiret eos, qui sibi obediebant. Sed est, qui replicando dicat: In hoc opere scripsisti, quòd beata uirgo* MARIA *orabat priusquàm angelus illi annunciaret hanc unionem, ergo illam meruit, maximè, cum in ecclesia cantetur. Regina cœli lætare; quia resurrexit, quem meruisti portare &c. Respondeo, quòd non meruit unionē, sed benè meruit illum sanctitatis, & puritatis gradum, quo congruè posset esse mater* CHRISTI DEI *eo. ar. in fi. R. cum ar. 3. Et sic habemus secūdum datum* CHRISTO *gratuitè sine merito. Tertium donum fuit prædestinatio: Multis enim meritis præcedentibus ab æterno* DEVS *nos electos, & ipsum prædestinauit. ea.*

Secūdum donū gratuitum.

Tertiū donum gratuitum.

Quartum donũ gratuitum.

par. q. 24. ar. 3. in prin. R. *et latius par. 1. q. 23. ar. 5. quasi per totum.* Quartum donum gratuitum est sanctificatio. Vbi est notandum quatuor esse species hominum sanctificatorum. Quidam enim sanctificantur ætate præuenientes sanctitatem, ut sunt adulti iudæi, & pagani, qui contricti accedentes ad baptismũ sanctificantur: & quia reperiuntur esse adulti, ideo isti sanctificantur ætate præueniẽte sanctitatem. Quidam sanctificantur sanctitate præueniente ætatem, ut sunt paruuli credentes corde parentum, uel ecclesiæ cõfitentes fidem parentum ore euntes ad baptismum. Isti paruuli sic adiuti sanctificantur in baptismo. Sed quia nondum peruenerunt ad ætatem, & usum liberi arbitrij sic sunt sanctificati sanctitate præueniente ætatem. Quidam sanctificantur sanctitate præueniente natiuitatem, sicut sunt sanctificati in utero materno, ut Ieremias, Ioannes Baptista, & ut Iacob, sicut quibusdam placet. Hi enim nondum nati non possunt sanctificari sanctitate baptismi, quoniam non nati prima natiuitate nequeunt nasci secunda. Sed quia nondum nati, per spiritum sanctum sunt in utero materno sanctificati. Sic dicuntur sanctificati sanctitate præueniente natiuitatem. Quidam denique sunt sanctificati præuenientes ætatem, præuenientes natiuitatem, sanctitate præuenientes iniquitatem, ut CHRISTVS. Omnes enim alij sanctificati fuerunt de non sanctis, idest peccatoribus sancti. CHRISTVS autem non fuit, sic sanctificatus, quòd ex peccatore fuerit factus sanctus, quoniam simul, & in uno instanti sicut est factus

Quatuor species sãctificatorum.

homo

homo DEVS, *ſic eſt factus ſanctus cunctorum ſanctificandorum ſanctificator, & hoc dono gratuito, nullis præcedentibus meritis.par.3.q.24.ar.1.& per totum. Quintum donum gratuitum eſt deificatio. Cum enim meritum ſit eius, quod nondum habetur; ſi quis dixerit, quòd* CHRISTVS *meruit deitatem, cōceditur, quia quandoque fuit* CHRISTVS, *& non fuit tunc* DEVS, *probatur, quia tunc merebatur deitatem, ergo non habebat deitatem, ergo nō erat* DEVS. Deitas *ergo eſt* CHRISTO *donum gratuitum à* DEO *nullis præcedentibus meritis. par.3.q.19.art.3.in fi.*R. *Sextum donum gratuitum eſt beatificatio, ſeu animæ glorificatio. Cum hoc ſit, quòd mereri ſit actus uiatoris merentis gloriam, quam non habet: & cum hoc ſit, quòd frui ſit actus compræhenſoris: tam longe diſtant iſti duo, ſcilicet uiator, & compræhenſor, mereri et fieri, quòd ſimul non compatiuntur ſecundum idem, & reſpectu eiuſdem. Cum* CHRISTVS *ſimul fuerit uiator & compræhenſor in primo inſtanti ſuæ conceptionis, reſpectu uiatoris potuit mereri, & reſpectu compræhenſoris potuit frui. Sed reſpectu eiuſdem.ſ.compræhenſoris, & reſpectu eiuſdem.ſ.uiatoris non potuit ſimul mereri, ut uiator, & compræhenſor, nec ſimiliter potuit ſimul frui ut compræhenſor, & uiator ergo ipſa beatitudo, & animæ glorificatio non fuit præmium meriti, ſed donum datum ſine præcedenti merito, ut habetur par.3.q.19.arti.3.in fi.*R.*cum argu.1. Septimum donum gratuitum eſt gratiarum plenitudo gratis, & gratificè: in tantum & taliter fuit*

Quintum donū gratuitum.

Sextū donum gratuitum.

Septimū donū gratuitum.

CHRISTVS gratificatus à DEO, quòd in ipso fuerunt omnes thesauri gratiarum, donorum, atque uirtutum, tanquàm principium fuerit, & unum caput, quod influeret omnibus membris, & de eius plenitudine omnes acciperent. ea. par. q. 6. ar. 9. Et sic patet, quomodo CHRISTVS DEI & gloriosæ uirginis filius uerè fuit in Iacob absconditus, quoniam sicut Iacob habuit quædam dona gratuitè sine præcedentibus meritis, ita CHRISTVS habuit ea per gratiã præcedentem, & operantem nullis meritis præcedentibus. Restat declarare, quæ sunt, quæ habuit intercedente merito, ut sic sit similis Iacob, & conueniant tanquàm figura figurato. Cum enim anima illa coniuncta diuinitati non steterit ociosa habito respectu ad prædicta septem dona gratuita, quæ non ociosè fuerunt sibi à DEO præstita. Sic dico, quòd DEVS, qui sua gratia præueniente, & operante fuit operatus in CHRISTO, sic & per gratiam concomitantem, & cooperantem fuit cooperatus ipsi CHRISTO ad merendum illa, quæ sub merito continentur, & quæ talia sint, quòd suam dignitatem non dimittant. Sunt autem septem, quæ meruit merita. Primo meruit corporis suscitationem, ut scilicet primus sit resurgens, et ĩmortalis. Vnde apost. CHRISTVS resurrexit à mortuis primitiæ dormientium glo. quia primus dignitate & tempore surrexit. Nam quanuis multi fuerint suscitati in ueteri testamento ante ipsum, & in nouo per ipsum, omnes tamen surrexerunt ad uitam mortalem, ipse uero fuit primus, qui resurrexit ad uitam immortalem. Vnde

Septẽ merita, quæ meruit Christus. Primum Christi meritum est corporis suscitatio. 1. Cor. 15. d

aposſt. CHRISTVS *resurgens ex mortuis iam non moritur, mors ultra illi non dominabitur. Secundo meruit sui corporis glorificationem par.3.q.49.art.6.in prin.* R. *quoniam principium merendi est ex parte animæ, corpus autem est instrumentum meritorij actus: & ideo pfectio animæ* CHRISTI, *quæ fuit merendi principium non debuit in* CHRISTO *acquiri per meritum, sed perfectio corporis debuit per meritum acquiri, quia est instrumentum animæ paßioni subiectum. par.3.q.49.ar.6.arg.1. Vnde per humilitatis paßionem peruenit ad gloriam resurrectionis.ead.par.q.29. art.4.arg.1. Sic enim desiderabat hanc corporis gloriam, quando orabat dicens.* Nunc *anima mea turbata est. Quod pertinet ad paßionem, & deinde subdit.* Pa*ter clarifica nomen tuum, in quo uerbo petit gloriam resurrectionis ea.par.q.54.ar.2.in* R. *uersic.secundo quia.* Tertio *meruit ascensionem.* Descendit *enim primum in inferiores partes terræ. Qui autem descendit, ipse est, qui ascendit super omnes cœlos.par.3.q.49. art.6.in* R. *uersi.secundo quantum. Quanto enim plus corpora participant de bonitate diuina, tanto sunt superiora corporali ordine, qui est ordo localis.* Nam *corpora quanto sunt minus materialia, & plus formalia, sunt naturaliter superiora, ut patet per philos.phisic.4. &.2.de cœlo.* Per *formam enim unaquæque res participat diuinum esse primo phisic. Corpus autem gloriosum plus participat de bonitate diuina per gloriam, quàm quodcunque corpus naturale per formam suæ naturæ. Cum autem inter cætera corpora gloriosa cor-*

Rom.6.b.

Secūdum Christi meritum est sui corporis glorificatio.

Ioan.12.e.

Ioan.12.e.

Tertium Christi meritum est eius ascēsio.

Ephe.4.b

Ephe. 4.b pus CHRISTI refulgeat clariori gloria, sic locus sublimior sibi debetur. Ascendit igitur in altum. glo. loco & dignitate. Quarto meruit dextre patris seßionem. par. 3. q. 49. ar. 5. in R. & q. 19. arti. 3. in fi. R. Quam seßionem considero tripliciter. primo habendo respectum ad CHRISTI diuinitatem, ita, ut sit conuenientia in natura, & distinctio in persona: & sic CHRISTVS in quantum est DEI filius, sedet ad dexteram patris, quia habet eandem naturam cum patre. Vnde sedere ad dexteram patris est esse in æqualitate patris. Secundo considero hanc seßionem habendo respectum ad eius beatitudinem æternam habendo primum ad gratiam unionis, quia importatur distinctio naturæ, & unitas personæ. Et sic CHRISTVS secundum, quòd homo est, filius & DEI, sedet ad dexteram patris. Tertio considero hanc seßionem habendo respectum ad gratiam habitualem, quæ fuit in CHRISTO abundantior præ cæteris creaturis, in tantum, quòd ipsa natura humana in CHRISTO est beatior cunctis creaturis. Insuper super omnes creaturas habet regalem dignitatem, atque potestatem. Vnde sedere ad dexteram patris est cum patre æqualiter honorari. par. 3. q. 58. ar. 3. in. R. Ad huius autem particulæ declarationem est notandum, quòd in quolibet, qui honoratur, duo sunt, scilicet persona, quam honoramus, & causa propter quam. Si enim attendimus ad CHRISTVM, tanquàm ad personam honorandam non secundum partes, sed secundum totum, ipse CHRISTVS una adoratione est honoran-

Quartum Christi meritum est ad dexterá patris sessio.

dus. Nam in CHRISTO *est una persona, & duæ naturæ, scilicet diuina & humana.* Vnde *cum natura humana, & diuina non sint, nisi una persona, humanitas* CHRISTI *eodem honore adoratur, quo & natura diuina. Sed si consideramus plures causas, ut quia sapientia, scientia, gratia, caput, pontifex, sacerdos, rex, ut quia uirtuosus, ut quia* DEVS, *sic pluribus honoribus potest honorari: & sic quartum meruit. par. 3. q. 25. ar. 1. in* R. *Quinto meruit iudiciariam remunerationem. i. iudiciariam potestatem. ea. par. q. 49. arti. 6. in* R. *& q. 19. ar. 3. in* R. *Sed est, qui dicat, quo merito? idest quo actu meritorio, uel cuius uirtutis est ille actus meritorius, quo meruit esse iudex uiuorum & mortuorum, scilicet præmiando, uel condemnando.* Re*spondens dico, propter actum humilißimæ obedientiæ:* Vnde *apost.* Fa*ctus est obediens usque ad mortem: &* Phil. 2. b. *quia per humilitatem substinuit iniustam sententiam ab iniusto, & iniquo iudice, ideo meruit exaltationem, scilicet ad iuditiariam potestatem. par. 3. q. 87. art. 2. argu. 4. Sed est, qui replicando dicat. Quomodo correspondet præmium iudiciariæ potestatis merito humilißimæ obedientiæ, cum iuxta sententiam saluatoris.* Pro *præmio correspondeat uoluntariæ paupertati ipsa iudiciaria potestas? Cum enim dixißet* Petrus. *Ecce nos re-* Mat. 19. d. *linquimus omnia, et sequuti sumus te, quid ergo erit nobis?* R*espondit ei dominus in persona omnium. Vos, qui reliquistis omnia, & sequuti estis me, sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus* Israel. Huic *dubitationi respondendo dico, quòd dominus antequàm*

Quintum Christi meritum est iuditiaria potestas.

responderet Petro, uerba Petri replicauit. Quæ uerba habent duas particulas. Prima enim dicit, relinquimus omnia. Secunda dicit, sequuti sumus te. Quæ duo concurrunt simul in merito, ut habeatur præmium illud accidentale iuditiariæ potestatis sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Vnde nulli datur hoc præmium, nisi ei, qui habet meritum totale, scilicet quòd relinquat omnia, & sequatur CHRISTVM; scilicet ad perfectum perfectionis. Non igitur quicunque est pauper, mereretur hoc præmium; sed ille tantum, qui est in numero illorum, de quibus dicitur per dominum Matthæi ore. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Sed qui sunt pauperes spiritu? certe tantum omnia relinquentes. Tu enim es pauper factus à progenitoribus, sed non pauper spiritu, quia sic natus es. Tu pauper amore DEI mendicus, sed non pauper spiritu, quia liber ad diuitias acquirendas. Tu pauper uoluntarius uoto, uel iuramento priuato, sed non pauper spiritu, quia si non fueris alligatus uoto solemni, non reliquisti omnia, carnem tibi reseruans in matrimonio. Tu pauper castus, siue in matrimonio, siue in uiduitate, siue in uirginitate, quia non reliquisti omnia, quoniam es dominus tuorum actuum, & tuorum uolitorum. Tu pauper diuitijs spretis, tu pauper diuitijs, & carnalitatibus, tu pauper uoluntate astrictus obedientiæ, uoto, sed non pauper spiritu, quia non reliquisti omnia, quoniam reseruasti tibi uitam. Tu pauper in amore uitæ, in amore uoluntatis propriæ, in amore carnis, in amore diuitiarum, in amore parentum,

Matth. 5. a

liberorum, & consanguineorum, in amore honoris, & famæ, in amore omnium, quæ cogitari, uel dici possunt in hac uita, sic reliquisti omnia: igitur tu es pauper spiritu, qui reliquisti omnia, et es sequutus CHRISTVM: *sic tuæ paupertati promittitur iudiciaria potestas, quod est quintum meritum* CHRISTI. *Qui* CHRISTVS *sicut per meritum humilissimæ obedientiæ meruit super omnia exaltari, sic per spiritus paupertatem meruit iudiciariam potestatem. par. 3. q. 81. artic. 2. in* R. *cum ar. 4. & par. 3. q. 19. arti. 3. in fi.* R. *Sed est, qui dicat, cum martyrium, & uota tria perfectionis, & cætera opera, quibus sequimur* CHRISTVM *ad perfectionem uitæ concludantur in isto uerbo, uos qui reliquistis omnia: quare magis ista opera perfectionis concluduntur in uoluntaria paupertate, scilicet spiritus?* R*espondens dico, quòd ultimum in generatione est primum in destructione.* N*am animal generatum in utero matris primo uiuit uita uegetabili, deinde uita sensibili, ultimo uita rationali.* C*um autem peruenit ad mortem, primum, quod destruitur, est illud uiuere secundum rationem; secundum est uiuere secundum sensualitatem, tertium est uiuere secundum uegetatiuum.* I*nter bona autem, quibus utimur, prima sunt naturalia, secunda sunt spiritualia, tertia & ultima sunt res corporales.* C*um autem homo uult mundum relinquere, & seruire* DEO *in uita perfectionis, primum, quod est relinquendum, est ultimum in acquisitione, scilicet diuitiæ.* V*nde cum dominus uellet dare modum ad progressum uitæ perfectæ incœpit à diuitijs relinquendis dicens.* B*eati*

Matth.5.a pauperes spiritu. Vnde uoluntaria paupertas non anteponitur ita, quòd dicatur perfectior martyrio, sed quia facilius relinquuntur diuitiæ, quàm propria uoluntas, & uita. Quoniam uero omnia in sequela CHRISTI sunt relinquenda, ista talis abrenuntiatio ponitur sub nomine paupertatis, non cuiuscunque, sed eius tantum, quæ relinquit omnia. Et hæc est paupertas spiritus, quæ est ita lata, quòd per ipsam uadunt ad perfectionem uitæ uirgines, & continentes, diuitiarum contemptores, doctores, prædicatores, martyres persequutionem pacientes, sanguinem effundentes usque ad mortem. Vnde in operibus perfectionis exercitati suæ denudationi rerum omnium respondet iuditiaria potestas, quæ maxime debetur CHRISTO in cruce pro omnibus denudato. Vnde constitutus est iudex uiuorum & mortuorum. Sextum meritum est sui nominis diuulgatio. Vnde inquit apost. Dedit illi DEVS nomen, quod est supra omne nomen, idest filius DEI. DEVS ante passionem, in principio suæ conceptionis fuit filius DEI, et DEVS, sed post passionem dedit eum notum fieri omni populo. Sic sonus prædicationis apostolorum exiuit in omnem terram: & hoc quantum ad nominis diuulgationem, quod etiam fit quotidie quousque perueniamus ad plenum effectum, quando nominabitur ab omnibus DEVS, & filius DEI. Sententiarum. 3.di.18.c.3.&.1.2.q.106.arti.4.argu.4. & tunc habebit meritum perfectum. Septimum meritum est generalis ueneratio. Huic CHRISTO dedit DEVS non solum diuulgationem per totum orbem, sed etiam

Sextum Christi meritum est sui nominis diuulgatio.

Phil.2.b.

Psal.18.a.

Septimũ Christi meritum est generalis ueneratio.

dedit eidem nomen, quod est super omne nomen. Quod est illud nomen? Nunquid est hoc nomen IESVS. *Certè non: quoniam illi, qui uocatur* IESVS, *datum est nomen illud, quod est super omne nomen. Quod igitur est illud? certe est* DEVS, *uel filius* DEI. *Sed quare datum est* CHRISTO *hoc nomen* DEVS, *uel filius* DEI? *certè datum est propter omnimodam uenerationem, scilicet ut in nomine* IESV *omne genus flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum.* Phil.2.b. *Sed non ne sufficiebat illi, quòd uoceretur* IESVS, *ut ab omnibus ueneraretur? certè non, quoniam multi alij uocati sunt* IESVS, *quos tamen fideles non uenerantur, quia nullus illorum dicitur* DEVS, *nec filius* DEI, *ut Iesus Sydrach, ut Iesus Naue, ut Iesus Voyadæ. Quoniam hic* IESVS *prædicatur* DEVS, *& filius* DEI, *inde est, quòd* IESVM *omnes uenerantur. Omnis autem lingua confiteatur, quia dominus noster* IESVS CHRISTVS *in gloria est* DEI *patris, scilicet tanquàm filius naturalis æterni patris. Vno igitur merito passionis meruit sui corporis resurrectionem, sui corporis glorificationem, supernam corporis, & animæ ascensionem: sui æterni patris dexteræ sessionem, electorum remunerationem, et reproborum condemnationem, sui nominis diuulgationem, sui nominis uenerationem. Sic igitur apparet, quòd ipse sit in Iacob uerè* DEVS *absconditus tanquàm figuratus in figurante; quoniam sicut Iacob per gratiam cooperantem, et concomitantem meruit primogenituram per scutellam lenticulæ, & possessio-* Phil.2.b.

nem per benedictionē, & hoc uno actu: sic CHRISTVS uno actu passionis meruit septem illa nunc antedicta. Audiuistis pauloante, cum historia Iacob recitaretur ad litteram, quomodo Iacob obtinuit unam uxorem pluribus seruitijs. Nam pro illa habenda seruiuit septem annis: & iterum seruiuit alijs septem annis propter eandem habendā. In hoc figurat CHRISTVM, qui non solum per gratiam præuenientem, & operantem habuit septem dona gratuita, nec solum per gratiam concomitantem, & cooperantem meruit septem merita, uel accidentalia præmia, sed etiam per gratiam subsequentem, & præcedentem meruit plura, non actu, sed pluribus actibus. Nec debet hoc haberi pro inconuenienti, quòd quis mereatur unum pluribus causis meritorijs, ut par. 3. q. 34. ar. 40. arg. 3. & q. 59. ar. 3. in R. Sunt septem opera meritoria, quibus iteratis multoties meruit per gratiam præcedentem, & subsequentem. Primum est actualis charitatis dilectio. Secundum est prædicationis recapitulatio. Tertium est miraculorum operatio. Quartum iniquorum sæpe tollerata persecutio. Quintum est acerbissima passio. Sextū est sanguinis iterata effusio. Septimum est per mortem animæ, & corporis uoluntaria separatio. Primū igitur opus CHRISTI meritorium est actus charitatis intrinsecus. In primo enim instanti suæ conceptionis fuit perfectus DEVS, & perfectus homo, perfectus uiator, & perfectus comprehensor, perfectus in charitate, & perfectus in gratia, non tantum ut priuata persona, sed ut caput, ut fons, ut principiū,

Septem Chrī meritoria opera.

Primum Chrī opus meritoriū est actualis charitatis dilectio.

ut pelagus, ut abyssus omniũ donorum, omniũ gratiarum, omniumque uirtutum. Et *nunquid anima illa unita uerbo incarnato debebat stare per instans ociosa? certe non.* Non *ne fuit minoris perfectionis anima* CHRISTI, *quàm natura angelica. Sed natura angelica tota simul in primo instanti suæ cognitionis, scilicet uespertinæ cognouit se in se, & in secundo instanti suæ cognitionis, scilicet matutinæ et electi ad laudem* DEI *conuersi sunt, ut par. 1. q. 103. ar. 6. arg. 4. in fine. multo magis anima* CHRISTI *in primo instanti suæ creationis potuit mereri, maximè cum esset plena gratia qua, nõ fuit permissa stare ociosa.* V*nde sicut in primo instanti suæ creationis fuit plena omni gratia, ita fuit plena omni merito, uno tantum actu elicito. par. 3. q. 34. ar. 3. in fi.* R. V*nde gloriã immortalitatis, resurrectionis, ascensionis meruit in primo instanti suæ conceptionis.* Q*uam gloriam meruit posterioribus actibus, scilicet ieiunij, uocationis apostolorum, prædicationis, operationis miraculorum, persequutionis, paßionis, & mortis.* Nec *intelligendum est, quòd glorificatio resurrectionis esset sibi magis debita per ista posteriora memorata, quàm p primũ actum meritorium, sed pluribus causis fuerunt sibi debita. eo. ar. arg. 3. et. q. 49. ar. 6. arg. 2. & q. 59. ar. 3. in.* R. *Sic igitur patet, quòd sicut* Iacob *unam, & eandem uxorem, quam meruit primis septem annis seruiendo, meruit etiam alijs septem sequentibus: ita* CHRISTVS *merita, quæ meruit in primo instanti suæ conceptionis meruit etiam meritis posteris sequentibus.*

Secūdum Chri opus meritoriū fuit pdicationis recapitulatio.

Secundum CHRISTI *opus meritorium fuit prædicationis recapitulatio. Magna est pugna uirginū pugnantium contra carnem. Magna est etiam pugna martyrum pugnantium contra mundum usque ad sanguinis effusionem, & mortis resolutionem. Vtilis est pugna doctorum prædicantium dimicando contra dyabolum, qui in ueritate non stetit, sed mendax est, & pater mendacij, & semper mendatium loquitur, cum à se ipso loquitur. In hac pugna defecerunt idolatræ relinquentes creatorem, uenerando creaturam. In hac pugna defecerunt legis Mosaycæ doctores, scribæ, &* Pharisci, *atque Saducæi persequendo* CHRISTVM *uerum doctorem, falsam doctrinam ipsorū confutando. In hac pugna defecerunt hæretici, falsi christiani. Hæc est illa pugna maximè, quæ insurget contra ecclesiam tempore summi hæresiarchæ, scilicet Antichristi. In hac pugna tot nouis actibus* CHRISTVS *meruit, quot prædicationes fecit, quot bona documenta donauit, quot falsas doctrinas confutauit. Vnde ut alter Iacob per hæc posteriora opera meritoria id meruit, quòd in primo instanti suæ conceptionis meruerit. par. 3. q. 95. ar. ult. in. 1.* R. Tertium opus

Ioan. 8. f.

Tertium Chri opus meritoriū est miraculorum operatio.

meritorium CHRISTI *fuit miraculorum operatio. Et quāuis miraculorum operatio sit computata inter gratias gratis datas, scilicet ad ecclesiæ utilitatē, ut ad fidei confirmationem. ut. 2. 2. q. 178. ar. 1. arg. 5. & ar. 1. in* R. *in hac tamen miraculorum operatione habuit pugnam; quoniam deprauabant, uel dicentem, quòd non erant miracula, uel quòd erant miracula, sed*

non ab ipso, sed à DEO, *uel quòd faciebat non in uirtute diuina, sed operatione dæmonum.* Hanc au*tem miraculorum operationem sic faciebat in gratia, & cum charitate* DEI, *& proximi, quòd toties merebatur, quoties aliquod miraculum operabatur. Vnde per primum actum charitatis, & per posteriora opera miraculorum idem pluribus causis merebatur, ueluti alter* Iacob. *Quartum opus* CHRISTI *meritorium fuit sæpe iniquorum tollerata persequutio. Radix operis meritorij est charitas, quæ ut patienter tolleret aduersa, expedit, quòd plus amet* DEVM, *& proximum propter* DEVM, *quàm illa bona, in quibus persecutionem patitur, aliter anima non tolleraret aduersa ut.* 2.2.q.136.ar.3. *in* R. *Vnde August. in lib. de pacientia. Via desideriorum facit tollerantiam laborum, & dolorum: & nemo, nisi pro eo, quod delectat, sponte suscipit ferre, quod cruciat. Passus nanque fuit in fama infamiam: in honore inhonorationem; in uirtute criminationem; in iustitia calumniam; in reuerentia derisionem; in bonis operibus dilapidationem; pro ueritate præcipitationem, falsam accusationem, falsam testificationem, alapas in faciem, collaphizatus in collo, depilatus in barba, decapillatus in crinibus, flagellatus in membris, coronatus in capite, denudatus ueste, crucifixus in corpore, euacuatus sanguine, in pœnis, & doloribus usque ad mortem. Sed quia plus dilexit* DEVM, *& proximum, quàm omnis creatura, ideo omnia contraria superauit. Bene igitur est alter Iacob non uno actu tantum, sed pluri-*

Quartum Chrī opus meritoriū fuit iniquorū tollerata pſecutio.

bus actibus merendo, persecutiones iniquorum sæpe tollerando. Quintum CHRISTI *opus meritorium fuit acerbißima paßio: in qua meruit uoluntati patris suam confirmare, meruit se capi, & ligare permittendo, meruit alapam in faciem substinendo, meruit acerbè flagellatus, meruit acerbè coronatus, meruit acerbè in cruce conficatus, meruit acerbè cruentatus, meruit dilatatus, meruit acerbè potatus.* Et quia *p multa acerba fuit acerbè tractatus, ideo quasi alter* Iacob *idem præmium multis causis meruit.*

Quintum Chri meritorium opus fuit acerbißima paßio.

Sextum CHRISTI *opus meritorium fuit sanguinis iterata effusio.* Toties CHRISTVS *meruit per sanguinis effusionem, quoties suum sanguinem fudit. Sanguinē primo fudit in circuncisione, et sic meruit. Sāguinem secundo fudit in oratione sanguinem sudando, & iterum meruit. Sanguinem tertio fudit in flagellatione, & iterum meruit. Sanguinem quarto fudit in incoronatione, & sic meruit. Sanguinem quinto fudit in manuum conficatione, unde iterum meruit. Sanguinem sex'o fudit in pedū crucifixione, & idem etiam meruit. Sanguinem septimo fudit in lateris aperitione, quod uulnus præuidens in uita, & humiliter acceptans etiam & in hoc meruit.* Vnde *continuando meritum, quo meruit in primo instanti suæ conceptionis cum istis operibus posteris dicimus, quod fuerit ueluti* Iacob, *qui per multas causas meruit esse redemptor.*

Sextum Chri opus meritoriū fuit sāguinis iterata effusio.

Septimum CHRISTI *opus meritorium fuit per mortem animæ, & corporis seperatio, quando inclinato capite emisit spiritum. Sic igitur habemus quomodo* Iacob

Septimū Chri opus meritoriū fuit aiæ a corpore seperatio.

fuit figura CHRISTI *in quo Iacob ut figuratus in figurante* CHRISTVS DEVS *saluator Israel uerè fuit* DEVS *absconditus*. *De baculo autem quomodo transiuit* Iordanem *: de lapide per ipsum unito, de scala, quam uidit, nihil impræsentiarum dico : sed de his tribus dicam in sequenti libro, ubi de figuris inanimatis tractabo.*

OCTAVA FIGVRA *animata, in qua* CHRISTVS *filius* DEI, *& gloriosæ uirginis* MARIAE *uerè est* DEVS *absconditus, est* Iudas *filius* Iacob. *Hic nanque sic in se uelatum tenuit* CHRISTVM, *sicut* CHRISTVS *per ipsum fuit figuratus*. *Fuit in ipso* Iuda *figuratus, sicut per ipsum* Iacob *fuit prophetizatus*. *Fuit autem prophetizatus per* Iacob, *quando propè mortem benedixit filijs suis*. *Qui cum peruenisset ad* Iudam *sic benedixit dicens*. *Iuda te laudabunt fratres tui, manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum*. *Adorabunt te filij patris tui*. *Catullus Leonis Iuda ad prædam filij mi ascendisti, requiescens accubuisti, ut leo, & quasi leena quis suscitabit eam*. *Non auferetur sceptrum de Iuda, et dux de femoribus suis, donec ueniat, qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium ligans ad uineam pullum suum, & ad uitem filij mi asinam suam, lauabit uino stolam suam, & in sanguine uuæ pallium suū, pulchriores oculi eius uino, & dentes eius lacte candidiores*. *Hæc benedictio cōtinet in se.xvij.figuras* CHRISTI, *prout sunt.xvij.uersiculi distincti per quinque particulas iuxta quinque partes eius sparsim*. *Volens*

Octaua figura animata.

Ge.4.2.b.

XVII. figuræ per quas Chrs est abscōditus ī Iuda patriarcha.

igitur ordinare inter se cum suis uersiculis dico, quòd Iacob sub figura filij sui Iudæ tractat quinque de CHRISTO. *Primo de redemptoris missione. Secundo de redemptoris redemptione. Tertio de redemptoris exaltatione. Quarto de redemptoris ueneratione. Quinto de redemptoris diuulgatione. Prima particula est ista. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec ueniat, qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium.* In *ista prima particula est primus Ver. tractans tria de redemptore sub uno uer. cum dicitur.* Donec *ueniat, qui mittendus est. Si enim* CHRISTVS *absconditus uenturus est? ergo mittendus est; ergo ab aliquo; & si ab aliquo, ergo aliquo modo. Primus autem Versi. dicit, uenturus est. Quis? certe* CHRISTVS. *Quare non pater? quare non spiritus sanctus? quoniam ipse filius est uerbum, per quod facta est natura humana. Quæ destituta, & collapsa debet reparari eadem arte, qua facta est.* Non *enim infirmus mittit pro uno fabro, uel carpentario, ut ueniat ad sanandum eum: sed mittit pro medico. Sic in proposito non expectabat genus humanum patrem, uel spiritum sanctum, qui ueniret ad reficiendum, sed expectabat filium, per quem ipsum genus humanum factum est. Iste est ergo, qui uenturus est par. 3. q. 3. ar. 8. Secundus uer. dicit. Qui mittendus est. In quo uerbo tangitur mittens, scilicet pater, & modus mittendi, scilicet congruens misso.* Nanque *non mittitur filius à patre tanquàm seruus à domino, nec sicut minus sapiens à sapientiori, nec sicut impotens à potentiori*

Pria particula.

Primus versiculus.

Ioan. 1. b

Secundus versiculus

potentiori. Mittitur autem originaliter, ſicut flos ab arbore, & ſicut radius à ſole: & ſicut nouo modo exiſtens in loco, ubi prius erat aliquo alio modo. Vnde filius DEI, qui in mundo per ipſum facto erat inueſibilis, dicitur ueniſſe in mundum factus uiſibilis, factus paßibilis, factus mortalis. par. 1. q. 43. ar. 1. Tertius uer. dicit. Ipſe erit expectatio gentium. Vbi notantur illi, ad quos uenit filius, & à patre mittitur. Attende, quæ ſint illæ gentes, quarum eſt expectatio, ideſt quæ ipſum expectabant. Et dic, quòd in genere ſunt duæ gentes, quarum prima eſt populus Iudæorum, à Iuda ſic dictus: & hæc expectatio adhuc durat, & uanè expectatur. Iſta præſtolatur inanè, quoniam ipſum non acceptauit, quando uenturus uenit, quomodo igitur non ſuperuacuè expectat, dum non eſt uenturus, ut redimat, ſed ut iudicet. Altera gens eſt populus paganorum, ſed quia non inanè expectauit uenientem acceptando, ideo huius gentis populi ſunt illi, de quibus uerſi. dicit. Et ipſe erit expectatio gentium. Quartus uerſic. dicit. Non auferetur ſeptrum de Iuda, donec ueniat, qui mittendus eſt. Circa hoc eſt notandum, quòd populus Iudæorum quandoque fuit ſub principe, ſcilicet tempore Moyſi, & tempore Ieſuæ. Quandoque fuit ſub iudicibus ut iudicum per totum. Quandoqne fuit ſub pontificibus ut tempore Hely, & Samuelis. Quandoque fuit ſub regibus, ut à Dauid de tribu Iuda uſque ad tranſmigrationem Babiloniæ ut patet in libro Regum. Vnde deinceps nullum regem habuerunt: & ſic ablatum fuit ſceptrum regalæ de Iuda, nec etiam adhuc ue-

Tertius verſiculus.

Quartus verſiculus.

4. Reg. p totum.

4. Reg. ca. vltimo.

nerat qui mittendus erat. Sed nec propter hoc prophetica ista Iacob quantum ad hunc uersiculum euacuatur ueritate, quoniam non cessauit dux de femore.
Exdre.2.a Quoniam post seruituiem babilonicam habuerunt duces numero.xi.quorum primus fuit Zorobabel. Durauerunt autem duces usque ad Machabeos, ut patet per Hieronymum in prolog.primi Machab. Quorum ducum ultimus fuit Iacob pater Ioseph uiri MARIAE. Matt.c.1.Coronatus fuit Herodex rex Iudæorũ Romæ præsente Augusto et Antonio, remißusq; fuit in Iudæam teste magistro histor. in compendio euangelij.c. Herodes post princi. Fuit autem in regno confirmatus post quartum annum suæ coronationis ut in eod.c.in fi. Vnde translatum fuit regnum Iudæorum ad alienigenas.c.eod.tempore. Hic ædificauit in Ascalone domum regiam, & deinceps cognominatus est ascalonita. Fuit autem natione Idumæus ex patre, Arabus uero ex matre.c.post hoc in fine. Anno autem regni eius tricesimo natus est CHRISTVS. eod.lib.c.natus. Et sic non est ablatum septrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec ueniret, qui mittendus erat. Nam illo misso non habuit Iudæa amplius regem, nec ducem Iudæum, sed alienigenam, nisi CHRISTVM ultimum de stirpe Dauid non ex parte matris, qui finita tribu Iuda in hoc
Ioan. 18.f. mundo inchoauit regnum cœleste, dicens Pilato. Regnum meum non est de hoc mundo. Et sic patet quartus uersic.huius primæ particulæ & per consequens prima particula. Secunda particula est tractans de redemptoris occisione, siue redemptione. Vnde inquit la-

Secunda particula est redemptionis.

uabit uino stolam suam, & in sanguine uuæ pallium suum, ligans ad uineam pullum suum, & ad uitem ò filij mi asinam suam. In ista particula sunt quatuor uersiculi. Primus uersi.dicit, ligans pullum suum ad uineam, ubi est notandum, quòd uterq;, scilicet pullus, & asina gerit crucem super dorsum, & utrunque equitauit dominus in die oliuarum, & uterq; erat ligatus ad portam Hyerusalem. Per pullum enim intelligitur & figuratur populus paganorum: hic gerit crucem quoniam et si debebat CHRISTVM in cruce conficare: attamen postea debebat conuerti ad CHRISTVM crucifixum, scilicet à fallacijs idolorum solutus per prædicationem apostolorum, per quam conuersionem sic facient per fidem CHRISTI sedere, scilicet dominando, ut dux, & rex; sicut ipsum sedere fecerunt in die oliuarum. Bene autem ligatur ad uineam, idest ad sanctam matrem ecclesiam Hyerusalem nominatam secundum DEI prædestinationem. Secundus uer.dicit. Ligans asinam suam ad uitem. Per asinam intelligitur synagoga Iudæorum. Hæc sicut portat crucem super dorsum, sic ipsam portat in prophetijs, & in diuina præscientia, & in suo clamore dicendo. Crucifige, crucifige eum. Tandem per prædicationem apostolorum sic debet solui à sua perfidia, quòd CHRISTVM, quem crucifixit supra se cum asina, portabit, scilicet per fidem suum regem, acceptando et cæte. Attamen antequàm CHRISTVS à sæculo, & à fine dominetur, oportet, quòd ut redemptor occidatur. Tertius uersi. Lauabit uino stolam suam. Stola, idest uestis significat humanita-

Primus versiculus.

Secundus versiculus.

Ioan. 19.a

Tertius versiculus.

tem, quoniam sicut uestis oßium est caro, & sicut uestis carnis est pellis, & sicut uestis animæ est corpus: sic stola, idest uestis diuinitatis est humanitas CHRISTI. Quæ uestis cum non fuerit aliquo crimine maculata non indiget lotione, qua si indigeret, non bene lauaretur uino, quinimmo uino macularetur. Sanguis CHRISTI non maculat, nec maculatur, sed bene lauat, & non lauatur, sicut uinum, quod maculat. Sic igitur debet exponi, ut per uinum intelligatur sanguis non lauat carnem CHRISTI. Sed sicut ad lotionem exigitur, quòd uestis non tantum aspergatur, sed quòd copiose perfundetur, ut dum est in lauacro sic imbibat, quòd dum comprimitur, macula educatur: sic CHRISTVS lauat suam stolam humanitatis, dum copiosè uinum sui sanguinis undiq; effundit, qua copiosa effusione consecrata fuerunt omnia sacramenta, in quibus omnes maculæ peccatorum lauantur. Et bene dicit stolam suam, idest synagogam Iudaicam, ex qua assumpsit carnem humanam. Et quia parum esset lauare synagogam, & non gentilitatem, ideo sequitur quartus uersicul. dicens.

Quartus versiculus.

Et pallium suum lauabit in sanguine uuæ. Per pallium igitur significatur gentilitas paganorum, quoniam sicut uestis adhæret corpori, & pallium cooperit totum dorsum cum ueste: sic gentilitas circundabat synagogam quasi populum paruum, quenadmodum circulus cõtinet in se punctum in medio. Tanta igitur erit abundantia sanguinis CHRISTI, & suæ uirtutis, quòd non solum lauabit synagogam, sed etiam pallium gentilitatis: & hoc non solum in paßione, sed etiam in eu-

charestia; idest in sacramento corporis, & sanguinis CHRISTI, cuius infinita est uirtus. Et licet in præsenti opere multa dixerim, nil replicando de his quæ in quæstionibus peregrinis dixi: adhuc tamen restant multa dicenda. Vnde cum in prædictis quæstionibus loquerer in quæstione de passione, scilicet in tertia parte de clamore sanguinis CHRISTI distinguens, xij. clamores, fui nimis truncatè loquutus. Nam parum est loqui de uoce, & non de uerbo: sicut loqui de uehiculo, & non de re superposita: sicut non est plenus sermo facere uerbum de Ioanne baptista, & non de CHRISTO. Ioannes enim erat uox, & CHRISTVS fuit, uerbum quod ad aures, & corda per uocem geritur. Cum enim fuerim ibidem loquutus de uoce sanguinis CHRISTI ex costa exeuntis: hic dicam. xij. uerba, quæ ille sanguis clamando dixit. Primum uerbum sanguinis CHRISTI in latere transfixi in cruce clamantis fuit amor, amor, amor, dum uas sanguinis euacuatur. Qui uult amari, primo debet amare, et non solum debet amare, sed etiam debet ostendere suum amorem per signa dilectionis, & respiciendo, ut uisitando, ut scribendo, ut mittendo nuntios, ut largiendo munuscula. Cum autem CHRISTVS uelit amari, primo amauit, & secundo per dilectionis signa ostendit suum amorem. Ostendit uerò amare præcipuo signo amoris, quod est sui sanguinis largitio. Fit autem istud signum effusionis sanguinis in. xij. gradibus. Primus gradus est, quia potuit saluare suos sola potestate diuinitatis ut par. 3. q. 1. ar. 2. in pri. R. Sed quia hoc signo

Duodecim verba sanguinis Christi clamantis. Primum verbum sanguinis Christi fuit amor.

Duodecim gradus amoris Christi in sui sanguinis effusione. Primus gradus.

non plene mouebatur humana pigritia, atque ignorantia, ideo uoluit ostendere suum amorem effudendo sanginem, in quo collocatur uita cuiuscunque uiuentis. Secundus gradus est, quia potuit saluare merendo per actum uolūtatis informatæ gratia, & charitate par. 3. q. 34. ar. 3. Sed humana conditio per hoc signum occultum non peruenisset faciliter in cognitionem tanti amoris. Vnde CHRISTVS amans ostendit suum amorem per signum sensibile, quod est sanguinis effusio. Tertius gradus est, quia potuit saluare solius guttæ sanguinis emanatione. Vnde Thomas in sua oratione ad sacramentum. Cuius una stilla facere potest mundum omni scelere. Sed quānuis in uirtute una gutta sanguinis CHRISTI sit maior Oceano omnium sanguinum quoruncunque uirorum, & mulierum, non tamen omnes hoc signum percepissent. Sicut enim sanguis in corpore hominis est thesaurus uitæ naturalis, ita una gutta sanguinis CHRISTI est thesaurus totius mundi. Vnde ut omnes percipiant signum amoris, uoluit sanguinem effundere copiose, & misericorditer. Vnde apostolus. Deus, qui diues est in misericordia propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificat nos in CHRISTO. s. ex thesauris sui corporis sanguinem effundēdo copiose. Quartus gradus est, quia potuit saluare, sanguinem effundendo usque ad mortem, idest quòd tanta esset effusio sanguinis, quæ sufficeret ad resolutionem uitæ. Sed quoniam non omnes hoc intellexissent, ipse effudit sanguinem in uita usque ad mortem, & post

Gen. 9. a.
Leuit. 7. c.
Deu. 12. c.
Secundus gradus, & signū amoris Christi.

Tertius gradus, & signū amoris Christi.

Ephe. 2. a.

Quartus gradus, & signū amoris Christi.

mortem de latere lanceato, unde exiuit sanguis & aqua. Ioan.19.g.
Quintus gradus est, quia potuit sanguinem copiose effundere pro suis amicis, qui erant in limbo, & non pro inimicis, qui erant, sunt, & erunt in hoc mundo: sed ut per hoc signum manifestaret omnibus suum incontaminabilem amorem, uoluit sanguinem uitæ fundere etiā pro inimicis. Vnde apost. Comendat DEVS *charitatem in nobis, quia cum inimici essemus,* CHRISTVS *mortuus est pro nobis.* Rom.5.b.

Quintus gradus, & signū amoris Christi.

Sextus gradus est, quia magna quantitas sanguinis erat effundenda per apostolos, & per martyres in toto orbe terrarum: ideo sicut uoluit amari à toto corpore ecclesiæ per sanguinis effusionem formandæ, ita totum sanguinem sui corporis uoluit effundere. Vnde Petrus CHRISTVS *passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius.* 1.Pet.2.d.

Sextus gradus, & signū amoris Christi.

Septimus gradus est, quia prætium magnum soluebatur .s. pro toto mundo, cum totus mundus debebat confirmari. Vnde oportebat, quòd mundus hoc cognosceret per magnum signum. Sed quia per paruam distillationem sanguinis non percipiebatur, fuit conueniens, q̃ CHRISTVS *magnam quātitatem sanguinis effunderet. Vnde apost. Empti estis prætio magno, glorificate, & portate* DEVM *in corpore uestro.* 1.Cori.6. in fine.

Septimus gradus, & signū amoris Christi.

Octauus gradus est, quia potuit saluare nullū sanguinē effundendo .s. moriendo morte naturali, uel aliqua infirmitate præcedēte, uel potuisset alicubi corpus deponere, et in die tertia illud reassumere. Sed cōpatiens his, qui in eum erant credituri, ne in fide deciperentur, noluit mori morte naturali, ne diceretur debilis ad alios saluandos,

Octauus gradus, & signū amoris Christi.

qui se non potuit à morte saluare. Nec uoluit ante *ægrotare, ne diceretur, non posse sanare, qui se ipsum non sanauit: nec uoluit sine lexione corpus deponere, et post tertium diem reaßumere, ne fides resurrectionis calumniam pateretur. par. 3. q. 46. arti. 3. argu. 2.* Vt autem *omnes aduocaret ad rectam fidem, et per fidem ad spem, & per spem ad charitatem, uoluit mori morte uiolenta, & publica nudus, & cum magna sanguinis effusione.*

Nonus gradus, & signũ amoris Christi. Nonus *gradus est, quia potuit mori senex, et non in florida iuuentute, quando uita est magis amabilis, sed ut nihil superesset, quod posset prouocare homines ad amorem, uoluit de corpore florido sanguinem floridum effundere in ætate floridæ iuuentutis. par. 3. q. 46. ar. 9. arg. 4.*

Decimus gradus, & signũ amoris Christi. Decimus *gradus est, quia quanto quis est uirtuosior, et reip. amator, atque utilior, uitam suam habet cariorem, quàm si exponat pro bono alicuius, uel communitatis, dat quod est maximè prouocatiuum amoris, ut par. 3. q. 46. artic. 6. argu. 3.* Cum autem CHRISTVS *fuerit summè uirtuosus, & summè utilis uitam suam præ cæteris amauit, quam per sanguinis effusionem dans in morte; hoc fuit supræmum charitatis signum prouocans ad amorem, dum sanguis euacuatur.*

Vndecimus gradus, & signũ amoris Christi. Vndecimus *gradus, & signum amoris est, dum sanguis, quo corpus* CHRISTI *euacuatur, iterum ad instructionem nostram, & consolationem per spem ab ipso* CHRISTO *in resurrectione reassumitur, & uas, idest corpus repletur.* Ad cuius *declarationem est notandum, quòd totus sanguis* CHRISTI *effusus in paßione, sicut una pars principalis cor-*

poris fuit unita diuinitati, cuius est instrumentum habens uirtutem ex unione ad diuinitatem iuxta illud apostoli. Iesus *ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est.* Vnde *cum sanguis ille effusus habuerit uirtutem sanctificandi ex unione diuinæ naturæ, ideo oportuit, quòd in resurrectione uniretur alijs partibus reassumptis, ut secundum suum corpus humanum resurgeret integrum cum omnibus partibus, quæ pertinent ad rationem integritatis ueritatis humanæ.* Ex *hoc etiam sanctorum animæ amantes* CHRISTVM, *& sanguinem effundentes pro* CHRISTO *magis animantur ad sanguinis effusionem sperantes, quòd corpora sua sic resurgent integra, & cum sanguine glorioso, sicut surrexit sanguis* CHRISTI, *ut habetur ex uerbis sancti* Thomæ *quolib. 5.q.3.ar.2. sicut igitur sanguis clamat* Amor, *amor, dum per effusionem uas.i.corpus euacuatur: sic uoce clariori clamat, amor, amor, dum in suum corpus rescuscitatur.* Duodecimus *gradus est, dum non solum sanguis* CHRISTI *effunditur, sed etiam datur in potum, & bibitur.* Sed *priusquàm ulterius procedam, quia hæc signa sunt amantis prouocãdo ad amorem: quæro uter istorum duorum fuit maior actus charitatis, effundere sanguinem in paßione, an dare sanguinem ad bibendum in sacramentali refectione?* Respondetur, *quòd dare suũ sanguinem in potum ad mensam altaris est signum magnæ dilectionis.* Nam *datur corpus* CHRISTI *immortale, impaßibile, gloriosum, clarum, subtile, agi-*

Hæb.13.b.

Duodecimus gradus, & signũ amoris Christi.

mentaliter in quolibet die clamat dicens amor, amor, amor. Secundum uerbum CHRISTI sanguinis clamantis est, feruor, feruor, feruor. Antequã ostendam, quomodo sanguis CHRITI dicat feruor: declarandum est, quid sit feruor, & quæ sit differentia inter uoluntatem & feruorem, & charitatem & feruorem charitatis: Considero in uno fornace ignem aceruum prunarum accensarum: & hic mihi significat charitatem, & similiter mihi significat bonam uoluntatem. Cum autem proicio in fornacem super aceruum prunarum magnam quantitatem lignorũ, et exurgit magna flamma; hæc mihi significat feruorem charitatis, & feruorem uoluntatis. Feruor igitur non est tantũ charitatis, sed est conditio charitatis; nec est solũ uoluntas, sed conditio uoluntatis. Vnde feruor dicitur à communibus doctoribus promptitudo uoluntatis. Vt autem clarius loquar, dico, quòd feruor & intensio simul in re conueniunt. Vnde idem est feruere & intendere: & idem est intensio & feruor. Est igitur triplex feruor, siue intensio. s. uoluntatis, charitatis, & intentionis. Cum enim infirmatur tuus filius, & tuus conuicinus, & utriusque sanitatem desideras, actus uoluntatis tuæ feruentius mouetur in filium, quàm in conuicinum. Et si charitas tua diligit in gradu ut. x. feruentius, & intensius mouetur ad actum, quàm charitas in. y. Et si quæris medicinam intentione intensa propter filium sanandum, & nepotem, intensiori intentione intendis habere medicinam propter tuum filium, quàm propter nepotẽ. 1. 2. q. 19. ar. 8. post me-

Secũdum verbum sanguinis Chri fuit feruor.

Feruor quid sit.

Feruor, siue intẽsio ẽ triplex.

diū.R.et 2.2.q.24.ar.4.arg.3. His igitur sic declaratis reddeo ad propositū. In oratione, quā fecit CHRISTVS in orto, ostenditur feruor intentionis charitatis, & uoluntatis. Primo enim orauit secundum rationem aduocatam sensualitatis; & hoc fuit charitatis actus, cum dixit, pater si poßibile est, transeat à me
Mat.26.e calix iste. Secundo orauit intentione liberandi Iudæos,
Mar.14.d scilicet maiores, ne per paßionem peccarent in ipsum: & hac causa dixit. Abba pater transfer calicem hunc à me. Tertio orauit intentione sequelæ martyrum, qui eum non sequerentur, nisi ipse præcederet: & hoc cū
Mat.26.e inquit. Mi pater si non potest hic calix transire à me ad apostolos, & martyres, nisi bibam illum, fiat uoluntas tua. *par.3.q.21.ar.4.arg.1.* In quibus tribus orationibus semper fuit loquutus cum charitate, cum bona uoluntate, & cum intentionis rectitudine. Sed & si feruenter dum petijt, tamen feruentius quando suam uoluntatem confirmauit uoluntati patris dicens in fine.
Luc.22.e Non mea, sed tua uoluntas fiat. Hic autem feruor sanctus fuit in ipso, ut & nos etiam feruescere discamus. Venit autem Angelus confortans eum. Qui uero fuerit ille angelus, an Gabriel, an angelus testamenti, qui sociauit populum de Aegypto, an fuerit ipse Moyses, an ille, qui apparuit Abrahæ, an Ioannes baptista, hoc pro nunc non declaro, nec disputo, alibi de hoc locuturus. Vnum tamen assero pro nunc, quòd facta confortatione illius angeli, quicunque fuerit ille, ipse CHRISTVS factus est in agonia, non tamen propter ineuitabile malum causans talem timoris paßionem. ut. 1.2.

q.41.ar.4.in fi. R. Sed facta angeli cōfortatione, intentio finis fuit facta intensior, uoluntas fuit facta inflammatior; charitas fuit facta feruentior flammigero feruore totus raptus in humanæ salutis desiderium. Vnde factum est, quòd copiosissimè sudauit. In signū autem quòd ille sudor erat sudor desiderij, sudor fuit transformatus in sanguinem tam copiosè, quòd guttæ sanguinis destillabant decurrentes in terram. Clamat igitur dicens, feruor, feruor, dum sudor transformatur. Ad hanc uocem excitantur electi & feruore militantes; feruent & ipsi cum CHRISTO, *& hoc multiplici gradu charitatis, scilicet incipientium, perfectientium, & perfectorum. 2. 2. q. 24. arti. 9.* Tres hominū species excitantur ad feruorem verbi Chri.

Primo excitantur incipientes, quorum studium & sollicitudo est deserere peccata, & contra ipsa pugnare. Vbi notandum, quòd ad necessitatem salutis sufficit minima charitas, quæ plus diligat DEVM, *quàm maxima cupiditas diligat milia auri, & argenti. par. 3. q.70. ar. 4. in medio R. Sic etiam minima contritio sufficit ad salutem. par. 3. q. 5. ar. 3. in R. Et hoc habendo respectum ad necessarium esse; sed ad melius esse exigitur feruor, ita, quòd quodam uirili modo pœnitens detestetur peccatum, sicut ferrum ignitum, quod ad guttas aquæ non extinguitur, sed ipsas guttas resoluit, & in fumum conuertit. Vnde sic feruens clamat cum Dauid. Iniquos odio habui, & in tantum quòd eos, ut immunditiam abbominatus sum & sic legem tui feruoris domine dilexi. In tantum feruet, quòd nō solum odit peccatum, sed etiam omnem uiam,* Primi feruētes sunt incipientes. Psa. 118. p

feruenter se incitant ad bellum. Non enim *clamando dicunt. Spolia, spolia: sed clamant caro, caro, caro; ad mortem, ad mortem, ad mortem: quis uiuit, quis uiuit. Ista strenui milites* IESV CHRISTI *id clamando dicunt. Sanguis, sanguis, sanguis. Sic enim clamat sanguis* CHRISTI *cum in paßione suũ corpus cruentatur, & in calice potatur, & dum sudor in sanguinem transformatur. Cũ enim conspicio* CHRISTVM *in cruce, carnem illam sanctißimam cruci affixam; cum considero dolores, & tormenta, quæ passus est; cum considero ipsum totum cruentatum, concludo mihi, quòd exemplo* CHRISTI *tria sunt necessaria ad hoc, quòd poßimus cum* CHRISTO *clamare, cruor, cruor, cruor.* Et *sic erunt tres legiones inclytorum militum imitantium* CHRISTVM *ad adimplendum istud tertium uerbum, quod clamando suus sanguis dicit, cruor, cruor, cruor.* Tres legiones mi litum imi tantium Chrm.

Primi *strenui milites, qui ad hanc uocem sanguinis* CHRISTI *animantur, ad sanguinem suum effundendum propter* CHRISTVM, *& cum* CHRISTO *sunt feruentes, carnem suam cum uitijs, & concupiscentijs crucifigentes.* Audite *bene, & intelligite.* Quomodo *est poßibile, quòd glacies in igne nutriatur? sic est impoßibile, quòd mens ardens in carnalibus desiderijs nutriat in se glaciem castitatis continentiæ, & uirginitatis.* Sed *si non potest quisquã superare carnis concupiscentiam, delectationem ueneream, uoluptatem ignominiosam, quomodo poterit carnem suam subijcere ferro cruentanti?* Et *quomodo* Primũ milites imitã tes Chrm. Gen. 39. b

potest lubricus dicere CHRISTO, cruor, cruor, idest sanguinem pro te uolo domine mi effundere, cum non poßit unam carnalem delectationem superare? Sed qualiter strenui milites se præparauerunt ad cruorem per sanguinis effusionem, audite. Isti nanque pugnauerunt contra carnem cum uictoria. Ioseph præelegit carceres. Susanna præelegit mori in iuditio. Paulus sic pugnat, non quasi aerem uerberans sed castigat corpus proprium, & in seruitutem redigit. Benedictus se proiecit in spinis. Bernardus acclamauit latrones, latrones. Augustinus carnem domauit ieiunijs, abstinentia cibi, & potus. Dominicus disciplinis carnem castigauit. Franciscus se proiecit in niuibus. Thomas cum titione mulierem effugat, & crucem adorat. Ecce quomodo isti possunt cum CHRISTO hoc uerbum tertium dicere cruor, cruor.

Gen.39.b
Dan.13.c
1.cor.9.d
Heb.11.f
Heb.11.f.

Secundi milites imitãtes Chr̃m.

Secundi milites inclyti, qui se parant ad sanguinem effundendum pro CHRISTO, sunt uiri se exercentes, per patientiam in aduersis citra mortem. Cum enim mors sit ultimum terribilium, & maximè uiolenta, & repentina: quomodo erit homo fortis contra pericula mortis, si non fuerit paciens in persecutionibus, afflictiobus, & alijs contrarietatibus, ut in infirmitatibus, & infamationibus. Nam legimus de beato Petro martyre, quòd cum Mediolani esset inquisitor, & persequereretur hæreticos, ipsi hæretici præcio conduxerunt aliquas maleficas de suis, quæ accusauerunt apud ordines maiores, quòd cum mulieribus inhonestè conuersabatur, et tandem una perfida accusante, & alijs testificantibus

fuit

fuit in iuditio conuictus de peccato carnali, cum tamen esset uirgo purißimus mente, & corpore, & fuit condemnatus recedere de Mediolano, & ire Hesium ad peragendam suam ei impositam pœnitentiam. Cum autem aliquo tempore fuisset patiens, finaliter omni nocte orando conquærebatur cum crucifixo, quòd sine culpa pœnam patiebatur; tandem cum una nocte feruentius solito oraret conquærendo, crucifixus caput tenens inclinatum, illud erexit, & ait. Petre, Petre, & ego quid feci? Quo uerbo Petrus fuit ita accensus, et feruoratus, quòd desiderabat sanguinem pro CHRISTO fundere. Et deposuit quærelas, & semper usque ad mortem mente clamauit cruor, cruor. Ecce ergo quomodo milites CHRISTI debent se exercere in prælio temptationum, tribulationum, & aduersitatum per pacientiam, ut ualeant per fortitudinem aggredi pericula mortis, sanguinem cum CHRISTO effundendo in martyrio cruentati. Et quomodo sancti Hæb. 11.f.
per fidem uicissent regna? quomodo operati fuissent iustitiam? & quomodo adepti fuissent promißiones? quomodo obturassent ora leonum, ut Dauid bina uice? Hæb. 11.f.
quomodo extenxissent impetum ignis, ut tres pueri in fornace Pharaonis? quomodo effugassent aciem gladij, ut Iosue & Dauid? quomodo fuissent facti fortes in bello, ut Iudas Machabeus? quomodo fuissent fortes lapidati, ut Hyeremias in Aegypto, & Ezechiel in Babillone? quomodo fuissent fortes, quando secti sunt ut Isaias? quomodo fuissent fortes in occisione gladij morientes, ut Vrias, ut Iosias, nisi prius fuissent actu, et ha- Hæb. 11.f.

bitu circuendo in melotis, id est in uestibus de pilis camelorum, & in pellibus caprinis, ut Helyas, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. Modo audiuistis, quàm sit necessarium per paciētiam exercere se in aduersis citra mortem, & demum per fortitudinem imitari CHRISTVM in suo sanguine cruentatum clamantem, cruor, cruor. Tertij milites inclyti sunt uiri in pacientia exercitati, qui tandem contemplantes CHRISTVM in cruce cruentatum eum imitantes suo sanguine ad bibendum calicem passionis, ut sint parati cruorem fortiter effundendum clamant cum CHRISTO cruor, cruor. Horum exemplar est apostolus Paulus, qui se ostēdit seruum CHRISTI, & eius imitatorem, in laboribus plurimis, in carceribus abundatius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter, ter uirgis cæsus, semel lapidatus, ter naufragium fecit, nocte, et die in profundum maris fuit. In periculis fluminum, in periculis latronum, & tandem post longum exercitium paciens peruenit ad exercitium fortitudinis, truncato capite. Vnde non immerito aspiciens CHRISTVM totum cruentatum clamantem, cruor, cruor, respondit per cruorem. Quartum uerbum sanguinis CHRISTI in cruce clamantis est dulcor, dulcor, dum sanguis undiq; effunditur. Circa hoc uerbum notandum est, quòd quantum spectat ad præsens sanguis CHRISTI bene est sanguis dulcoris, & præcipue dum in suo funte bibitur. Est enim sanguis CHRISTI dulcis decem modis. Primo naturaliter, quoniam sicut res dulcis suo sapore est grata

Tertij milites imitātes Christum.

2. Cor. 12. e.f

Quartum uerbum sanguinis Christi clamantis est dulcor.

Sanguis Christi est dulcis decē modis.

amanti dulcedinem, sic homo suauis, mitis, mansuetus, purus, miserator, compatiens dicitur dulcis, idest gratus. Hic autem talis est uir nobilis generoso sanguine naturaliter, idest iuxta naturam suorum prædecessorum. Vnde secundum hanc naturalitatem ille est nobilior sanguine, cuius sanguis est in longius productus, et præcipuè, si descendit per uirtuosos. Virtus enim etiam ignobiles nobilitat, maximè si est uirtus regnatiua docens Remp. regere. Sic igitur nobilitantur homines tripliciter, uel quia uirtutibus informantur, uel quia in Rep. proficiunt, uel quia de antiqua prosapia nascuntur, quæ tertia dicitur conditio naturalis, seu nobilitas naturalis. Et si tales non degenerant à suo principio, ut plurimum sunt benigni, idest dulces ad eloquium, dulces ad iudicium, dulces ad conuersandum. Modo iste sanguis CHRISTI fuit dulcis naturaliter. Si enim omnis sanguis naturaliter est dulcis ad gustum, sic uir nobilis est dulcis ad effectum, & tanto dulcior, quanto est nobilior. Sic CHRISTI sanguis est præ cæteris dulcior, quia præ cæteris nobilior. Quoniam iuxta euang. Lucæ ascendendo per suos posteros, idest ab ipso ad Adam, et dominum ordine retro gradu transitur per septuaginta quinque generationes. Inter quas generationes fuerunt patriarchæ, principes, iudices, reges, & duces. Fuerunt enim patriarchæ septem, quorum primus fuit Adam, ultimus Iacob. Fuerunt principes duodecim iuxta numerum duodecim filiorum Iacob. Iudices autem, & saluatores fuerunt uictoriosi, numero duodecim, quorum primus fuit Otomel, ultimus fuit

Primus modus dulcedinis.

Lucæ. 3. f

Mat. 1. a. b
Nu. 1. & 7

Sanson. Reges autem de tribu Iuda fuerunt quindecim, quorum primus fuit Dauid, ultimus Iechonias, siue Ioachim. Duces fuerunt undecim, quorum primus fuit Zorobabel, ultimus autem Ioseph uir MARIAE. Ecce quàm nobilis est sanguis CHRISTI. Non igitur mirum, si est dulcis, atque suauis naturaliter. Vnde uere clamando inquit dulcor, dulcor. Ecce quàm dulcis est, sed per quàm dulcißimus, si in suo fonte potatur. Secundo dico, quòd sanguis CHRISTI clamat dulcor: dulcor, quia est dulcis supernaturaliter, si in suo fonte potatur. Circa hoc considero, quòd sanguis, qui est dulcis naturaliter in porco, ita quòd mulieres uolentes eum recolligere, nominant ipsum sanguinem, sed dulce: quanto magis est dulcis in homine? Sed si sic est naturaliter, quanto magis est dulcis supernaturaliter? Omnis enim doctrina clamat. Quæ à DEO diuinitus fiunt, sunt perfectiora hijs, quæ fiunt à DEO mediante natura. Quod patet, quando in nuptijs aquam mutauit in uinum, quod fuit melius, quàm uinum naturaliter natum propinatum in principio conuiuij. Patet etiam de pane multiplicato, qui habuit uim cibi & potus: sic suus sanguis dum fit supernaturaliter dulcis, est sapidior, & dulcior sanguine, qui fit dulcis per naturam. Videamus ergo si sanguis CHRISTI fuit naturalis, uel supernaturalis; & dico quòd fuit naturalis, sed supernaturaliter. Cum enim considero, quòd in utero mulieris originatur sanguis CHRISTI cum cæteris membris, & partibus sui corporis, sic dico, quòd sicut sanguis uirginis gloriosæ fuit uerus, & naturalis

Matt.c.1.

Secundus modus dulcedinis.

sanguis, sic uerus, & naturalis fuit sanguis corporis CHRISTI. *Cum autem considero, quòd sanguis in utero uirginis dat corpulentiam corpori* CHRISTI, *quæ in illo utero concipitur, & cum considero, quòd illa manet uirgo ante partum, in partu, & post partum: & iterum cum considero, quòd non uir, sed spiritus sanctus est, qui operatur, dico, quòd sanguis in corpore* CHRISTI *sub forma sanguinis, & sub forma quoruncunque membrorum est sanguis naturalis, qui fit, & operatur supernaturaliter. Vnde cum in ipso* DEVS *operetur ad suas proprietates, quarum una est dulcedo, dico, quòd præ cæteris sanguinibus animalium, & hominum sic est dulcior, sicut est purior, nitidior, clarior, efficatior, atque mundior, alienus ab omni impuritate. Qui & si in uase uitreo, aut cristallino posset uideri, appareret in suo colore una granata. Quid igitur sine lingua clamat? Certe dicit hoc tertium uerbum, dulcor, dulcor: dum in suo fonte gustatur. Tertio dico, quòd sanguis* CHRISTI *clamat dulcor, dulcor, quia est dulcis figuratiue. Circa hanc particulam est notandum, quòd populus* DEI *exiens de seruitute Aegypti, transiuit mare rubrum, scilicet sicco pede, submersis Aegyptijs, & intrauerunt, desertum Sur, qui ambulantes tribus diebus non inuenerunt aquã ad bibendum, & peruenientes in Maram inuenerunt aquam, sed erat amara. Cum Moyses clamasset ad dominum, ostendit illi lignum, quod ponens in aquam, omnis amaritudo conuersa est in dulcedinem. Ad propositum figuram applicantes, populus* DEI *significat po-*

Tertius modus dulcedinis. 1

Gen. 15. d

pulum electum christianorum, qui exiuit Aegyptum, scilicet tenebras idolatriæ, & omnium peccatorum. Mare rubrum significat congregationem sanguinis CHRISTI, & aliorum prophetarum, euangelistarum, apostolorum, & martyrum, per quod mare, scilicet sanguineum transit populus sicco pede. i. sine sanguinis effusione, saluatus in sanguine CHRISTI efficaciter, & in sanguine sanctorum effectualiter. Interim autem populus christianus sitiuit tribus diebus, scilicet contritione, confessione, & satisfactione. Non inueniens aquam refrigerij, & remissionis, tandem in Mara, idest amaritudine peccatorum inuenit aquas amaras, dum pœnitentiam agit in hoc sæculo, sine passione IESV CHRISTI, qui ostendit lignum, scilicet crucis, & passionis, quo in aqua pœnitentiæ posito; aqua pœnitentiæ amara, propter carentiā CHRISTI fit dulcis, scilicet propter remissionem peccatorum. O quàm amaræ erant lachrymæ MARIAE, dum fleret ad pedes IESV, nisi audiuisset illud euangelistæ dictum. Remittuntur tibi peccata tua. & hoc idem dico de Petro, & cæteris pœnitentibus. Bene ergo clamant pœnitentes posito ligno crucis, & passionis in aqua dulcor, dulcor: quia per sanguinem CHRISTI gustamus dulcedinem remissionis. Quarto dico, quòd sanguis CHRISTI clamat dulcor, dulcor, quia dulcis significatiuè. Circa hanc particulam est notandum, quòd significatio est duplex, scilicet pro tempore futuro, & pro tempore præterito. Pro tempore futuro est significatio figurarum. Pro tempore præ-

Luc. 7. g

Quartus modus dulcedinis.

terito est significatio rerum gestarum per suas rationes. Vt autem debito ordine sequar, dicam primo de significatione figurarum, ad quas pro sanguine dulcedinis uadit Iudæus. Primo ad petram. Secundo ad animal. Tertio ad genera. Primo Iudæus pro dulci sanguine uadit ad petram dum sitiuit, & non nisi aquam accepit. Quæ aqua per figuram significabat gratiam per CHRISTVM, *qui est petra, nobis communicandam. Dulcis fuit illi populo aqua, sed dulcior populo christiano ipsa gratia. Tenet ille os ad petram, & dulciter gustat aquam. Tenet christianus os ad* CHRISTI *costam, & bibit* CHRISTI *sanguinem, quàm dulcis Iudæo illa aqua, qui biberit, sitiet iterum, et morietur. Sed quàm dulcior iste sanguis, quem qui biberit, non sitiet, nec morietur in æternum. par. 3. q. 79. art. 1. in princ. R. Secundo Iudæus uadit ad animalium genus, ut gustet dulcedinem sanguinis, & prohibetur. Nanque cuicunque comedenti uel bibenti ipsum sanguinem, non solum hominum, sed etiam animalium mortem minatur. Sed pergit populus ad* CHRISTVM *agnum, ut gustet sanguinis dulcedinem; & non prohibetur, immo admittitur; non repellit, immo compellit, præcipiens, quòd non solum bibat sanguinem animalium, sed etiam hominum: sed & suum? certe suum proprium, quem qui non biberit morietur in æternum. Tertio uadit Iudæus ad terram promissionis & inde portat uuas, christianus pergit ad* CHRISTVM, *qui dat illi uinum expressum, scilicet sanguinem suum, ut omnes unum fiant. par. 3. q. 79. ar. 1. in R. Quarto*

Quomodo iudæus quærit dulcedinem sanguinis Christianæ.

Exo. 17. b & Num. 20. a

Gen. 9. a

Num. 13. e

uadit Iudæus ad uitulum, & consecratur populus, & uetus testamentum, uadit christianus ad CHRISTVM, & proprio sanguine confirmat nouum. par. 3. q. 78. ar. 3. arg. 3. & 7. Ecce habuistis quomodo est dulcis sanguis Iudæo in figura, sed dulcior christiano in ueritate. Modo christianus pergit ad altare quærens gustare dulcedinē sanguinis CHRISTI significatiuè, & hoc secundum quatuor significationes. Primo dum quærit quid significat corpus CHRISTI cum sanguine. Secundo quid significat corpus CHRISTI seorsum à sanguine. Tertio quid significat sanguis cum aqua. Quarto quid significat sanguis in calice, cum hostiæ portiuncula. Primo fidelis christianus cupiens gustare sanguinis CHRISTI dulcedinem per uiam significationis. Primo inquirit quid significet corpus CHRISTI cum sanguine, & sanguis cum corpore, significat utriusque hominis salutem, scilicet interioris, ut est spiritus, & exterioris ut corpus, quæ duæ partes simul cooperantur, & simul pertinent ad fœlicitatem. par. 3. q. 79. ar. 1. argu. 3. in princ. Secundo fidelis cupiens gustare dulcedinem sanguinis CHRISTI quærit quid significet sanguis CHRISTI seorsum à corpore, dum scilicet in altari seorsum consecratur corpus CHRISTI in corporali, & sanguis in calice, & ita uterque eleuatur, significat passionem, in qua seorsum, & separatè stetit corpus in cruce effuso sanguine. par. 3. q. 78. art. 3. arg. 2. & q. 76. ar. 2. arg. 1. Tertio fidelis cupiens gustare sanguinis CHRISTI dulcedinem, quærit

Quomodo christianus quærit dulcedinē sāguinis Christi nō inanem.

quid significet sanguis mixtus aqua, uel sine aqua. Sanguis CHRISTI a qua mixtus significat unionem CHRISTI capitis, & totius populi CHRISTI unde per uinū significatur CHRISTVS, per aquā uero significatur populus. Cum ergo in calice uinum & aqua misceātur, CHRISTVS & populus adunantur, & sic teste Ambrosio redundat aqua in calice, & salit in uitam æternam. par. 3. q. 74. ar. 6. in R. Quarto fidelis cupiēs gustare dulcedinem sanguinis CHRISTI, quærit quid significet sanguis in calice cum unius portiunculæ hostiæ permixtione. Nota primo quòd fractio hostiæ significat separationem animæ & corporis, quando in cruce inclinato capite emisit spiritum. Secundo nota, quòd fractio in tres partes significat triplicem statū ecclesiæ CHRISTI, scilicet uirginitatis, uiduitatis, coniugalitatis. Nota tertio quòd tot diuisiones significant distributiones gratiarum per CHRISTVM factas. Quarto nota quòd harum trium portiuncularū prima, æquæ in calice mittitur, significat ipsum CHRISTVM iam suscitatum cum Beata uirgine, & cum alijs, si qui sunt cum corpore in gloria. Altera, quæ extra calicem seruatur, significat partem electorum dimicantium super terram in hac mortali uita. Tertia pars significat corpora existentia in sepulchro, quorum tamen animæ sunt in cœlo, uel in Purgatorio par. 3. q. 83. ar. 5. arg. 7. & 8. & sic patet quartus modus dulcedinis sanguinis IESV CHRISTI,

Quintus modus dulcedinis sanguinis CHRISTI Quintus sextus, se-

ſentiarum ſunt præcipui, ſcilicet Remiſsio *culpæ*, & *relaxatio pœne.* Q*uantum enim in ſe eſt ex ui, et proprietate ſui, cum ſit memoriale paßionis dominicæ, ſic habet pro effectu, quòd remittit peccatum mortale, dummodo ex parte ſuſcipientis non interueniat impedimentum. ea. par. q. 79. ar. 3. in* R. *Secundum autem diſpoſitionem recipientis remittitur pœna ead. q. arti. 5.* E*ſt igitur dulce* CHRISTI *ſanguinem bibere, reſpectu pœnæ, quæ minuitur, uel totaliter diluitur.* S*ed eſt iſte ſanguis dulcior reſpectu culpæ, dum ſanguis non ſacramentaliter, ſed tantum uoto ſuſcipitur, uel etiam dum ſuſcipitur, & ſuſcipienti peccatum cum contrictione ad memoriam reducitur. ea. q. ar. 5. in fi.* R. I*ntenditur autem mens in dulcedine guſtationis huius ſanguinis, dum in memoria paßionis per hoc uerum ſacrificium dulcoratur.* S*ed cum ut ſacramentum bibitur id agens, quod ſignificat dulciter, nutrit, & delectat.* S*i ergo eſt dulce ſuſcipere ſpiritualiter, multo dulcius eſt bibere ſacramentaliter, & ſpiritualiter.* N*emo igitur efficiatur ſurdaſter, nemo contemptor, nemo ſimulet, nemo negligat, ſed audiendo uoce* CHRISTI *ſanguinis clamantis, & dicentis dulcor, dulcor, curat & cum dulcedine bibat ſacramentaliter, & ſpiritualiter bibat in ſacrifitio, bibat dulciter in ſacramento, bibat dulciter dum culpa remittitur, bibat dulcius dum omnis pœna terminatur,* B*ibat dulciſsime, dum bibendo gloriam præſtolatur.* Q*uintum uerbum ſanguinis* CHRISTI *in cruce clamantis eſt ualor, ualor, ualor.* C*irca iſtud uerbum, ſcilicet ualor conſi-*

Quintum verbum ſanguinis Chri clamãtis eſt, ualor.

dero tria, scilicet soluentem precium, & cui fit solutio, & in declarando procedam ordine retrogrado. Dicam cui ualor solutionis est soluendus, an DEO, cui facta est iniuria, an dyabolo uincenti hominem per conscensum. Vnde dico, quòd si offendisti regem, & per regem tu es condemnatus ad mortem, si quis liberare uult te, redemptionis precium non debet soluere carcerario, nec spiculatori, sed regi, cui facta est iniuria. Sic in proposito Dyabolo suggerente, & homine cōscentiente DEVS passus est iniuriam, & est homo condemnatus ad mortem, & in manibus Dyaboli, nisi appareat aliquis redemptor. Apparet CHRISTVS paratus ad soluendum precium redemptionis. Cui igitur debet soluere DEO, uel Dyabolo? Non debet soluere Dyabolo, quia est minister iustitiæ tantum, sed debet soluere DEO, contra quem iniuria facta est par. 3. q. 48. ar. 4. arg. 3. Viso igitur, cui soluendum est precium redemptionis. Videamus modo quis erit sufficiens redemptor. Et breuiter dico nullam puram creaturam esse sufficientem ad redimendum. Primo nanque si fuerit tot diuitijs diues, quot calculator est sufficiens ad numerādum, non est sufficiens redemptor.

Cui soluendum prio.

Quis solutor secundo.

Secundo si addas tot diuitias, quot per stateras, & bilancias) sufficit ad ponderandum, nec propter hoc creatura pura est sufficiens ad redimendum genus humanum à potestate Dyaboli. Tertio si adieceris tot diuitias, quot per aliquam mensuram, posit mensurari, neq; adbuc in creaturis est aliquis sufficiens redemptor. Sed da mihi uirtutes omnium hominum simul, uel

ſurſum omnium ſtellarum, & ſyderum, omnium Angelorum, omnium ſanctorum in limbo, in purgatorio, uel ſuper terram in hoc ſæculo, dico quòd nulla creatura eſt ſufficiens redemptor. Sed da mihi CHRISTVM, *quoniam non eſt purus homo, non pura creatura, ſed* DEVS *& homo, hic eſt uerus et ſufficiens redemptor, & abundans ſatisfactor. Vnde Paulus* CHRISTVS *nos redemit de maledictio legis, factus pro nobis maledictum, ſcilicet in quantum paſſus eſt pro nobis in ligno. par.3.q.48.ar.4. Viſo ſecundo cui precium redemptionis ſit ſoluendum, ſcilicet* DEO, *& uiſo per quem debeat ſolui, ſcilicet per* CHRISTVM, *Videamus tertio quòd eſt illud precium ſoluendum.* Et primo dico, *quòd non eſt aliquod pure creatum. Vnde Petrus.* Non *corruptibilibus auro, uel argento redempti eſtis, ſed precioſo ſanguine agni immaculati, & incōtaminati* CHRISTI. *Cum enim paßio* CHRISTI *ſit ſufficiens, & ſuper abundans ſatisfactio pro peccato quantum ad culpam, & quantum ad pœnam, quibus homo erat obligatus, eius paßio fuit quoddam precium, per quod ſumus liberati ab utraque obligatione. Precium autem eſt ſanguis* CHRISTI, *in quo eſt uita, & quo effuſo eſt mors. par.3.q.48.ar.5. Vnde ſicut ſuum corpus ex ui & uirtute diuinitatis, cui erat unitum, habuit poteſtatem emittendi ſpiritum in cruce; ſic habuit poteſtatem emittendi ſanguinem, & ſicut habuit poteſtatem reaſſumendi ſpiritum, ita habuit poteſtatem recolligendi, & reaſſumendi ſanguinem ſuum. par.3.*

Gal.3.

Quid ſoluendū tertio.

1.Pet.1.

q.47.ar.2.arg.1. Ecce quomodo sanguis CHRISTI in cruce clamando bene dicit quintum uerbum, Valor, ualor, ualor, dum precium sufficiens nostræ redemptionis extimatur. Sextum uerbum sanguinis CHRISTI in cruce clamantis est, stupor, stupor, stupor. Circa istud uerbum est notandum, quòd stupor quandoque ponitur pro sexta specie timoris, scilicet dum timetur aliquid, quod est inconsuetum, ut par. 2.q. 41.ar.4.in fi.R. Causatur autem, non à quocunque malo insolito, sed tantum de magno malo insolito. eo. ar.arg.4.in prin. Quandoq; accipitur pro fuga considerationis cuiuscũq; rei insolitæ, siue bonæ siue malæ. eo.ar. Vnde stupens timet iudicare de præsenti, & de futuro inquirere, et sic est impeditiuũ philosophicæ cõsiderationis, eo.ar.arg. 5.in fin. sic enim stupuit Petrus in captione multorum piscium. Vnde circundatus stupore dixit. Recede à me quia homo peccator sum domine. Recipiens igitur stuporem pro insolito, siue bono, siue malo: sanguis CHRISTI rationabiliter clamat dicens stupor, stupor. Primo quia inconsuetè uenditur, & extimatur. Secundo quia inconsuetè comeditur, depotatur. Tertio quia inconsuetè lauat, & non maculat. Quarto quia inconsuetè aquæ associatur.

Sextũ verbũ sanguinis Chri clamantis est stupor.

Luc.5.b.

Nota octo rõnes quare sanguis Chri clamat stupor, stupor.

Quinto quia incõsuetè inebriat cum honestate. Sexto quia inconsuetè generat cum fœcunditate. Septimo quia inconsuetè infernum expoliat. Octauo quia inconsuetè paradisum ditat. Circa primum dico, quòd sanguis CHRISTI rationabilitr clamat dicens. Stupor, stopor, quia inconsuetè uenditur, & extima-

Prima ratio stuporis.

tur. Cum enim Iudas proditor uendidiſſet magiſtrum ſuum, redemptorem ſuum, Creatorem ſuum; ſtupore occupatus iuit ad principes ſacerdotum dicens. Peccaui tradens ſanguinem iuſtum. Et hoc eſt unum inconſuetum, ſcilicet quòd ſanguis humanus uendatur, & extimetur. Nam ſecundum iura corpus liberum non capit extimationem, & per conſequens nec ſanguis, qui eſt pars eſſentialis, prout diffunditur per totum corpus, & membra, & ſine quo corpus non uiuit. Sanguis igitur CHRISTI inconſuetè uenditus, & precio triginta denariorum appreciatus rationabiliter clamat ſtupor, ſtupor. Circa ſecundum dico, quòd ſanguis CHRISTI clamans dicit ſtupor, ſtupor, quia inconſuetè comeditur, & potatur. Non enim fuit conſuetum ſanguinem humanum comedere, neque bibere, quin immo præcepit DEVS Noe poſt diluuium, quòd non ſolum non comederet, nec biberet ſanguinem hominum, ſed neque animalium. Sed & in lege ſcripta præcepit DEVS, ut non comedant, nec bibant ſanguinem, quorũcunque animalium, & non ſolum ipſi Iudæi, ſed etiam peregrini ſub pœna mortis. Sanguinem enim uult ſeruari pro altari, pro animalibus. Ecce quomodo non fuit in ueteri lege conſuetum ſanguinem comedere, aut bibere: ſed inde bene commouetur paſsio ſtuporis, quia in lege noua, non ſolum comeditur ſanguis et bibitur, ſed de ſuo proprio præcipit CHRISTVS, quòd bibatur, ait enim. Niſi biberitis ſanguinem filij hominis, non habebitis uitam in uobis. Ergo bene & rationabiliter hic ſanguis cla-

Mat.27.a.

Secũda rõ ſtuporis.

Gen.9.a.

Leui.7.b

Deu.12.c

mans inquit stupor, stupor. Nota quòd *præcepta negatiua, quæ prohibent esum sanguinis, intelliguntur, quòd in propria specie non manducetur*. Sed *præceptum affirmatiuum* CHRISTI *præcipientis intelligitur, ut manducetur in specie panis & uini*.

Tertia rõ stuporis. *Circa tertium dico, quòd sanguis* CHRISTI *clamans ait stupor, stupor, quia inconsuetè lauat, & non maculat. Nusquàm in sacro eloquio legi, quòd quis lauaret faciem in sanguine, neque alia membra maculata, neque ex consuetudine, nec experientia uidi sanguinem lauantem maculas, sed uidi bene maculare. Testes sunt, qui operantur in macello, quorum grabati sunt undique sanguine maculati. Est igitur inconsuetũ lauare maculas in sanguine. Cum autem dicat*

Apoc.1.c. *Apostolus de* CHRISTO. *Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et cum uidisset turbam magnam in uestibus albis, sibique dictũ*

Apoc.7.d. *fuit. Isti sunt qui uenerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine Agni. Satis apertè apparet esse unum inconsuetum, quòd sanguis lauat, &*

Quarta rõ stuporis. *non maculat. Ideo bene dicit stupor, stupor. Circa quartum dico, quòd sanguis* CHRISTI *clamans inquit stupor, quia inconsuetè aquæ associatur. Audiuimus sanguinem uuæ ut in præsenti particula, & uer. in quo Iacob loquens de* CHRISTO *inquit. Lauabit in sanguine uuæ pallium suum, sed non audiuimus aquam in sanguinem conuersam in Aegypto, sed non audiuistis sanguinem aquæ associatum. Audiuimus aquam uinum factum in nuptijs, in quibus dominus*

iucœpit

incœpit suam diuinitatem ostendere: sed non audiuistis sanguinem aquæ associatum. Audiuimus Aegyptijs *aquas transformatas in sanguinem: sed in* Aegyptijs *habebant proprietatem sanguinis, & in* Hæbreis *in eisdem locis habebant colorem, saporem, & alia accidentia aquarum.* Sed *non audiuimus sanguinem aquæ associatum.* Audistis *aquas maris* Rubei *stetisse solidas* pro *muro, sed non audiuistis sanguinem aquæ associatum.* Nunc *autem audiuimus simul exisse de latere* CHRISTI *mortui sanguinem merum, & aquam meram, & ueram.* Vnde *non immerito sanguis clamans inquit stupor, stupor, quia insuetè sanguis associatur aquæ.* Quinto *dico, quòd sanguis* CHRISTI *clamans dicit, stupor, stupor, quia insuetè inebriat, scilicet cum honestate.* Inquit *enim cum sponsa in canticis.* Bibite, *et inebriamini carissimi.* Nanque *inebriati consueuerunt inhonestè iterum, atque iterum bibere; consueuerunt turpiter in uerbis, & gestibus se gerere; consueuerunt turpiter euomere; consueuerunt uestes deponere, & suam nuditatem ostendere.* Has *autem inhonestates ebriorum consuetas non facit inebriatio sanguinis* CHRISTI *ipso dicente per* Dauid. *Calix meus inebrians quàm præclarus est.* Vbi *Amb.* Præclara *quippe ebrietas est, quæ sobrietatem mentis generat.* Hic *enim est calix, quem promisit dominus* Iacobo, & Ioanni *Zebedeis, cum inquit.* Calicem *meum bibetis.* Bibit Iacobus, & *insuetè inebriatus gladio occisus fuit.* Bibit Ioannes, & *in insula* Pathmos *exul uidit statum ecclesiæ militantis in libro* Apoch. Bibit

Quinta ratio stuporis.

Cant. 5. a

Psal. 22. a

Matt. 20. c

Petrus, & Andreas, cæteriq; apostoli, & martyres, qui omnes inconsueto modo fuerunt inebriati. Vnde merito sanguis CHRISTI *clamans dicit stupor, dum inconsuete inebriat cum honestate. Sexto dico, quòd sanguis* CHRISTI *clamans dicit, stupor, stupor, quia inconsuetè generat cum fœcunditate. Nusquã legi hominem mortuum fœcundum, neque suo sanguine quenquàm generasse. Bene legi. par. 3. q. 35. ar. 3. arg. 1. quòd natiuitas propriè est uiuentium: & sicut natiuitas est uiuentium, ita oportet, quòd generatio, & fœcunditas consimiliter sit uiuentium; nunquàm autem legi, quòd esset mortuorum. Bene legi uiuentes suscitasse mortuos, ut Elyseus, ut Elyas, non tamen legi quenquàm genitum mortuum, nec mortuum natum, sed bene abortiuum. Præterea nunquàm legi mortuum generasse mortuum fœcundè, sed potius legi ad tactum mortui Elysei mortuum suscitatum. Cum autem legamus, quòd lanceato* CHRISTO, *& aperto latere fluunt ex latere eius sacramenta, unde speciali regeneratione nascitur ecclesia par. 3. q. 62. artic. 5. in* R. *Et cum* CHRISTVS *resurgit à mortuis, dat spem uiuis, & mortuis resurgendi. Quæ resurrectio est quædam noua, immo nouissima uita. ead. par. q. 53. art. 1. in med.* R. *uersi. Vnde prima cor. Quid restat amplius, nisi uidendo ecclesiam generare ex aqua, & spiritu sancto tot milies milia natorum clamare cum sanguine* CHRISTI *stupor, stupor, dum sanguis inconsuetè generat cum fœcunditate. Septimo dico, quòd sanguis* CHRISTI *clamans dicit, stupor, stupor,*

[Margin notes: Sexta ratio stuporis. — 4. Re. 4. c / 3. Reg. 7. — 4. Re. 13. c — Septima ratio stuporis.]

dum inconsuetè infernum expoliat. Crucifixus in cruce mortuus est, & mortuos uiuificat. Crucifixus lanceatur in cruce, & infernus lætificatur. Astantes crucifixum lamentantur, & sancti patres in limbo congratulantur. Crucifixus nudus de cruce tollitur inuolutus lintheis, & aromatibus in sepulchro clauditur: mors autem moritur, dum in crucifixi sanguine mortui uiuificantur. Cum autem in suo sanguine educat de limbo suos iuxta prophetiam Zachariæ.c.9.& par.3.q.52. art.5. Hæc sunt tam mira, quòd nihil est fiendum, nisi cum sanguine CHRISTI clamare, stupor, stupor, quia inconsuetè infernum expoliat. Octauo dico, quòd sanguis CHRISTI clamans dicit stupor, dum inconsuetè paradisum ditat. Cum humana natura non sit in hoc sæculo mansura, sed potius debeat esse cum CHRISTO, qui ad patrem ascendit uadens parare suis immortalitatis locum, triplici medio nos ad altitudinem paradisi conducit. Primo paßione, & sanguinis effusione, per quam paßionem nos habilitat ad paradisum remouendo obstaculum, ut par.3.q.57.art. 6.arg.2. Secundo resurrectione, non quacunque, sed gloriosa. Nam uerbum DEI primo attribuit uitam immortalem corpori sibi unito, & per ipsum operatur resurrectionem in omnibus alijs, unde est nostræ resurrectionis causa efficiens. par.3.q.56.ar.1.in fi. R. cum arg.1. Tertio sua ascensione non per modum meriti, sed per modum causæ efficientis ea. par. q.57.ar.6.argumen.1. Si igitur est stupor, dum Enoch in paradisum translatatur. Si stupor fuit uidere Elyam in cœlũ por-

Zacha. 9.

Octaua ratio stuporis.

Christus triplici medio nos ad paradisum conducit.

Gen. 5. e 4. Re.2.c.

Mar. 16.b etLu.24.g tari in curru igneo. Si stupor fuit uidere CHRISTVM ascendentem in coelum in nube, non quòd esset CHRISTO uehiculum, sed in signum diuinitatis secundum, quòd gloria DEI appar ebat patribus. ea.par.q.57.ar.4.arg.3. sic igitur bene clamans sanguis CHRISTI dicit, stupor, stupor, dum inconsuetè paradisum ditat. Septimum uerbum sanguinis CHRISTI clamantis est, timor, timor, dum minatur. Sanguinis CHRISTI quandoque rogat, quandoque obsecrat, ut uelimus participare eius meritum, quòd est salus nostra, remißio culparum, & indulgentia poenarum, expoliatio inferni, plenitudo paradisi. Sed cum nec sic conuertimur, immo de die in diem efficimur deteriores, tunc non crudeliter, sed misericorditer minatur poenas, ut illi, qui nolunt conuerti amore, saltem conuertantur timore. Sunt autem quatuor speties, quibus sanguis CHRISTI minatur. Primi sunt calumniantes, calumniari enim est de falso agere contra proximum actiuè, uel paßiuè. Idem nanque est ueritatem negare, & falsitatem affirmare. Horum autem primus est falsè scienter accusans. Secundus falsè scienter ueritatem negans. Tertius est scienter falsè testificans. Quartus procurator scienter falsè sollicitans. Quintus aduocatus contra ueritatem allegans. Sextus iudex falsè scienter sententians. Septimus quicunque scienter pro falso, & contra ueritatem agit precibus, minis, blanditijs, promißis, instrumentis, citationibus, executionibus se ingerit, ut notarius, ut præco, ut famuli, ut actinentes, ut amici, ut salariati, ut muneri-

Quatuor speties hominũ, quibus sanguis Christi minatur.

bus præmiati. His enim sanguis CHRISTI *minatur, dum in cruce effunditur. Sic minatus fuit ipsis Iudæis dicentibus Pylato. Sanguis eius sit super nos, & super filios nostros. His sic iniquè clamantibus quid dicit sanguis* CHRISTI *clamans? certe dicit. Timor, timor: dum scilicet minatur urbis destructionem, sanguinis patrum, & filiorum effusionem, utrorumque occisionem, famis rabiem, captiuorum uenditionem, populi dispersionem, ciuitatis ruinam, & usque ad generale iuditium continuam euagationem. Quæ omnia superuenerunt Hyerusalem ciuitati sanguinum, quæ sic supra se sanguinem habuit, sicut in falso iuditio, supra se sanguinem imprecata est. Contra hos igitur & similes bene clamat sanguis* CHRISTI *timor, timor. Secundi, quibus sãguis* CHRISTI *minatur, sunt ingrati recidiuãtes.* Dominus .n. *noster* IESVS CHRISTVS *pie, et misericorditer suo sanguine emũdat consciẽtias nostras ab operibus mortuis. i. à peccatis per unũ actum contritionis remittit omnia peccata, omnia scelera, omnes iniquitates, et si qua bona fuerant per peccatũ mortificata, illa uiuificat, & in suo sanguine parat ad præmia. Sed quid faciũt miseri homines? certe ostendũt nõ uere pœnituisse, dum post pœnitẽtiam per paruum spatiũ reuertuntur ad culpabilem uitam, recidiuantes in prioribus peccatis, & quandoque grauioribus. Quibus sanguis* CHRISTI *qui lauerat prima praua opera mortis, minatur misericordiam conuertendam in iudicium.* Exemplum *habemus de* Pharaone. *Cum .n.* Moyses *ad præceptum domini iuisset ad præsentiam* Pharaonis propter

Mat. 27.d

Secundi quibus sãguis Christi minatur.

Exod. 7.c

liberationem à seruitute, et ille nollet dimittere populũ, diuina potestate omnes aquæ Aegypti conuersæ sunt in sanguinem tam aquæ fluminis, quàm funtium, puteorum, & quæ erant in uasis ligneis, & lapideis. Aquæ significant gratias, et benedictiones spirituales: sanguis significat iram diuinæ iustitiæ. Tunc autem aqua conuertitur in sanguinem, quando DEVS suam misericordiam, suam pietatem trahit ad se, & agit iuxta suam iustitiam. Vnde recidiuantes in peccatis grauius peccant, & grauius puniuntur pro secundis peccatis quàm pro primis, & hoc propter maiorem ingratitudinem. par. 1. q. 88. ar. 2. Sic ergo clamans sanguis CHRISTI inquit, timor, timor, cum minatur. Tertij quibus CHRISTI sanguis minatur, dicens, timor, timor, sunt, qui carnem cum sanguine manducant. Iam sæpe habuistis, quomodo DEVS præcepit Noæ, quòd non comederet carnem cum sanguine, & aßignat rationem huius præcepti: quia anima omnis carnis, idest uita est in sanguine, ideo nolite uitam comedere. Tales igitur hoc præceptum transgredientes faciunt tria, quia comedunt carnem, comedunt sanguinem, & comedunt uitam, quæ est in sanguine. Sed nota, quòd non est præceptum negatiuum oppositum præcepto affirmatiuo, quia negatiuum intelligitur in propria specie, affirmatiuum uero in aliena, scilicet panis, & uini. Sed est, qui dicat. Qui sunt hi carnem cum sanguine comedentes? Primo dico, quòd sunt auari, & cupidi propter auaritiam diuitiarum effundentes sanguinem, ut malandrini, & cæteri propter diuitiarum cupiditatem mercatorum

Tertij quibus Christi sanguis minatur.

Gen. 9.a
Leui. 17.b
Deut. 12.c

hominum intentantes mortem. Secundo sunt indiscretè uouentes, ut qui uouet DEO *ineptè, quòd si cum uictoria redderet de prælio, offerret* DEO *in holocaustum primum animal, quod sibi occurret. Filia primo occurrit, & illam obtulit.* Hic *comedit carnem cum sanguine, & uitam stultè. 2.2.q.88.art.2.argu.2.*Tertio *sunt luxuriantes. Hi promittunt puellas desponsare, ut consentiant eis.* Ecce *quomodo comedunt carnes cum sanguine; & quia interuenit peccatum, comedunt uitam.* Iudi.2.

Hi ut carnem satient cum fœmina, occidunt uirum, ut 2.Re.12.b
David, qui propter Bersabæ habendam tractauit mortem Vriæ uiri sui. Carnem cum sanguine comederunt Dan.13.per totum.
duo senes uolentes prostituere Susanam. Carnem cum sanguine comedunt sodomitæ, quibus non est satis sanguis, idest mulier, sed etiam uolunt carnem, idest masculum. Carnem cum sanguine comedunt habentes uxorem, & uituperantes alias mulieres, ut Rubem thorum Gen. 49.a
Iacob patris sui. Carnem cum sanguine comedit Achab 3.Re.21.c
& Zezabel, quibus non fuit satis rapere uineam, sed falso sibi imposito etiã in iuditio fuit lapidatus. Ista fuit uenefica fornicationum plena. Sed uir suus Achab, & ipsa sub hac sententia conclusi sunt à domino per prophetam Eliam sic dicentem. In loco in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque et tuum sanguinem, canes quoque comedent Zazabel. Ecce quomodo sanguis CHRISTI *minatur carnem cum sanguine manducantibus: ideo bene clamando, & minando dicit, timor, timor. Quarti, quibus sanguis* CHRISTI *minatur, sunt impij, sanctos persequentes. Sancti* 4.Reg.9. 3.Re.21.c Quarti quibus Christi sanguis minatur.

DEI exponunt omnia bona sua propter DEVM, exponunt carnem, sanguinem, & uitam, stantes inter persequentes tanquàm agni in medio luporum. Eorum sanguis effusus est super terram, quasi aqua exemplo CHRISTI suum sanguinem inter inimicos, et pro ipsis inimicis effundentes. Cum autem uterque sanguis sit effusus, quærit sanguis CHRISTI, ut exaudiat
Apo.6.b.c sanctos, quorum clamorem insinuans Ioannes dicit. Et cum aperuisset, scilicet agnus quintum sigillum, uidi sub altare DEI animas interfectorum propter uerbum DEI, & clamabant uoce magna dicentes. Vsque quo domine sanctus, & uerus non iudicas, & uindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra. Vindictam culpabiliter non petunt sancti martyres in patria, qui orauerunt pro persecutoribus in uia. Sed quoniam obiectiuè est magna uindicta persecutori uidere eum in fœlicitate, & se in miseria, dicuntur sancti uindictam petere, dum petunt CHRISTO confirmari in gloria, quem sequuti sunt ad crucem. Vnde pro ipsorum sanguine effuso petunt felicitatem animæ, & corporis cũ CHRISTO. Vnde sequitur datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, idest gloria animæ, & gloria corporis, dictum est illis, ut requiescant adhuc modicum tempus, donec impleatur numerus conseruorum fratrum suorum, qui sicut ipsi interficiendi sunt. Sed ne putent hi persequutores tantum hanc pœnam obiectiuè habere, quæ tamen non erit parua, sanguis CHRISTI pro quo suum sanguinem effunderunt, minatur eis & aliam
Apo.16.a pœnam, de qua inquit Ioannes, cum ait. Et secundus

angelus effudit phialam, scilicet iræ DEI in mare, & factus est sanguis tanquàm mortui. Et tertius effudit phialam suam super flumina, & super fontes aquarum, & factus est sanguis. Et audiui angelum aquarum dicentem. Iustus es, qui es & qui eras sanctus, quia hoc indicasti, quia sanguinem sanctorum, scilicet noui testamenti, & sanguinem prophetarum, scilicet ueteris testamenti fuderunt. Et sanguinem eis dedisti bibere, digni enim sunt. Ecce quomodo CHRISTVS in sanguine suo factus iudex uiuorum, & mortuorum effudit sanguinem, qui clamans inquit, timor, timor, dum sanguis CHRISTI tam terribiliter minatur. Octauum uerbum sanguinis CHRISTI clamantis est, dolor, dolor. Magnus fuit dolor CHRISTI in cruce pendentis, & sanguinem effundentis respectu patris, quem suo dolore uolebat reconciliare nobis. Magnus fuit ille dolor respectu propriæ personæ nobilis, & delicatæ carnis. Magnus respectu culpæ generalis, quam uolebat amollire. Magnus respectu pœnæ, quam supra se gerens uolebat diluere. Magnus respectu omnium electorum, quos uolebat à culpa, & à pœna eximere. Magnus propter dolorem, quem continuè sentiebat crescere. Magnus propter suos, quos sciebat gemere. Magnus propter Iudæos obstinatos, quos præsciebat perdere. Magnus propter ciuitatem sanctam, quam propter hunc sanguinem inimici debebant subuertere. Magnus propter latronem ad synistram, qui noluit conuerti. Magnus propter hæresiarcas, qui conantur populum christianũ ab

Octauum verbum sanguinis Christi clamantis est dolor.

peccator doleat, & cum sanguine CHRISTI *clamans dicat dolor, dolor. O' utinam inquit Damascenus exiccarentur medullæ corporis mei, & impinguarentur uiscera animæ meæ. Fleat igitur peccator, fleat, fleat & cum dolore fletum, condeat. Fleat cum dolore, & dolorem lachrymis ostendat. Sed est, qui dicat. Quis me cogit fletum cum dolore? certe te debet mouere amor* CHRISTI, *quem offendisti; dolor pro gratia, quam amisisti: timor mortis, ad quam curris; horror pœnæ æternæ, ad quam transcurris; ò meretrix scandalosa doleas, quia paradisum non accreuisti, & infernum impleuisti. Doleant patres, doleant matres, doleant prælati, doleant curati, doleant cuncti uidentes errores, doleant magis animarum rectores propter peccata, quæ non correxerunt, & animas perire permiserunt. Inquit ergo sanguis* CHRISTI, *dolor, dolor. Ei quidem dolor, quoniam circuendo per ciuitatem, itinerando per orbem peditando, equitando, aurigando, nauigando, in incessu, statu, habitu, & in omnibus motibus meis. Et iterum doleo, quia nimium peccaui, tempus meum, & uitam negligendo, bona inspirata negligenter operando, bona & mala uenialiter, & mortaliter exercendo. Et iterum, atque iterum doleo in peccatis remissis sæpe & sæpius recidiuando, peccata in consuetudinem inducendo, in peccatis me habituando. Certe iterum doleo, quoniam peccaui culpa mea, & non* DEI *optimè prouidentis, non angeli bene me custodientis, non dæmonis solum suggerentis, nec cœli tantū*

disponentis, nec mundi solum allicientis, nec carnis solummodo concupiscentis, sed meæ propriæ uoluntatis consentientis. Doleo etiam iterum, quia peccaui cogitatione, delectatione, electione, deliberatione, & operatione. Doleo etiam quia peccaui nimis tentationibus non resistendo, tentationes præueniendo, & incitando ad actum peccandi, impoßibilitatem meam cogendo, de peccatis meis non perfectè satisfaciendo, nec apertè, nec integrè, nec uerecundè confitendo, neque uerè contritè pœnitendo, in me ipso de peccatis meis gloriando, extra me ipsum iactando, supra proximũ meum in malis me extollendo, ut sic ante quàm à DEO iudicer cum sanguine clamem, dicens, dolor, dolor, dum reus à CHRISTO iudice iudicatur. Nonum uerbum sanguinis CHRISTI in cruce clamantis est protector, protetor, dum sanguinibus sociatur. Cum usque ad finem mundi sit hæc uita constituta inter paradisum, & infernum, ita utriusque ciues in se recipit, & conseruat. Vnde ad diem nouißimum sic stabunt mixti electi, & reprobi, iusti, & iniusti, sicut in agro domini est granum, & zizania, in arca frumentum & palea; in horreo triticum, & lolium; in uinea domini sabaoth uinum & agresta; in orto urtica & saluia; in arca Noæ animalia munda, & immunda; in recte Petri pisces boni, & mali: & sicut stant simul, ita inuicem perficiunt. Boni nanque sunt ad exemplum malorum, & mali ad exercitium bonorum. Sed quia boni sæpe deficiunt à sua perfectione propter molestiã malorum, ideo mali per bonos in afflictionibus iuuan-

Nonum verbum sanguinis Christi ĩ cruce clamãtis est, protector.

tur, dicente domino Abrahæ, quòd propter decem iustos uolebat parcere quinque ciuitatibus Sodomorum. Item quandoque boni propter malos periclitantur, ut populus DEI propter anathema Acham filij Zaræ, ut nauis propter præsentiam Ionæ, ut nauicula Petri propter Iudam. Ideo sicut boni indigent semper auxilio, ut bonis proficiant, ita indigent protectore, ne cum malis pereant. Cum enim dominus uellet perdere Pharaonem induratum contra eius præceptum, & una generali plaga, scilicet per mortem primogenitorum, nec uolens populum suum participare con Aegyptijs uitam sæuo iuditio prouidit populo, isto modo, uidelicet, quod quælibet domus haberet de sanguine agni, quem comesturi erant illa nocte, & ungerent utranque postem super luminarium, ut cum angelus malus præcepto angeli boni iret uastando Aegyptum, non uasteret quencunque domus illius tinctæ de sanguine agni. Et sic ille sanguis defendit Hæbreos à morte repentina primogenitorum. Et quia ille sanguis ita significabat sanguinem CHRISTI, siue agnus significabat CHRISTVM nostrum defensorem. Sic dico, quòd nouum uerbum sanguinis CHRISTI in cruce clamantis est proctetor, proctetor. Sunt autem quinque species hominum, quos sanguis CHRISTI protegit, si & in quantum sanguini agni associent alium sanguinem iuxta fidem offerentiū, uel iuxta merita, uel demerita. Primi igitur, qui uolunt protegi, sunt sacerdotes, & populi, & hi associant sanguinem agni, sanguinem uituli, dum hi sacerdotes &

Gen.13.d Iosuæ.7. Ionæ.1.p totum. Exo.12.b Quinque hominum species, quos Chrs protegit. Leui.4.a & c.

populi peccauerunt per ignorantiam. Sed tunc uituli sanguinem sanguini agni associant, quando credunt nõ solum CHRISTI *innocentiam, sed* CHRISTVM *confitentur uitulum propter innocentiam crucifixum. 1. 2. q. 102. ar. 3. arg. 2. in fi. Secũdi sunt*
Leui. 4. d *principes, & isti associant sanguini* CHRISTI *sanguinem hirci. Quanto enim peccatum est maius, tanto animal uilius offertur. Cum autem peccatum totius generis humani sit maximum, & propter illud præcipuè* CHRISTVS *fuerit crucifixus, hirco assimilatur propter similitudinem peccati. eod. arg. Tertij sunt populares, qui associant sanguini agni*
Leui. 4. f. CHRISTI *sanguinem capræ. Quarti sunt periuri, qui sanguini* CHRISTI *associant sangui-*
Leui. 5. a *nem agnæ. Quinti sunt depositarij. Vt autem clarius loquar, & magis ad propositum, nota, qui sunt pro-*
Leui. 5. d *ctecti per sanguinem* CHRISTI *clamantis in cruce proctetor, protector. Primi sunt, qui fide formata credunt* CHRISTVM *agnum immaculatũ pro-*
Sex spẽs hominuȝ, q ꝓteguntur. *pter innocentiã. Secundi sunt, qui* CHRISTVM *uitulum credunt propter uirtutem crucis. Tertij sunt, qui credunt arietem, quia caput omnium. Quarti sunt, qui possibilitatem credunt ipsum hircum propter similitudinem carnis peccati tanquàm peccator paciens pro peccatoribus. Quinti sunt, qui credunt ipsum turturem, & columbam propter unionem duarum naturarum in una persona. Sexti sunt qui se confirmant* CHRISTO *offerendo sacrificium, offerendo uitulum superbiam uincendo; offerendo agnum, irrationabiles*

motus corrigendo; offerendo Hædum lasciuiam superando; offerendo turturem castitatem seruando; offerendo columbam charitatem custodiendo; offerendo panem, CHRISTVM *sub specie panis adorando. Offerendo uinum,* CHRITVM *in calice uenerando par. 3.q.102.art.3.arg.2.in fi. Offerendo sed propter putrefactionis præseruationem; Offerẽdo thus propter orationis contemplationem; Offerendo oleum per misericordiæ operationem; Offerendo sacrificium sine fermento per malitiæ, & nequitiæ depositionem; offerendo sacrifitium sine melle propter delectationis sensualis mortificationem; offerendo sacrificium sale per sapientiæ discretionem. eod.ar.arg. 12 13.&.14. offerendo holocaustum se totaliter* DEO *dedicando; offerendo sacrificium pro peccato, peccata mortificando; offerendo sacrificium hostiæ pacificæ,* DEO *de beneficijs gratias agendo; offerendo sacrificium hostiæ pacificæ pro uoto.eo.ar.arg.10. Offerẽdo sacrificium sine macula ueram pœnitentiam sectando eod. argu. 7. offerendo omnia sacrificia mortua* CHRISTVM *moriturum in cruce præfigurando.eo.arg.5.offerendo hircum, & capram, uilitatem peccati confitendo.eo.ar.arg.11. offerendo non solum animalia munda, ut ouem, sed etiam offerendo munda immundè cibantia, ut suem & gallinam, & hoc omnimodam munditiam* DEO *deuotè largiendo eo.ar. arg.1.in fin. Sic igitur sanguis associatus benè clamando dicit hoc nouum uerbum proctetor, protector dum sanguinibus associatur.* Decimum uerbum *san-*

Decimũ Verbum sanguinis Christi clamantis vigor.

guinis CHRISTI in cruce clamantis est uigor, uigor, dum miraculosè operatur. Circa hoc uerbum est notandum, quòd sicut in humano corpore quotidie fit remißio, & intensio caloris naturalis, & humidi radicalis, uno in alterum agendo (Vnde expedit, quòd ad conseruationem uitæ, & ne uirtus naturalis totaliter resoluatur, quòd prouideatur de cibo, & potu, quibus restauratur deperditum) sic etiam accidit in homine interiori, scilicet in spiritu, quoniam continuo caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduer- Gala,5.c
sus carnem: & fit quotidie aliqua deperditio spiritualis, & ut plurimum carnalis motus intenditur, & spiritualis remittitur, ita ut uerificetur illud canonizatum uerbum. Septies in die cadit iustus. Vnde si
Prou,24.b, dixerimus, quòd peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. Sed dominus noster
Marc,8,a IESVS CHRISTVS optima prouidentia sicut semel de potu prouidet uirtualiter in cibo, quando multa hominum milia de paucis panibus saciauit, dum cibus habuit in se uirtutem potus, quod patet nullo de potu conquerente, ita ex his in deserto populo sitienti prouidit de potu aquæ continuando cibum manu angelica præparatum. Hoc illis cõtigebat in figuram, quasi ipse DEVS præcogitaret, quòd in pane, idest corpore suo sub specie panis erat daturus etiam potum.s. sui sanguinis. Et, quòd sub potu uini, idest sanguinis erat daturus cibum panis, idest sui corporis, dum ex ui sacramenti in hostia est corpus, & ex ui realis concomitantiæ sit ipse & sanguis. Et dum in calice ex ui

sacramenti

sacramenti sit sanguis, & ui realis concomitantiæ sit etiam corpus.par. 3.q. 76.ar. 2.per totum. Ecce quo-*modo dat cibum in potu. qui potus quandoque dicitur uinum, quandoque dicitur sanguis, ut supra fuit dictũ, quòd lauabit in uino stolam, & in sanguine uuæ lauabit pallium, cum tamen utrobique intellexerit de sanguine, sed aliter, & aliter, secundum quòd diuersimodè in cruce effunditur realiter, & in calice bibitur sacramentaliter: ut in cruce dicatur uinum, in calice autem dicatur sanguis uuæ, idest sanguis sacramentalis sub specie uini, quod fuit uinum, fuit ex uua expressum, & nunc non est liquor uuæ; sed est liquor sanguinis facti ex transustantione uini in sanguinem, ut si dicatur sanguis uuæ.par. 3.q. 75.ar. 8.in quo quæ dicuntur de corpore, intelligenda sunt etiam de sanguine.* Et hoc *ideo factum est iuxta canticum propheticum, ut sitientes spiritualem potum, sanguinem uuæ biberent meracissimum. Et sic per potum sanguinis uuæ etiam susciperent cibũ in uirtute, fieretq; remissio motuũ sensualium contra spiritum, & fieret intensio motuũ spiritualium contra carnem, nec uirtus spiritualis deperdatur, sed potius cum augumento restauretur. Sic igitur iste sanguis in calice clamando dicit uigor, uigor. Ad huius decimi uerbi maiorem declarationem tria sunt examinanda. Primo qui sint illi, qui ad sanguinis* CHRISTI *uerbũ uigorem appræhendunt. Secundo quomodo uigorem appræhendant. Tertio per quid. Pro cuius declaratione noto. Primo quòd quidam sunt non credentes, nec credere quærentes. Secundo quidam sunt cre-*

Deu. 32. c

Tria ad vigorem in sanguine Christi concurrẽtia.

Circa fidei credulitatẽ sunt quatuor

hominũ species.

dentes, & credere nolentes. Tertio quidam sunt non credentes, sed credere quærentes. Quarto quidam sunt credentes, & perfectius credere cupientes. Circa primos, qui non credunt, nec credere quærunt dico quòd sunt illi, ad quos non peruenit uerbum DEI, ad quos prædicatores accedere non audent, uel non possunt, nec ipsi curant uenire, ubi euangelium CHRISTI prædicatur, quia hoc nomen ignorant, tales carent fide sine defectu proprio, sed defectu primorum parentum, & si non haberent alia peccata, non damnarentur, quia infidelitas non est eis ad culpam, sed potius ad pœnam. Vnde isti sunt non credentes, nec credere quærentes, qui in fide uigorem non habent, eò, quòd fidem non habent 2.2.q.10.ar.1.in R. Circa secundos, qui sunt credentes, & credere nolunt, dico, quòd sunt illi pessimi, & similes Dyabolo, & cæteris dæmonibus, qui inuitè credunt. par.3.q.76.ar.7.argu.in fi.R. Sed tanta est euidentia rei, et mynisterij IESV CHRISTI, quòd non possunt non credere cum dæmonijs, qui credunt, & contremiscunt. 2.2.q.5.ar.2.in R. Circa tertios, qui sunt non credentes, sed credere quærunt, ut multi, qui primo uolunt scire, & postmodum credere contra Augustinum dicentem. Noli scire, ut credas, sed crede, ut intelligas: Intellectus enim est merces fidei. Isti equiperantur Dyabolo, quoniam ipse conuictus euidentijs credit coactus, & hi nolunt credere, nisi cogantur, unde nec fides dæmonum, nec istorum dæmoniatorum uigorem habet. 2.2.q.2.artic.10. Circa quartos, qui sunt credentes, sed melius credere cupiunt, dico, quòd sunt hi,

Non credẽtes nec credere nolentes qui sint.

Credẽtes, & nolentes credere qui sint.

Iaco. 2.d

Non credentes, sed credere quærentes qui sint.

Credẽtes, & melius credere cu-

qui habent fidem, sed promptius, firmius, latiusq; credere cupientes quærunt persuasiones, audiunt prædicationes, intelligunt miracula. Hi enim non quærunt addiscere, ut credant, sed ut magis credant. Eorum credere est bonum, & suum inquirere est utile ad fidem melius habendam. Hunc uigorem quæsiuit ille, cui CHRISTVS *dixit. Si potes credere, omnia poßibilia sunt credenti. Qui respondit. Credo domine adiuua incredulitatem meam. Et discipuli* IESV CHRISTI *dixerunt* CHRISTO. *Domine adauge fidem nostram. Sic igitur habemus primum, scilicet qui ad sanguinis* CHRISTI *uerbum uigorem appræhenderunt. Quantum ad secundum principale dictum, scilicet quomodo uigorem appræhendant, dico, quòd quatuor modis. Primo extensiuè, dum eorum fides se extendit ad plura credibilia implicitè, & explicitè: sic eorum fides uigorem appræhendit, & est maior uno tempore, quàm alio, & est maior in uno, quàm in altero. 2.2.q.5.ar.4. Secundo intensiuè, scilicet ex parte intellectus propter maiorem adhænsionem, & certitudinem. Similiter ex parte uoluntatis propter maiorem promptitudinem, deuotionem, & confidentiam. eo. arti. in fi. R. Tertio informatione, dum scilicet homo credit, sed est in peccato mortali, eius enim fides est parua, & mortua. Cum autem deponit peccatum, eius fides restauratur informatione propter charitatem introductam, & peccatum expulsum. 2.2.q.6.arti.2. Quarto duratiuè, & hoc dum est constans in actu arduo, non omittendo opus fidei propter contrariam difficultatem,*

pictes qui sint.

Marc. 9.d

Secũdum concurrẽs est quomodo credentes vigorẽ appræhendant quatruplici ter.

quod facit per constantiam. Item uigorem accipit durative in actu constantiæ per tristitias, & tribulationes, quod facit per patientiam. Insuper hoc facit, dum est longanimus in actu suo, nec omittit actum suum propter tædium diu præstolandi præmium per uirtutem longanimitatis. Nec minus hoc facit tædio præmij diu desiderati, nec fastidio laboris iamdiu inchoati; tandem sic uigorm appræhendit, quòd substinet, ac uincit pericula mortis per fortitudinem. Quantum ad tertium principale dictum, scilicet per quid uigorem appræhendat fides, & dico, quòd per tria uigor appræhenditur.. Primo per infusionem deificam. Secundo per reuelationem ueridicam. Tertio per operationem mirificam. Primo enim dixi, quòd uigor fidei appræhenditur per infusionem deificam. Et quantum adhoc nota, quòd quia obiectum formale fidei est ueritas prima, & cætera credibilia, quæ non sunt de naturalibus, saltem naturaliter cogniscibilibus, ideo nobis à DEO solo infunditur fides, & similiter credenda reuelantur: & cum nec inlellectus assentiret, nec consentiret uoluntas, ideo tam assentire fidei, quàm fides nobis infunduntur infusione deifica. Cum ergo consideramus, quòd istis modis habemus fidem, sic ex ista parte fides in nobis debet augeri. 2.2.q.6.art.1. Secundo dixi quòd fidei uigor appræhenditur per reuelationem ueridicam. Quoniam (sicut dictum est) obiectum formale fidei est ueritas prima. 2.2.q.1.arti.1.nihil potest cadere sub fide, nisi in quantum stat sub ueritate prima, sub qua nullum falsum stare potest. ea.q.ar.3.in R. Reuelatio igitur ue-

Tria sunt, per quę fides augetur.

ridica est secundum, per quod fides in nobis augetur. Sed est, qui dicat. Sicut ueridica reuelatione augetur fides, ita per falsam debilitatur. Sed dum sum in missa, & perficitur mysterium sacramenti, unum præcipuè, quod habeo tunc credere, est, quòd in illa hostia consecrata est uerum corpus CHRISTI, & in calice est uerus sanguis CHRISTI, sed dato, & non concesso, quòd sacerdos non consacret, & ego ibi esse uerum corpus CHRISTI & uerum sanguinem credo, & hoc falsum est, ergo fidei subest falsum? Huic dubitationi respondeo, quòd fidei non subest falsum, nec fidelis patitur falsum, quoniam adorantes non referunt intentionem suam ad illas species panis, & uini, sed ad id, quod sub illis continetur, si sit rectè consecratum. Quod siue sit rectè consecratum, siue non sit consecratum, fideles illum adorant, qui debet esse sub illis speciebus, facta diligenti consecratione: & quia ille subest fidei fidelium, & est uerum corpus, & uerus sanguis, ideo fidei fidelium non subest falsum, ergo reuelatio ueridica non tollitur, quin augeat fidem. 2.2.q.1.arti.3. arg.4. Tertio dixi, quòd augetur fides per operationem mirificam, idest miraculorum. Sunt autem duæ species miraculorum. In prima specie ponuntur omnia miracula credenda, ut sunt articuli fidei, qui cum transcendant unitates naturæ, & facultatem humanæ rationis, rectè miracula dicuntur. Et de his non est disputandum, quis nam maior, uel minor articulus sit, nec quod est maius, uel minus miraculum, secundum quid conuenientius diuinæ sapientiæ. Sed priusquàm tractem de secunda

Dubiū de hostia nō consecrata: & responsio.

Miraculorum duæ species.

Miracula, quorū v-

num facilliter creditur per aliud. *ſpecie miraculorum, habeo oſtendere, quomodo unus articulus fidei diſpoſitiuè creditur per alium, ſicut unum miraculum creditur per aliud. Vnde Auguſtinus uolens accendere populum in fide ad credendum, quòd* CHRISTVS *poſt reſurrectionem intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis, inducit nos per ſimile, quia intrauit, & exiuit uterum uirginis clauſtralibus ſigillis uirginitatis reſeruatis. par. 3. q. 28. art. 2. argu. 3. Et per hoc, quòd intrauit uterum uirginis, & inde exiuit uterò clauſo dimiſſo inanimat hominem ad credendum, quòd ianuis clauſis intrauit ad diſcipulos. ea. par. q. 54. art. 1. arg. 1. in fi. Et ſic unus articulus per alium facilius creditur. Primo igitur, ut mens fidelium animetur ad credendum, quòd ſanguis uerus de corpore* CHRISTI *exiuit ante mortem, & poſt mortem, & quòd idem ſanguis eſt in calice ſuper altare, ſic coroboratur. Sicut miraculosè uirgo* MARIA *eſt mater* DEI, *quæ uiſibiliter peperit inuiſibilem: ſicut quælibet mater parturiens filium parit non ſolum corpus uiſibile, ſed etiam animam inuiſibilem. par. 3. q. 35. ar. 4. arg. 2. ſic in ſacramento eſt ſanguis uiſibilis, inuiſibilis, quia ſub ſpecie uini uelatur.*

Primum miraculũ.

Secundo ut anima noſtra accendatur ad facilius credendum, quòd ſanguis CHRISTI *effuſus in cruce ſit in hoſtia conſecrata fulgore non apparente. Quomodo enim poteſt ſol apparere ſine fulgore? Reſpondeo, quòd poteſt fieri potentia eius, quod in paſſione eius fecit, quòd hora nonæ, quando lux debet apparere ſplendidior, fuit ſol obſcuratus, & factæ ſunt tenebræ ſuper uniuerſam terram. par. 3. q. 44. arti. 2.*

Secundũ miraculũ.

Matt. 27. e

arg. 2. Et sicut anima erat felicissimè beata ante passionem, & in passione, sed per gloriam corporis ne impediretur eius passio, miraculosè non permittebatur, quòd illa gloria animæ redundaret ad corpus. par. 3. q. 46. ar. 8. in R. & q. 54. ar. 2. argu. 1. Et qui potuit in ueteri lege facere solem retrocedere tempore Ezechie? 4.Reg.6.
Et qui potuit solem firmare, & diem longissimam facere, potuit facere solem obscurare, & tenebras dilatare per omnem terram. Et consimili modo, qui suspendit splendorem gloriæ animæ, ne redundaret ad corpus, potest sanguinem suum sub specie uini occultare, peliatum uelare. Tertio ut anima nostra in fide animetur ad credendum, quòd sanguis CHRISTI de utero uirginis assumptus, & in cruce effusus, sit in hostia consecrata, & in calice, ita ut sit in cœlo, qui est in terra; & sit in terra, qui est in cœlo, quomodo possunt hæc fieri sine iniuria IESV CHRISTI? Respondeo, quòd CHRISTVS semel ascendens in cœlum adeptus sibi, et nobis in perpetuum ius, & dignitatem ascensionis, & mansionis cœlestis. Cui dignitati non derogat, si ex aliqua dispensatione quandoque ad terram ipse descendat quandoque multis apparendo, ut in iuditio. par. 3. q. 86. ar. 4. argu. 2. & q. 88. ar. 2. in R. Quandoque apparendo paucis, ut Stephano cum cœlo aperto. Vt Paulo dicenti. Nouissime uisus est & mihi quasi abortiuo. Vt Saulo in conuersione. Vt Marco euangelistæ dicens. Pax tibi Marce euangelista meus. Vt beato Dyonisio missam celebranti dicens. Magna est merces tua mecum. Vt beatæ uirgini Mariæ, ut Ioanni euan-

Iosue.20.c

Tertium miraculũ.

Actuũ.7.g

1.Cor. 15. b

Actuum.9 a,b.

gelistæ, ut sancto Thomæ dicens. Bene scripsisti de me Thoma. Sicut autem apparuit, & in propria specie debet in iuditio apparere: sic faciliter debet homo fidelis fide aucta, & magnificata credere, quòd suus sanguis tempore paßionis uerè, & de uero corpore effluxerit, & quòd idem sit sanguis in altare in hostia consecrata, & in calice. Audiuistis miracula magna credenda, quæ sunt articuli fidei, uel quæ pertinent ad articulos fidei,

Ioan. 6. quomodo unum disponitur per aliud, ut mens fidelis ad fidem augeatur, fuit CHRISTI ascensio. Cum

Quartum miraculũ. enim CHRISTVS prædicasset multas conclusiones de mysterio huius sacramenti, nec qui erant in synagoga Calpharnaum capere possent, quinimmo propter uerba illa multi discipulorum eius ab ipso recesserunt: tandem non ualens reperire parabolam, uel similitudinem, qua imprimeretur mentibus suis hoc mysterium,

Ioan. 6. g interrogauit duodecim an etiam ipsi cum septuaginta duobus uellent abire; & cum pro omnibus respondisset Petrus. Domine ad quem ibimus, uerba uitæ æternæ habes more tuo, & nos credimus, & cognouimus, quòd tu es filius DEI. Demum dixit

Ioan. 6. g. IESVS CHRISTVS. Hoc uos scandelizat, scilicet quod dictum est. Videlicet de neceßitate huius sacramenti. Quando dixi nisi manducrueritis carnem meam, & nisi biberitis sanguinem meum, non habebitis uitam in uobis. Et tunc subiunxit. Si ergo uideritis filium hominis ascendentem, ubi erat prius, idest tanta erit euidentia illius miraculi, quòd hoc, quod dixi de hoc sacramento, credetis: quoniam sicut ascen-

dendo uidebitis me in termino à quo, scilicet uobiscum in terrà; sed non uidebitis me in termino ad quem, scilicet super omnes coelos, & super omnem creaturam ad dexteram patris. Vnde licet tunc non uideatis terminum à quo in hostia, & uinum consecratum, ego descendam: sed tantum licèt uideatis terminum ad quem uenio, panem, & uinum: tunc per miraculum ascensionis facilius in fide inanimati credetis misterium consecrationis. Secundum miraculum est spiritussancti communicatio. Vnde inquit. Spiritus est, qui uiuificat, caro non prodest quicquàm, idest isti, qui à nobis recesserunt, putant, quòd ego uelim dare carnem meam ad manducandum, sicut dilaniatur in cadauere, uel secundum quod uenditur in macello. Sed quia illa uerba, quæ loquor uobis, spiritus, & uita sunt, dico uobis, quòd spiritus spiritualiter inclinans ad credendum spiritualiter est ille, qui uiuificat, dum esum huius carnis declarat esse spiritualem, idest inuisibilem. par. 3. q. 77. ar. 7. arg. 3. Ecce ergo quòd habemus quattuor miracula, quæ se inuicem declarant, & unum per aliud facilius creditur, & anima fidelis in fide inflammatur. Cum autem sanguis à CHRISTO resumitur in resurrectione, & dum miraculosè operatur in consecratione, quid aliud clamat, nisi uigor, uigor. Sed quia istà miracula quãdoq; non sunt cõmunia omnibus, nisi sint multum intelligentes, ideo tractabo inferius de secunda specie miraculorum, quæ non sunt articuli fidei; sed ducunt animas ad credendum articulos fidei, ut per miraculorum cõfortationem acquirunt fidei au-

Ioan. 6. g

gumentum. Est igitur notandum, quòd in hoc sacramento nec corpus, nec sanguis CHRISTI *non potest uideri uisione corporali, nec imaginaria, sed solū intellectu, qui dicitur oculus spiritualis. Vnde à nullo homine in hac uita potest uideri, nisi per fidem, quinimmo dæmones nō possunt uidere* CHRISTVM *in hoc sacramento, nisi per fidem, cui non uoluntate assentiunt, sed euidentia signorum credere conuincuntur: sic enim credunt, & contremiscunt. par. 3. q. 76. ar. 70. in fi.* R. *Vnde homo indiget signis, & persuasionibus ad credendum, ut scilicet in fide accendatur. Quas persuasiones, & signa non abscondit dominus, sed abundanter operatus est secundum suæ misericordiæ abundantiam in diuersis mundi partibus. Volentes autem nos inanimare nos metipsos in fide, tenebimus hunc modum. Tractabimus enim de modis, quibus factæ sunt reuelationes sanctis modis. xiij. Primo communi populo uidente, & sancto* DEI *non percipiente. Secundo sancto uidente, & populo non aduertente. Tertio dum suscipitur tantum spiritualiter. Quarto dum bibitur, nisi sacramentaliter. Quinto dum porrigitur fraudulenter. Sexto dum accipitur reuerenter. Septimo dum porrigitur decenter. Octauo dum frequenter sumitur. Nono dum honoratur. Decimo super altare. Vndecimo super corporale. Duodecimo super hostiam. Tertiodecimo in calice. Primus igitur modus, quo mens humana aumentatur in fide huius sacramenti corporis, & sanguinis domini nostri* IESV CHRISTI *est, dum sanctus celebrat*

Iacob. 2. d

XIII. reuelationes, qbus vigorizātur populi in fide sacramenti.

Prima reuelatio.

missam, & DEVS facit signum, quod populus uidet, & sanctus non percipit. Cum enim sanctus Martinus uiueret, & solito feruentius oraret in missa pro populo suo, uidentibus hominibus, & mulieribus audientibus missam, DEVS fecit signum, quod populus uidit, & sanctus non percepit. Globus igneus apparuit super caput eius. Hoc autem non fuit, nisi signum suæ sanctitatis, & diuinæ ueritatis, cuius mysterium operebatur missam celebrando, & mysteriũ corporis & sanguinis CHRISTI pertractando. Non enim testificatur DEVS, nisi pro ueritate dum per expressum miraculum à populo uisum sic accreuit in mentibus fidelium fidem tanti mysterij corporis, & sanguinis IESV CHRISTI. Huius figuram habemus in Leuitico. Nam cum complectum esset sacrificium pro peccato populi, & pro beneficijs à DEO susceptis, uolens DEVS ostendere, quòd illud sacrificium erat ei acceptum, apparuit ibi gloria domini, scilicet flamma ignis clara ardens, & non comburens, & post paruum spatium ignis ascendit sacrificium, & deuorauit illud. Vnde totus populus reuerenter laudauit DEVM in eius fide confirmatus. Leui.9.

Secundo mens humana in fide tanti sacramenti fortificatur sancto uidente, & populo non aduertente. Narrat Dyonisius in epistola ad Demophilum de quodam sancto uiro, qui uocabatur Carpus, uir quidem tantæ sanctitatis præcipuus, quòd quasi cum CHRISTO habebat quandam familiaritatem, quòd quoties missam celebrabat, toties uisiones magnas habebat, & maxi- Secunda reuelatio

me præsente sacramento corporis, & sanguinis domini nostri IESV CHRISTI. *Accidit autem, quòd quidam infidelis quendam fidelem & discipulum istius Carpi peruertisset, quos ambos habuit Carpus odio, quòd non rogabat* DEVM *pie, & misericorditer pro populis, sed in suis missis semper diuinam ultionem contra ipsos imprecabatur, tandem cum more solito celebraret, talem concessit* DEVS *uisionem. Apparuit ei una fornax ignea, ad cuius hostium apertum erant isti duo cum multitudine serpentium illos impellentium, atque trahentium in fornacem. Erat autem tam uehementer attentus ad uidendum, an isti introducerentur in fornacem, quòd non curabat inspicere sursum dominum nostrum* IESVM CHRISTVM *cum magna angelorum multitudine. Qui tandem descendit ad fornacem, ipsosque liberauit dicēs Carpo. Manu extenta percute me, paratus sum iterum pro peccatoribus saluandis mori. Attendatis ergo, quòd si in mysterio tanti sacramenti interueniret falsum, uel fraus,* DEVS *uerax non ipsum tot uisionibus approbaret: sed sic approbando, mentes nostras auget piè. Vnde si mysterium sancti sacramenti in figura agni non approbasset, nocte illa populum de seruitute Aegyptia non liberasset. Tertio mens humana in fide tanti sacramenti augetur, dum hoc sacramentū suscipitur tantum spiritualiter. Duo enim sunt modi manducandi hoc corpus, & hunc sanguinem. Primus modus est spiritualis, scilicet fide formata, deuotione prompta, charitate feruida in sincera constantia. Tunc*

Exo. 12. Tertia reuelatio.

autem sic spiritualiter manducatur, & bibitur, quando sine sacramento suscipitur. Sumitur autem sacramentaliter, quando hostia consacrata accipitur. par. 3. q. 80. ar. 1. *Narratur, quòd cum doctor ille magnus* Hugo *de sancto* Victore *ad mortem infirmaretur, stomaco non retinente, quadam die cum appareret illi in stomaco conualuisse, petiuit à fratribus porrigi ei sacramentum corporis, & sanguinis domini nostri* IESV CHRISTI. *Dubitantes uerò fratres de stomaco eum non conualuisse, porrexerunt eidem hostiã non consecratam, quam spiritu prophetico intelligens non consecratam petijt aliam. Sed cum interim stomachus fuisset conturbatus, eleuans in conspectu consecratæ hostiæ oculos ad cœlum dixit. Ascendat spiritus meus ad* DEVM, *qui creauit eum, & filius* DEI *ad patrem, qui misit illum, statimque hostia de manu sacerdotis aduolauit sursum, & anima illa sanctißima uolauit ad cœlum. Quem ergo non potuit recipere sacramentaliter, suscepit spiritualiter. Miraculo itaque tanto facto mens fidelium in fide uigorem appræhendit* ea. q. ar. 1. arg. 3. *Quarto dum manducatur, & bibitur tantum sacramentaliter, & non spiritualiter. Isti tales sumunt* CHRISTI *corpus uel in peccato, uel suscipiendo peccant, uel peccant utroque modo.* ead. q. ar. 4. *Legimus de beato* Bernardo, *quòd cum semel deberet communicare fratres, in spiritu uidens unum fratrem nõ benè dispositum admonuit, quòd pro illa uice abstineret à communione. Qui nolens obedire hora deputata cum alijs se ad communionem ingeßit. Cum*

Quarta reuelatio.

autem beatus Bernardus porrigendo alijs corpus dixerit. Corpus et ſanguis domini noſtri IESV CHRISTI cuſtodiat te, & perducat ad uitam æternam, dixit communicando iſtum. DEVS iudicet inter me & te: ſtatimque hoſtia, quam habebat in ore adhuc ſuper linguam aduolauit extra os, & exiliens ſupra altare tam cito monachus expirauit. Viſo igitur, quòd iſte monachus cum Iuda proditore eſt damnatus, mens noſtra debet in fide huius ſacramẽti confirmari. Quinto mens noſtra in fide huius ſacramenti augetur, dum fraudolenter ſuſcipitur. Spiritum ſanctum nemo audeat in proximo extinguere, nec CHRISTVM, qui eſt ueritas, præſumat fraude præuenire: quoniam & ſi interdum permittat ſe decipi, demum tamen ueritas, ut oleum eleuatur ad ſummum. Legimus enim quòd fuit quædam nobilis mulier huius ſacramenti ualde deuota, quæ omni die dominico communicabat, & tantum uigorem ſpiritus, & corporis in communione accipiebat, quòd nullo modo eſuriebat. Sacerdos eam cõmunicans conſulens epiſcopum, & hoc narrauit, qui conſuluit, ut hoſtiam non conſecratam illi daret. Qua accepta ad tantam rabiem famis deuenit, quòd illi uidebatur mori. Quæ rediens ad eccleſiam, & ſuam famem ſacerdoti narauit. Ille illi hoſtiam conſecratam porrexit, & ſtatim famis ceſſauit. Dum ergo fraudolenter communicata incidit in famem, & uera hoſtia conſecrata communicata ceſſauit famis, animat nos in fide: & docet nos, quòd ille, qui præſeruauit Moyſem à fame quadraginta diebus cum Helya in deſerto,

Quinta reuelatio.

& CHRISTVM, qui quadragin'a diebus nullum cibum sumpsit, præseruauit etiam illam à fame.

Sexto mens nostra in fide huius sacramenti augetur, dum reuerenter accipitur. Cum hoc sacramentum sit maximum omnium sacramentorum ecclesiæ DEI, ad quod cætera sacramenta ordinantur tanquam ad suum finem. par. 3. q. 65. ar. 3. Et cum ecclesia summæ reuerentiæ locus & omnia ad hoc sacramentum pertinentia ordinet esse consecrata, & benedicta, ut ecclesia, ut mynistri, ut altare, ut calix, ut corporale, ut patena. par. 3. q. 83. ar. 3. constat, quòd debeat haberi in maxima reuerentia. Cum autem irreuerenter tractetur ipse CHRISTVS, sibi honorem suum uēdicat. Quædam mulier necessitate compulsa posuit mantellum suũ sub usuris apud Iudæum propè pasca, pro quo die pascæ eundem rogauit, quòd mantellum suum sibi concederet. Cum autem mulier instaret: Iudæus hoc pacto mantellum concessit, ut ipsa hostiam consecratam ei daret, quam acceptura erat in communione. Quod ipsa promisit, & adimpleuit. Quam hostiam Iudæus cum alijs pignoribus in una capsa collocauit. Altera die quædam mulier uoluit redimere suum pignus, Iudæus incautus, & non præuisus duxit ipsam ad capsam pro pignore inueniendo. Sed cum capsa fuisset aperta, corpus CHRISTI saltauit ad pectus mulieris. Quod Iudæus uidens cum furore accepta hostia mulierem expulit; & magno igne accenso bis, ter hostiam in ignem proiecit, quæ ter de igne exiuit. Iudæus cum hoc uidisset, cum tota familia baptizatus est. Et cum sacer-

Sexta reuelatio.

dos per longam distātiam ruri corpus CHRISTI ad quendam infirmum portaret de nocte; accidit, quòd ipse cū tabernaculo, & hostia in limum cecidit, & nō ualens illam inuenire reuersus ad ecclesiam, aliam portauit infirmo, & uocatis hominibus loci, uenerunt ad locum, ubi sacerdos ceciderat: & inuenerunt lilium ibidem natum, & apertum, in cuius florida summitate erat hostia consecrata, quam deuotè portauerunt ad ecclesiam. Et sic quilibet in fide fortificatur, dum corpus CHRISTI reuerenter acceptatur. Hoc enim

1.Reg.5. accidit de archa DEI, quando in Silo fuit à Philisteis apportata. Septimo mens nostra in fide sacramenti augetur, si decenter sacramentum porrigatur.

Septima reuelatio.

Est enim hoc sacramentum maximæ honestatis, ideo cū magna decentia, atque fidelitate debet fidelibus porri-

Matt.7.a gi iuxta illud CHRISTI. Nolite sanctum dare canibus. Sed qui sunt canes, scilicet rabidi: certè sunt infideles, & maximè Iudæi. Sunt enim illi canes, de quibus in persona CHRISTI conqueritur Dauid

Psal.21.c. dicens. Circundederunt me canes multi, concilium malignantium obsedit me. Et quia sunt canes rabidi, ut canes habentes dentes uenenosos sic latrant, & mordent. Legitur in uita sancti Cyri, quòd cum ipse post missam communicaret populum, quidam Iudæus derisoriè se cum christianis miscuit, & corpus CHRISTI accepit. Quo accepto cœpit furere, ut canis rabidus, & per ecclesiam furibundus currere, ac ut canis rabidus latrando clamare. Qui cum ductus fuisset ad sanctum Cyrum, uidit hostiam consecratam integram, & sitam

in ore

in ore eius. Qua accepta Iudæus liberatus fuit, Dixit enim quòd sibi uidebatur habere in ore ferrum ignitum. Sic ergo mens nostra in fide sacramenti augetur, si sacramentum decenter, idest fideliter porrigatur. Octauo mens nostra in fide uires accipit, si frequentius sacramentum manducetur. Circa hanc reuelationem notandum est, quòd frequentatio huius sacramenti quandoque manducantibus propter nimiam familiaritatem parit contemptum, & diminuit reuerentiam: & hoc casu bonum est abstinere, quandoque feruet charitas, crescit deuotio, nutritur timor, reuerentia crescit, & dū ista omni die concurrunt, omni die frequentetur. par. 3. q. 80. art. 10. Refert Cæsarius, quòd fuit quædam mulier, quæ cum sæpe communicaret, à sacerdote fuit repulsa, dicente non esse licitum ita sæpe communicare. Cum autem sine communione post recessum aliarum remansisset in ecclesia, uidit quendam in habitu episcopali circundatum multis clericis intrantem ecclesiam. Quæ interrogata ab eo de causa suæ mœstitiæ, respondit, quòd negata fuit sibi communio. Tunc ille proficiscens ad tabernaculum, ubi stant hostiæ consecratæ, unam ex tribus accepit, & eam communicauit dicens. Corpus meum, & sanguis custodiat te, & perducat ad uitam æternam amen. Quæ cum gesta sacerdoti narrasset, & sic inuenisset, de cætero sacramentum ei non denegauit. Nono mens nostra in sacramenti fide fit uigorosior, dum sacramentum honoratur. Sacramentum enim honoratur, cum adoratur, siue in propria specie, siue in aliena. Cum esset quæstio inter fideles, & infideles de

Octaua reuelatio.

Nona reuelatio.

corpore, & sanguine domini nostri IESV CHRISTI *dixit quidam infidelis. Quid tantum de modico panis?* Ego *in præsentia omnium uestrum faciam, quòd catula mea comedet corpus* CHRISTI, *& apposita tobalea super discum, & hostia consecrata cum multis alijs, catula famelica incepit comedere hostias, cum autem peruenisset ad hostiam cõsecratam, genua flexit, & conuersa ad dominum suum cum dentibus amputauit ei nasum.* Et *propterea multi facti sunt fideles, & qui erant fideles, & tepidi, fuerunt in fide uigorosiores, per quos sacramentum honoratur.* Decimo *mens nostra in fide sacramenti fit robustior, dum super altare* CHRISTVS *descendere non dedignatur. Cum beatus* Thomas *multa dixisset de* CHRISTO *& de sacramento corporis* CHRISTI, *fecissetq; tria officia de corpore* CHRISTI, *unum secundum consuetudinem* Romanæ *curiæ, alterum secundum usum monasticum, & tertium secundum usum ordinis prædicatorum.* H*æc omnia posita super altare incœpit orare multum feruenter ad dominum* IESVM CHRISTVM, *& petijt, ut antequàm ista communicaret, dignaretur ostendere ei, an bene composuisset, necne.* CHRISTVS *autem apparuit ei super altare tenens pedes super librum dicens.* B*enè scripsisti de me* Thoma. *Quam ergo recipies pro tuo labore mercedem? Cui* Thomas. N*ullam domine aliam uolo mercedem præter te.* Et *sic fides sacramenti inflammatur, dum* CHRISTVS *super altare descendere non dedignatur.* V*ndecimo mens fidelium in fide sacra-*

Decima reuelatio.

Vndecima reuelatio.

menti accenditur, si corpus CHRISTI de specie ad speciem transmutatur. Est difficile inclinare multorum mentes ad fidem tanti mysterij, ut est sacramentum corporis, & sanguinis domini nostri IESV CHRISTI. Si autem fiat mutatio de specie ad speciem, tunc est facilius credere. Vnde beatus Gregorius semel in uno suo monasterio cum celebraret communionem, ad pedes eius uenit quædam deuota mulier, quæ semper præparabat farinam ad hostias fiendas. Quæ cum audiuisset beatum Gregorium dicentem. Corpus, & sanguis domini IESV CHRISTI custodiat te, & perducat ad uitam æternam, incèpit deridendo ridere. Cui beatus Gregorius ait. Quare rides? At illa. Quia scio istas hostias factas de mea farina, & uos dicitis, quòd est corpus domini. Tunc beatus Gregorius succurrens suæ infidelitati posuit hostiam super patenam, & conuersus ad altare orauit pro ipsa. Tunc dono DEI hostia conuersa fuit in frustum carnis. Conuersus autem ad mulierem porrexit illi carnem. Quo uiso compuncta est, & beato Gregorio orante pro ipsa, illa caro conuersa est in hostiam, quam deuotè mulier suscepit. Sic igitur fides in nobis augetur, si corpus CHRISTI de specie ad speciem transmutatur. Cum autem in aliena specie, quàm panis, & uini apparet, non debet assumi per sacerdotem, sed alia hostia debet consecrari. Quæ si similiter mutat speciem, consecratur tertia. Quæ similiter si mutat speciem, sacerdos non amplius temptet DEVM, sed prædictæ hostiæ cum reuerentia seruentur in tabernaculo. Et quod dico de

hostia, idem dico de sanguine in calice. Quarto sententiarum dist. ij. q. 4. ar. 3. in R. cum arg. 2. Duodecimo mens humana fidelium in fide uigorem apprahendit, si ad aspectum sacramenti superbus humiliatur. Cum homo peccator superbus sit rigidus, prauus, & pertinax, difficile est, quòd conuertatur. Sed propter suam cordis duritiem non debet negligere missam, et deuotè se commendare DEO in hoc tam gratioso sacramento, quoniam per pœnitentiam personalem in propria specie humanitatis multos à peccatis conuertit. Ita etiam, quos prædicatores diuini uerbi non ualuerunt conuertere, aspectus CHRISTI sub speciebus panis, & uini conuertit. Exemplum notabile habemus in legenda sancti Bernardi, qui cum missus fuisset Equitaniam ad reconciliandum ducem Equitaniæ cum ecclesia, et cum ipse dux omnino resisteret beato Bernardo, & nollet cum ecclesia pacem habere, tunc perpendens beatus Bernardus, quòd uerba sua nullum fructum parerent in illo duce, accessit ad altare, & cum magna deuotione celebrauit missam. Cum autem peruenisset ad agnus DEI, et diceret pax uobis accepit corpus CHRISTI super patenam, et accedens ad ducem ait. Ecce hic est CHRISTVS, cuius ecclesiam tu persequeris. Hic est ille, in cuius nomine restat dicere in missa, pax uobis. Hic est ille, in cuius nomine omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum. Ad quæ uerba dux genibus flexis, corde contritus pacem dedit ecclesiæ. Vnde fides hominum in sacramento augetur, dum in præsentia sacramenti superbus humiliatur. Decimotertio mens

Duodecima reuelatio.

Tertiadecima reuelatio.

fidelium in fide aumentatur, dum CHRISTVS *in hoc sacramento mirabilia operatur. Ad cuius declarationem noto quinque. Primo hostiam. Secundo calicem. Tertio corporale. Quarto* CHRISTVM, *qui est res & sacramentum. Quinto mysterium cum populo. Circa primum considera, quòd hostia est pars sacramēti, & in ea considerātur tria, scilicet color, odor, & sapor. Vnde quandóque* DEVS *mutat saporem dulcorum accidentium, uini in amaritudinem, dum quærunt gustare amaritudinem fellis cum* CHRISTO. *Quandoque mutat odorem panis, & uini in odorem inusitatum, scilicet his, qui desiderant gustare, quantus odor exibat à persona* CHRISTI, *quando exibat uirtus de illo, et sanabat omnes. Quandoque mutat colorem album in cristallinum, uel cœlestem, uel saphyricum, scilicet his, qui cupiunt gustare, quàm serenum fuit uidere* CHRISTVM *in transfiguratione, et qualia erunt corpora sanctorum in resurrectione. Quandoque apparet puerulus, scilicet his, qui optant gustare, qualis erat infans in gremio matris. Fuit quidam sacerdos Pelagianus nomine qui feruenter orans dominum depræcabatur, ut in missa ostenderet, qualis erat uelatus sub illis accidentibus, cui se* CHRISTVS *ostendit in illa forma, qua sanctus Symeon ipsum habuit in suis brachijs, & eum, fuit sacerdos amplexatus, & osculatus. Quandoque* CHRISTVS *mutat hostiam in puerum flentem his, qui desiderant uidere* CHRISTVM *flentem super ciuitatem Hyerusalem. Erat quidam sacerdos, qui in die circuncisionis*

Lucæ. 6. d

missam celebrabat, & cum celebrasset corpus CHRISTI, antequàm diceret pater noster, uidit super corporale hostiam in puerum conuersam: & ex una parte uirgo MARIA, & ex altera angelus Gabriel dicentes. Hic puer cœlum, terramq; regit. Hucusque habuistis de hostia, audiatis modo de hostia simul cum corporale, & calice. In patrimonio, siue ducatus est una ciuitas uetera, uulgo uero Oriueto. Hec per decem miliaria distat à lacu Borsenæ, super quo est oppidum, quod uocatur Borsena, scilicet à lacu, uel lacus ab oppido. Dum autem semel in quadam magna solemnitate quidam sacerdos hæreticus cantaret missam non credens non audebat proferre uerba consecrationis. Populus autem paratus ad adorandum stabat expectans, quòd sacerdos inclinaret sua genua. Hic autem post non paruum spatium dixit uerba consecrationis, et corpus CHRISTI eleuauit, non tamen credens in illa hostia esse corpus CHRISTI. Cum autem deuenit ad calicem, fecit idem. Sed antequam cantaret pater noster signando calicem cum corpore CHRISTI, sanguis de hostia fluens fluebat de manibus suis in calice. Quod sacerdos uidens, ne populus perpenderet, non audebat manum remouere desuper calicem. Interim autem calix repletur sanguine fluente de hostia. Demum calice pleno incipit sanguis de calice fluere super corporale, & cum gutta tangebat corporale, ibi fiebat figura unius hostiæ. Vnde totum illud corporale erat plenum hostijs. Cum autem sacerdos non posset hoc occultare, coràm toto populo confessus fuit iniquitatem

ſuam. Quo miraculo ſic circuncirca publicato uenit epiſcopus de urbe Veteri, & hoc tam prætioſum prætium proceßionaliter portaxerunt. Et hæc proceßio fit omni anno. Sed cum hæc laudabilis conſuetudo, & miraculum perueniſſet ad aures ſummi pontificis, ſcilicet Vrbani quinto ordinauit ſimiliter per totum orbem fieri proceßionem. Et ut populus deuotius intereſſet diuinis officijs, adhibuit magnas indulgentias, quas papa Martinus duplicauit: & Eugenius papa poſt dictum Martinum in concilio Ferrarienſi prædictas indulgentias reduplicauit. Vnde patet, quòd mens fidelium in fide tanti ſacramenti ampliatur, dum CHRISTVS miracula operatur. Cum autem hoc ſacramentum per epiſcopum circunfultum populo reuerenter portatur, ſic totus populus in fide uigorem capit. Vnde patet decimum uerbum ſanguinis CHRISTI in cruce clamantis. Vigor, uigor. Vndecimum uerbum ſanguinis CHRISTI clamantis eſt, ſapor, ſapor. Circa iſtud uerbum declarandum, nota quòd ad iſtud ſacramentum concurrunt omnia ſaporoſa corporaliter, ut guſtemus ſaporoſe delectando in ueritate ſpiritualiter, ut olim in figura corporaliter. Nanque ibi fuit ſpes libertatis, præſeruatio à morte repentina, agnus aſſus igni, expoliatio Aegyptiorum, feſtina comeſtio panis tritici, uinum uitis, & manna quadraginta annis habens in ſe omnem ſaporem ſuauitatis, Sapientiæ. c. 19. Fuit illis ueteris teſtamenti ſpes libertatis tanto delectabilior, quanto ſeruitus fuit magis pœnoſa. Fuit liberatio à morte primogenitorum per unctionem poſtium in ſan-

Vndecimum verbũ ſanguinis Chriſti eſt ſapor.

guine agni, quod fuit delectabilißimum. Fuit agnus non crudus, sed coctus, non lissus, sed assus igni, ut sit sapidior. Fuit festina comestio, qua quæ comeduntur, fiunt sapidiora. Fuit rex Salez Melchisedech, qui portauit panem triticeum omni pane suauiorem: & etiam portauit uinum non granatorum, non pomorum, sed uinum uitis optimum. Fuit manna præ cunctis sapida. Nos ergo cum antiquis patribus sic comedamus, sicut & ipsi nobiscum comederunt, paruuli implicitè, magni autem per reuelationes explicitè, ut cum sanguine CHRISTI *clamemus sapor, sapor. Omnia enim, quæ subintrant hoc sacramentum, sunt sapida: quoniam fidelis habet spem libertatis à seruitute peccati, præseruatur à peccato mortali,* CHRISTVS *nobis præponitur, expoliamus purgatorium, seruamus præceptum, & concilium, cunctis sacramentis est excellentius, sanguis* CHRISTI *omni sanguine preciosior, omni delectatione delectabilior. Non me dilato, quia satis dixi in quæstionibus peregrinis. Duodecimum uerbum sanguinis* CHRISTI *clamantis est sopor, sopor, dum inebriatus denudatur. Satis dixi de hoc in figura de Noe inebriato, soporato, & denudato, & sic patet secunda particula prophetiæ Iacob de* CHRISTO *sub figura filij sui Iudæ. Tertia particula prophetiæ Iacob de* CHRISTO *sub figura Iudæ est de* CHRISTI *exaltatione. Et est hæc catulus leonis Iudas. Filij mi ascendisti ad capiendam prædam, requiescens ut leo accubuisti, & sicut leena quis suscitabit eam? Primus uersiculus ponit infantiam, pueritiam, adolescen-*

Duodecimum verbū sanguinis Christi est sapor.

Tertia particula.

Gen. 49. b

Primus versiculus.

tiam CHRISTI usque ad iuuentutem. Et quanuis liber de infantia saluatoris multa confingat per CHRISTVM facta, tamen tanquam fictoria sunt inter apocripha reprobata, ut par. 3. q. 44. art. 3. argu. 1. Vnde Iudas aßimilat eum catulo leonis: quoniam sicut catulus stat in spelunca occultus nec rapit, sic CHRISTVS usque ad annum trigesimũ stetit occultus cum Ioseph, & cum MARIA, de quo dicitur. Descendit cum eis in Nazareth, & erat subditus illis. Et ideo dicit Iacobus iudas, idest CHRISTVS, qui carnẽ humanã assumpsit de MARIA de tribu Iuda, ut catulus leonis, scilicet occultus usque ad annum xxx. inchoatum. Secundus uersiculus ponit CHRISTI paßionem, quoniam per suam paßionem debuit rapere ratione, qua Dyabolus rapuerat fraude. Hanc paßionem, & humanæ salutis inchoationem incœpit anno inchoato. xxx. quam ætatem Iacob ponit sub nomine ascensus dicens. Ascendisti filium, scilicet ab adolescentia ad iuuentutem ad capiendam prædam. Volens autem ponere modum paßionis, scilicet per ascensum crucis, in qua exaltatus est, sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto. Tertius uersiculus ponit suam sepulturam. Vnde inquit, requiesce, scilicet leo, accubuisti, scilicet in sepulchro clausus, ut sicut leo tertio die resurgas. Vnde sequitur in quarto uersiculo. Et sicut leena quis suscitabit naturam humanam, certe illa suscitabit se, quoniam sicut potestatem accepit à patre caro illa ponendi animam suam, idest uitam; ita potestatem accepit iterum sumendi eam. Et sic patet ter-

Luc. 2. g
Luc. 3. e
Secundus uersiculus
Ge. 49. b.
Ioan. 3. b.
Nu. 21. b.
Tertius uersiculus
Ge. 49. b.
Quartus uersiculus
Ioan. 10. d
Ge. 49. b

Quarta particula. tia particula prophetiæ. Quarta particula prophetiæ Iacob de CHRISTO sub figura Iudæ filij sui est illa, de qua agitur de CHRISTI ueneratione, unde inquit. Iuda te laudabunt fratres tui; manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum, filij patris tui adorabunt te. Quoniam dicit in hoc uersiculo. Te laudabunt fratres tui, Deinde dicitur. Te adorabunt filij patris, tui: est discutiendũ, quæ differẽtia est inter fratres & filios patris. Respondeo, ꝙ Iacob. xij. filios habuit ex duabus uxoribus, scilicet Rachel, & Lya, & ex earum ancillis. Quicunque esset filij Iacob, sed diuersarum matrum largo modo uocantur fratres, sed stricto modo uocãtur filij eiusdem patris. Illi autẽ, qui eiusdem patris. & eiusdẽ matris sunt, proprie et stricte uocantur fratres eiusdem patris, & eiusdem matris Iudas autem habuit tres fratres eiusdem patris, & eiusdem matris, scilicet Rubem, Symeon, Leui, & ipse Iudas fuit quartus. Vndecim ergo sunt filij patris sui, qui debent ipsum adorare, et tres fratres, qui debent eũ laudare. Videamus modo rationẽ, quare fratres eius laudauerunt eum. Et dico, quòd Ruben, Symeon, & Leui laudauerunt Iudam. primo, quando uoluerunt omnes interficere Ioseph. Quem uidens Iuda non posse aliter saluare, consuluit, quòd potius uenderetur, & manus eorum seruentur nitidæ à sanguine suo. Quod consilium placuit fratribus, propter quod laudauerũt eum, & Ioseph non fuit mortuus, sed uenditus. Secũdo laudauerunt eum fratres sui, quãdo in tempore famis cibauit patrem, & fratres, & filios fratrũ suo-

Gen. 49. a

Primus uersiculus

Ge. 17. e. f

Gen. 43. b

rum omnes numero septuaginta eo stante in Aegypto. Et quando tandem reduxit omnes. Vnde laudantes dicebant intra se etiam cum alijs fratribus. Ecce quàm bonum fuit cõsilium Iudæ. Si enim manibus nostris occidissemus Ioseph, iam nos & filij nostri fame fuissent consumpti. Tertio laudauerunt Iudam, quando Ioseph se manifestauit eis, quando scilicet eleuauit uocem cum fletu dicens. Pax uobis. Nolite timere: pro salute enim uestra misit me dominus ante uos. Et cum iterum mortuo Iacob illorum patre omnes filij Iacob iuissent ad Ioseph dicentes culpam suam propter odium, inuidiam, tractationem mortis suæ, quoniam si non fuisset consilium Iudæ ipsi eum interfecissent. Vnde Ioseph liberè eis pepercit, & fidauit de securitate: unde nõn poterant satiari laudare Iudam. Quem quãuis omnes laudarent, præcipuè tamen eum laudabant fratres uterini Ruben, Symeon, & Leui: & sic habemus primum uersiculum huius quartæ particulæ.

Gen. 46. in fi.

Ge. 45. b. c.

Gen. 50. c

Secundus uersiculus

Secundus uersiculus huius quartæ particulæ dicit. Manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum. In quo uersiculo Iacob prophetizat iudiciariam potestatem, quam CHRISTVS meruit in passione, de qua potestate iudiciaria dictum est satis in hac figura. Est tamen notandum, quòd quãuis CHRISTVS in passione habuerit multos inimicos, fuerũt tamen principales uiri mendaces, de quibus conqueritur in uersiculo qui in persona CHRISTI sic cantatur. Circumdederunt me uiri mendaces, sine causa flagellis ceciderunt me, sed tu domine defensor uendica me. Circa

XII. viri mendaces contra Chrstũ. hunc uersiculum est notandum, quòd duodecim mendaces sic circundederunt CHRISTVM in paßione, sicut duodecim mendacia eidem imposuerunt. Primi mendaces dixerunt CHRISTVM esse amicum publicanorum, & peccatorum, unde dicebant. Luc.5.f. Amicus est publicanorum & peccatorum, hic nanque peccatores recipit, & manducat cum illis. Vnde & discipulis suis dicebant. Quare cũ publicanis, & peccatoribus manducat magister uester? Secundi mendaces dixerunt eum prodigum, quia dicebant. Matt.11.c Hic est uini potator, & consumptor substantiæ Iudæorũ. Tertij dicebant eum iactatorem, quoniam se iactando dixerat. Ioan.2.c Soluite templum hoc, & tribus diebus rehædificabo illud, & sic imponebant iactantiam. Quarti dixerunt CHRISTVM esse transgressorem traditionum seniorum, & sic etiam nutriebat suos discipulos, unde dicebant. Mat.15.a. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum, non enim manus suas lauant, cum panem manducant. Quinti mendaces dixerunt eum legis corruptorem, quia sanauerat in die sabbati unum idropicum; illuminauerat cœcum natum, sanauerat infirmnm per.xxxviij.annos. Ioan.9.c. &.5.a.b. Sexti dixerunt eum esse scismaticum, unde dicebant. Non ne bene dicimus tibi, quia Samaritanus es tu. Septimi dixerunt CHRISTVM esse dæmoniacum, unde dicebant. Non ne bene dicimus tibi, quia dæmonium habes. Ioan.8.g Et alibi dæmonium habes: quis te quærit interficere? Octaui dixerunt CHRISTVM nigromanticum, Matt.12.c unde dicebant. In Belzebuth principe dæmoniorum

eijcit dæmonia. Noni dixerunt CHRISTVM *esse præsumptuosum, & se super alios extollentem, quia dicebat Abraham exultauit, ut uideret diem meũ, uidit, & gauisus est. Et antequàm Abraham fieret, ego sum. Decimi dixerunt* CHRISTVM *esse condemnatum, & conuinctum peccatorem, unde post suum concilium dixerunt Pylato. Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Vndecimi dixerunt* CHRISTVM *esse uirum seditiosum, unde dixerunt Pylato. Hunc inuenimus subuertentem gentẽ nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari; & dicentem se* CHRISTVM *regem. Duodecimi dixerunt* CHRISTVM *esse blasphemum, unde dicebant. Hic blasphemat, scilicet quia dixit paralitico. Remittuntur tibi peccata, & cum tu homo sis, facis te ipsum* DEVM, *& filium* DEI. *Et quanuis multi fecerint magnas* CHRISTO *iniurias, principaliter tamen conqueritur de mendacibus, quorũ iudex est. Tertius uersiculus huius quartæ partis prophetice dicit. Et adorabunt te filij patris tui. Quo ad literam est sciendum, quòd cum Moyses cum populo peruenisset ad mare Rubrum, & mandato domini illud diuidisset, stantibus aquis pro muro à dextris, & à synistris, timuerunt filij Israel mare intrare post Moysem. Sed tribus Iuda arrepto suo uexillo audaciter intrauit mare, aliæque tribus sequutæ sunt eam: ob quam causam fidei, & confidentiæ dicunt quidam, quòd filius* DEI *uoluit incarnari; propter quam futurã incarnationem debuit adorari Iudas, non ipse in se, sed*

Ioan. 18. f.

Luc. 23. a.

Ioan. 10. f.

Tertius uersiculus

in ſemine ſuo, ſcilicet CHRISTO. Sed cur dicat filij patris audite. DEVS habet filios, qui uocantur fratres, ſcilicet ex uno utero, ſcilicet ex una ſynagoga: habet filios non ſolum de ſynagoga, ſed de omnibus mundi partibus: ſicut Iacob de uxoribus & ancillis, & hi dicuntur filij patris, ſcilicet ſolum per adoptionem. Dicit autem, quòd hi adorabunt Iudam, ideſt CHRISTVM naſciturum de tribu Iuda, quod factum eſt in prædicatione apoſtolorum, & fit quotidie & fiet uſque ad finem mundi. Et ſic patet iſta quarta particula cū ſuis tribus uerſiculis. Quinta particula, in qua tractatur de nominis CHRISTI diuulgatione eſt iſta. Pulchriores ſunt oculi eius uino, & dentes eius lacte cādidiores. Sicut nomen CHRISTI diuulgatur per prophetas, euangeliſtas, & apoſtolos non ſolum ore, ſed etiam ſcripto, ſic iſta quinta particula habet duos uerſiculos, qui indigent expoſitione. Primus itaque uerſiculus dicit. Pulchriores ſunt oculi eius uino. Ad huius uerſiculi declarationem eſt notandum, quòd CHRISTVS ſub figura Iudæ hic abſconditus tripliciter capitur ſub uno nomine. Primo capitur perſonaliter. Secundo myſticè, ideſt pro ſuo corpore, quod eſt eccleſia. Tertio pro quolibet membro eius, ſcilicet pro quolibet ad uitam æternam electo. Si enim capimus CHRISTVM perſonaliter, ſic dicimus CHRISTVM eſſe illum agnum ſtantem quaſi occiſum, quem uidit Ioannes habentem oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus, ideſt ſeptem dona miſſa in omnem terram. Si autem ca-

Quinta particula. Ge.49.b. Primus uerſiculus. Chrī nomē tripliciter capitur. Apoc.5.b

pimus CHRISTVM pro corpore eius mistico, quod est ecclesia, & tunc oculi CHRISTI sunt duo, scilicet cœtus prophetarum ueteris testamenti, & cœtus euangelistarum, & apostolorum, ac prophetarum noui testamenti. Si uerò capitur CHRISTVS pro quolibet electo non solum ad uitam æternam, sed etiam pro quolibet electo ad regimen ecclesiæ, & tunc duo oculi sunt duo intellectus prophetici, scilicet cognitio, qua propheta cognoscit rem futuram, & cognoscit se plene, non ut alter Caypbas prophetizans, & nesciens quid diceret. 2.2.q.171.ar.5.per totum. Quantum spectat ad materiam nostram, capio CHRISTVM mysticè pro ecclesia, cuius ipse est caput, & quilibet electus est membrum: & dico quòd oculi CHRISTI sunt duo, scilicet cœtus patrum ueteris testamenti, & cœtus patrum noui testamenti. Et quãuis prophetæ ueteris testamenti dicantur uidentes. 2.2.q.172.ar.1.in oppo.attamen proprius loquendo propheta uerus non solum est uidens, sed etiam est oculus ad omnia uisibilia in potentia, sicut oculus corporis est in persona ad omne uisibile. Sed quia fit comperatio non solum prophetæ ad oculũ, sed etiam simul oculi ad uinum: ideo tractabo de oculo prophetico sub comparatione uini. Vnde dico, quòd propter quinque prophetæ oculus comparatur uino. Primo quia sicut uinum antiquum est potentius nouo, sic prophetia antiquior in sui reuelatione fuit solemnior prima: & ratio est, quia sicut uinum antiquum est fundamentum uini noui, sic reuelatio antiqua est fundamentum reuela-

Oculus ꝓphetæ pp q̃nque cõparatur uino.

Prima cõparatio ꝓphetæ ad vinum.

tionis nouæ. Quod declaro per reuelationes factas patribus Abraham, Isaac, et Iacob. Nam prima reuelatio facta Abrahæ ante tempus legis scriptæ eo tempore, quo homines cœperunt declinare à uera fide ad idolatriam fuit excellentior secunda facta Isaac filio suo; & illa Isaac fuit inferior illa Abrahæ. Et ratio, quia illa Isaac fundabatur super illa Abrahæ. Vnde
Gen.26.c dixit DEVS ad Isaac. Ego sum DEVS: ego
Gen.23.c sum DEVS Abraham patris tui. Et similiter alibi. Ego sum DEVS Abraham, & DEVS Isaac patris tui. Similiter tempore legis scriptæ prima reuelatio facta Moysi fuit excellentior omni reuelatione secundaria: & hoc quia prima est ueluti fundamentum aliarum reuelationum propheticarum. Similiter tempore legis gratiæ reuelatio facta apostolis de unitate essentiali unius DEI, & de æternitate personarum est fundamentum omnium aliarum reuelationũ. Vnde dictum fuit Petro in persona aliorum. Beatus es
Matt.16.c Symon bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui est in cœlis. Illa enim reuelatio fuit fundamentum omnium aliarum reuelationum: & sic isto ordine sicut uinum antiquum est potentius nouo, ita reuelatio noua est minor antiqua. Vnde isto modo reuelationes primæ sunt excellẽtiores reuelationibus secundis. 2.2.q.174.ar.6.in.R. Secundo quia sicut uinum quanto magis antiquitatur, tanto magis clarificatur: sic reuelatio prophetica secundum quod magis appropinquat CHRISTO, tanto est excellentior in oppositum primæ comparationis. Nam ante legem

factam

factam fuit reuelatio de uera deitate.s. Abrahæ. Intellige autem.s. tēpore Moysi fuit facta reuelatio de deitatis unitate, dum dicitur à domino per Moysen. Audi Israel, dominus DEVS tuus unus ego sum. Intellige autem noua facta est reuelatio apostolis de personarū trinitate. Vnde primis apparuit DEVS in hoc nomine omnipotens. Secundis in hoc nomine Adonay. Tertijs in hoc nomine Emanuel.i.nobiscum DEVS. 2.2.q.174.ar.6.in R. Per primā comparationem per uiam imperfectionis ad perfectionem ascendimus à Moyse ad Iacob, et à Iacob ad Isaac, & ab Isaac ad Abraham. in secunda comparatione descendimus ab Abraham ad Isaac, ab Isaac ad Iacob, à Iacob ad Moysem, à Moyse ad CHRISTVM. Vnde sicut in prima comparatione incipimus à perfectioribus ueniendo ad imperfectiores, ita in secunda incipimus à claris, & deuenimus ad clariores. Tertio, quia sicut uinum habetur in diuersis gradibus, bonum, & magis bonum secundum diuersitatem terrarum, & prouinciarum, ita diuersificantur gradus prophetiæ. Primus enim gradus prophetiæ ascendendo est, dum naturalis ueritas manifestatur homini dormiendo. In quo gradu fuit Iacob, quando iuit in Mesopotamiam Siriæ, & dormiendo uidit scalam attingentem à terra usque ad cœlum: in qua scala ipse prophetizauit. De quibus fiet sermo in sequenti libro de figuris inanimatis. Secundus gradus prophetiæ est, cum supernaturalis ueritas manifestatur similiter per imaginariam uisionem, scilicet uigilando, ut quando Abraham uidit furnum ardentē. Modo sicut est diffici-

Tertia cō paratio ꝓphetiæ ad uinum.

Sex gradus ꝓphetiæ.

Ge.28.a.b

lius imprimere menti uigilanti, & in sensibilibus occupatæ, ut est homo uigilans, quàm menti alienatæ à sensibilibus dormiendo; ita altior est propheta, qui prophetizat uigilando, quàm qui prophetizat dormiendo. 2. 2.
Gen.37.b *q. 174. ar. 3. in R. Tertius gradus prophetiæ est, qui fit non per uerba, sed per signa rerum, ut cum Ioseph uidit manipulum suum adorari à manipulis fratrum suorum.*
1.Reg.3. *Quartus gradus prophetiæ est per uerba, ut cum Samuel audiuit se uocantem. Quintus gradus prophetiæ est, quādo propheta uidet per signa magis expressa,*
Ierem.1.c *ut cum Ieremias uidit incendium ciuitatis, uidendo ollam succensam Aquilonem uersus. Sextus gradus prophe-*
Gen.18.a *tiæ est, quando propheta dormiendo, aut uigilando uidet aliquem secum loquentem, aut demonstrantem, ut quando Abraham uidit tres uiros secum loquentes. Septimus gradus prophetiæ est, dum eleuatur persona ratione solemnium. Vnde altus gradus est, dum uidet hominem, altior dum uidet angelum, altißimus*
Isaias. 6. *dum uidet DEVM, prout fuit Isaias, qui uidit dominum. Et sic patet tertia comparatio prophetiæ ad uinum.*

Quarta cōparatio ꝓphetiæ ad vinum.

Quarto quoniam hi, qui uinum bibunt, diuersas paßiones patiuntur, et ita diuersos exercent actus. Quibusdam enim dolet caput post magnam uini quantitatem bibitam. Quidam sic fixè dormiunt, quòd excitari nequeant. Quidam multa somnia uident. Quidam non possunt dormire. Quidam uigilando patiuntur illusiones quasi dormiendo somniarent. Quidam sunt in uerbis quasi leones. Quidam sunt ut simiæ. Quidam abundant risu. Quidam lachrymis. Quidam pugnant

ut homines armorum. Et ſicut uinum bibentes diuerſificautur in moribus, ſic habentes donum propheticum diuerſis modis prophetizant. Primo igitur quidam prophetizant cum mentis exceſſu, ut Petrus, qui factus in exceſſu mentis uidit cœlum apartum, & linteum magnum miſſum de cœlo ad terram plenum animalibus quadrupedibus, & uolatilibus cœli. Et facta eſt uox ad Petrum dicens. Surge Petre, occide, & manduca. Ait autem Petrus. Abſit domine, quia nunquàm manducaui omne commune, & immundum. Et uox iterum ſecundo ad eum. Quæ DEVS purificauit, tu ne commune dixeris? Hoc autem factum eſt per te: & ſtatim eleuatum fuit linteum in cœlum. Cum autem Petrus poſt uiſionem exhitaret intra ſe, quæ & qualis eſſet hæc uiſio, dixit ſpiritus ei. Ecce uiri tres quærunt te. Surge ergo, & perge cum eis. Iuit autem ad Cornelium. Vnde ſpiritu prophetico uidit, quòd uerbum DEI debebat prædicari gentibus, quæ gentes ſignificabantur per animalia quadrupeda, & uolatilia eo.cap. Secundo quidam prophetizant cum uiſione, ſcilicet uidendo, & hoc uigilando facta ad intra imaginatione angelica operatione ut Iſaias, qui uidit dominum ſedentem ſuper tronum excelſum, & eleuatum, & ea, quæ cum ipſo erant, replebant templum. Seraphin ſtabant ſuper illud, ſex alæ uni, & ſex alæ alteri, duabus uelabant faciem eius, & duabus uelabant pedes eius. Et clamabat alter ad alterum, & dicebat. Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus DEVS exercituum, plena eſt omnis terra gloria eius. In iſta uiſione reuelatum fuit Iſaiæ myſterium tri-

Primus modus prophetizandi.

Actuū. 10. b

Iſai. 6. a

Tertius modus ꝓphetizandi. nitatis. 2.2.q.171.ar.3.in fi.R. Tertio quidam prophetizant in somnis dormiendo, non quòd somnia fabricentur ab aliqua causa naturali, sed mediante angelo, ut
3.Reg.3.b Salamon, qui sapientiam quæsiuit, quam in somnis dormiendo accepit. 2.2.q.174.arti.3.in R. Quarto quidam prophetizant per nubem, sicut Moyses, cui DEVS locutus fuit in nube. Quinto quidam prophetizant in uoce, sicut Abraham, cui dictum fuit, ne extendas manum super puerum, eò quòd timeas dominum. Sextus modus prophetizandi est accepta parabola, sicut patet de Balaam. Declarantur. 2.2.q.174.arti.1.argu.3. Quinto quia illi, qui bibunt uinum, non semper bibunt, sed alternatim, sic et oculus non semper stat apertus, sed aliquando clauditur; sic prophetia, quæ cum non habeatur per modum habitus permanentis, sed per modum paßionis transeuntis, sic propheta non semper capit diuina. 2.2.q.171.art.2. Sexto quia sicut oculus quandoque est infirmus, & tamen quæ uidet, uidentur, sic propheta quandoque est malus, & tamen uidet ueritatem, ut patet de Balaam. Sicut igitur oculus ostendit, quæ à longe sunt. Sicut oculus ostendit, quæ ueniunt; quæ uadunt, quæ stant, sicut ostendit, quo est eundum, quo recedendum, quo uenerunt, sic prophetæ sunt oculi ecclesiæ corporis CHRISTI mistici. Vnde per prophetias quasi per oculos homo ut membrum, & ecclesia ut corpus uident, & cognoscunt, quæ sunt à longe distantia per multos annos, & quomodo eundum, & reddeundum. Sic ergo sub similitudine oculi intellexit Iacob propheta, quando dixit in hoc uersiculo quintæ

[Margin notes: Quartus modus ꝓphetizandi. Exo.24.d. Quintus modus ꝓphetizandi. Gen.22.c. Sextus modus prophetizandi. Num.23.c. Quinta cōparatio ꝓphetiæ ad vinum. Sexta cōparatio ꝓphetiæ ad vinum. Nu.24.c]

partis. Pulchriores sunt oculi eius uino. Secundus uersiculus huius quintæ partis dicit. Et dentes eius lacte candidiores. Ad diuulgotionem nominis CHRISTI sunt necessarij oculi prophetarum, & euangelistarum, & apostolorum ueteris, ac noui testamenti. Sed quoniam non omnes intelligunt prophetias, nec euangelia, nec epistolas, facit DEVS de nobis, sicut mater, uel nutrix, quæ uidens paruulum impotentem ad manducandum panem durum, & integrum suis dentibus mandit, & in os paruuli ponit bolum: sic cum in populis sint homines pro maiori parte ignari, immo rudes, nec ualeant frangere sententias prophetarum, euangelistarum, & apostolorum prouidet de sacris doctoribus, ut de Augustino, Ambrosio, Hieronymo, Gregorio, et cæteris scribentibus, atque prædicantibus, qui legendo, scribendo, docendo, prædicando sic masticant sententias euangelistarum, & prophetarum, quòd populi ueluti paruuli bolum sanctæ expositionis suscipiunt, & inde nutriuntur. Et quia possent dicere populi. Ecce isti nostri expositores sunt per sua uitia ueluti dentes marcidi, uel turpes; respondet iste uersiculus, quòd sunt lacte candidiores. Et sic patet tota ista figura.

NONA FIGVRA ANIMATA, in qua CHRISTVS filius DEI & gloriosæ uirginis MARIAE fuit absconditus, sicut figuratum in figura fuit Ioseph, scilicet filius Iacob. Et hoc propter septem rationes. Primo ratione singularis dilectionis. Secundo ratione dedignantis indignationis. Tertio ratione gratiosæ fructificationis. Quarto ratione hono-

Nona figura animata. Christus septem rationibus assimilatur Ioseph.

rabilis uenerationis. Quinto ratione malignæ uenditionis. Sexto ratione crudelißimæ cruentationis. Septimo ratione firmißimæ reconciliationis. Primo dixi, quòd CHRISTVS aßimilatur Ioseph ratione singularis dilectionis, quia ut apparet in isto absconditus, tanquàm figuratum in figura, est singularis dilectio. Israel autem, idest Iacob diligebat Ioseph super omnes filios suos, eò, quòd in senectute genuisset eum. Sicut igitur Ioseph cunctis filijs diligebat Iacob, sic DEVS pater super omnes filios cœlestes diligebat CHRISTVM. Sed antequàm dicamus aliquid de ista dilectione, loquamur primo de causa. Hanc causam scribens Moyses dicit eò, quòd in senectute genuisset eum. Sed est, qui dicat. Comparatio non est bona, quoniam DEVS non senescit, sicut Iacob; Ideo unus alteri non adaptatur, nec etiam legitur, quòd DEVS in senectute, nec in iuuentute genuerit CHRISTVM post alios filios, ita quòd CHRISTVS diceretur minor respectu aliorum. Ad hoc dubium respondeo, octo modis. Primo quòd paternitas patris CHRISTI omnem paternitatem præcedit. Secundo quòd filiatio CHRISTI omnem filiationem antecedit. Tertio quòd CHRISTVS in generationibus hominum est iunior ætate. Quarto, quòd CHRISTVS est sublimior hæreditate. Quinto, quòd CHRISTVS est minor humanitate. Sexto, quòd est sublimior dignitate. Septimo, quòd præ cæteris diligitur à patre infusa charitate. Octauo, quòd præ cæteris extollitur in maiestate. Circa primum dico quòd paternitas CHRI-

Prima rō.

Gen. 37. a

Dubium, cui respō- detur octo rōnibus.

Prima rō.

STI omnem paternitatem præcedit, est notandum, quòd si non datur in diuinis super cœlum, non etiam dabitur in humanis sub cœlo. Sicut enim non datur aliquis uocatus leo secundum proprietatem aliquam, nisi prius detur leo in ueritate, sic nemo potest uocari pater secundum proprietates paternales, nisi detur prius pater in ueritate, qui est DEVS. Vnde apostolus. Flecto genua mea ad patrē domini nostri IESV CHRISTI, exquo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur. Vnde hic cœlestis pater quanuis sit diuersorum diuersis modis pater, singularißimo tamen modo est pater CHRISTI, qui omnem paternitatem præcedit. Est enim aliquorum pater tantum per similitudinem uestigij, ut omnium creaturarum, cœlestium, aquaticum, terrenorum, unde generaliter est pater isto modo omnium rerum. Est aliquorum pater singulariori modo, scilicet secundum similitudinem imaginis, et hoc modo est pater tantum creaturarum rationabilium, ut hominum. Est aliquorum pater secundum similitudinem gratiæ, & isto modo est pater filiorum adoptiuorum; unde in baptismo efficitur istorum pater, quia habilitantur ad hæreditatem æternam. Est aliquorum pater, quia iam in spe per gratiam hæreditatem poßident. par. 1. q. 33. ar. 3. in R. Est autem singularißimo modo pater solius CHRISTI eius filij naturalis.

Ephes. 3. c

Quomodo autem ipse CHRISTVS antecedat omnem filiationem audi. Sicut enim conceptus artificis imaginem pingentis præcedit artificium fiendum ad ipsius conceptus similitudinem, sic filius DEI uerbum

Octaua ratio.

patris antecedit omnem filium.eo.ar.arg.1. Sicut igitur paternitas cœlestis præcedit omnem paternitatem, ita filiatio CHRISTI *antecedit omnem filiationem.*

Tertia ratio. *Quod sit declaro. Duæ sunt* CHRISTI *natiuitates, una est à patre æternaliter, altera à matre temporaliter.par.1.q.35.arti.2.& .3. Si enim consideramus temporalem natiuitatem, sic considerando suam geneologiam, ascendendo per lineam rectam, quæ cum ipsa terminetur in Adam, qui fuit filius* DEI, *nulli dubium, quòd cum descendimus ab Adam per septuaginta quinque generationes, sic cum ista præsens generatio* CHRISTI *sit sua generatio, ultra quam nullam*

Matth.1. Luc.3. *expectamus, sic iuxta principatum generationum, ipse* CHRISTVS *princeps suæ generationis est cunctis principibus iunior. Sic* CHRISTVS *est iunior ætate, scilicet principatus. Est ergo* CHRISTVS *ueluti Ioseph cæteris fratribus iunior, quem pater Iacob genuit in senectute, scilicet Adam, à quo secundum carnem descendit, uel Abraham, à quo usque ad*

Matt.c.1. *Dauid descendit per quatuordecim generationes, uel Dauid, à quo descendit per alias quatuordecim generationes, usque ad transmigrationem Babilonis, uel Zorobabel, à quo descendit per alias quatuordecim, scilicet usq; ad natiuitatem* IESV CHRISTI. *Sic dicemus, quòd sicut ipsum* CHRISTVM *genuit in senectute Adam, Abraham, Isaac, sic etiam Iacob, ex quibus traxit carnem humanam. Non igitur mirum, si di-*

Quarta ratio. *ligebat eum, quoniam in senectute genuit eum. Sed sicut est iunior ætate, ita antiquior & maior hæreditate.*

Etenim omnes alij sunt adoptiui, ipse autem est filius naturalis, ipse solus hæres, alij uero sunt hæredes ad sui similitudinem. par. 3. q. 23. ar. 2. in R. Cæteris fratribus Ioseph erat iunior, quoniam ultimus fuit natus in Mesopotamia Syriæ. Similiter & CHRISTVS fuit cæteris iunior, & humilior, dum factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Sicut autem fuit minor ætate, sic cum Ioseph fuit maior omnibus suis fratribus dignitate, & similiter CHRISTVS, de quo consequenter loquens apostolus, & adaptans humilitati præmium humilitatis, sic inquit. Propter quod & DEVS exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine IESV omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur; quia dominus noster IESVS CHRISTVS in gloria est DEI patris. Sequitur igitur septimo, quòd DEVS plus CHRISTVM dilexit, quàm alios. Primo sicut Iacob plus dilexit Ioseph, quã alios filios, sic Deus pater cœlestis plus dilexit CHRISTVM, quàm totum genus humanum. par. 1. q. 20. art. 4. arg. 1. immo plus dilexit CHRISTVM, quàm totam naturam Angelicam. eo. ar. arg. 2. & sibi uoluit maius bonum. Primo uoluit ei bonum unionis cum naturam humanam uniuit sibi. eo. ar. arg. 2. Hæc enim unionis gratia est infinita, secundum quod ipsa persona uerbi est infinita. Secundo uoluit ei bonũ gratiæ humilitatis, quæ cum fuerit ei data non tanquàm uni homini, sed tanquàm uni uniuersali principio gratiæ, et cum non fuerit sibi data ad mensurum, & cum habue-

Gen. c. 30.

Quinta ratio.

Phili. 2. b

Sexta & Septima ratio.

Nota. 8. bona quæ uoluit Deus Chr̃o.

Primum bonum.

Secũdum bonum.

rit gratiam in summo gradu cōmunicandam, & cū omnes debeant de ipsius plenitudine percipere, ut par. 3. q. 7. ar. 9. & ar. 11. constat, quòd dando ei gratiam habitualem, sic eidem communicatam, quòd ipsum super omnes DEVS pater dilexit. Tertio uoluit DEVS CHRISTO bonum gratiæ capitalis, per quam gratiam ipse est caput omnium, qui sibi sunt uniti per gloriam; omnium, qui sibi sunt uniti per gratiā gratū facientem; omniū qui sunt ei uniti per fidem informem, omnium qui ei sunt uniti in potentia, quæ nunquam res ducitur ad actum, tandem est caput omnium angelorū par. 3. q. 8. quasi per totum. Quarto uoluit DEVS illi animæ singulare bonum, scilicet omnipotentiæ, respectu executionis propriæ uoluntatis, & hoc duobus modis. Primo cum uelit ea, quæ subiacent propriæ uirtuti, & hoc per se. Secundo cum uelit aliquid implendum uirtute diuina uult resurrectionem proprij corporis, & resurrectionem aliorum corporum, quæ licet propria uirtute non posset, tamen hoc poterat ut instrumentum cōiunctum diuinitati unione personali par. 3. q. 13. arti. 4. in. R. Quinto uoluit DEVS huic CHRISTO quantum ad corpus obedientiam spiritus, ut scilicet sanctus obediret illi corpori, in relinquendo corpus in cruce mortuum. O quàm singulare bonum fuit hoc, & quàm diuinum, ut materia, quæ appetit formam primo physicorum, scilcet corpus appetens animam, præcipiat ipsa materia suæ formæ, idest animæ, quæ separatur à se. Similiter quòd ipsa forma, idest anima post tres dies obediat ipsi corpori, ipsumq;

Tertium bonum.

Quartum bonum.

Quintum bonum.

informet, & uiuat non amplius moriturum, & hoc est, quod CHRISTVS secundum corpus dicebat. Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam, & hoc mandatum accepi à patre meo, ut ponã animam meam. & iterum sumam eam. par. 3. q. 47. art. 2. arg. 1. Sexto uoluit DEVS hoc bonũ CHRISTO, quod nulli unquam uoluit. s. quòd ipse CHRISTVS sit proprius redemptor humani generis, sic & taliter quòd poßit genus humanum redimere, & nullus alius citra ipsum. Nemo enim in terra, neque sub terram, neque in cœlo non angelus, non patriarcha, non propheta, non euangelista, non homo quanuis sanctus, potest esse redemptor humani generis, ipso excepto, cui DEVS non solum uoluit hoc bonum. s. q. esset redemptor, sed uult quòd sit illi proprium. par. 3. q. 48. ar. 4. & 5. scilicet esse redemptorem. Septimo uoluit cœlestis pater hoc bonũ CHRISTO filio suo. s. prioritatem gloriosæ resurrectionis, & cœlestis ostensionis, ut sic non solum super omnes diligatur à patre cum Ioseph, sed etiam super omnes extollatur sedendo ad dexteram suam, & in excelsis. par. 3. q. 54. ar. 2. & q. 57. ar. 1. & q. 58. ar. 4. Hæc sunt octo bona, quæ DEVS pater amando CHRISTVM ipsa uoluit CHRISTO. Vnde sicut Iacob plus amauit Ioseph, quàm alios filios, sic DEVS pater amauit CHRISTVM, & sic patet, quomodo CHRISTVS ad similitudinem Ioseph est filius iunior, quem Iacob genuit in senectute, non tamen DEVS est senectute occupatus, nec CHRI-

Ioan. 10. d

Sextum bonum.

Septimũ bonũ & octauũ.

STVS post alios est natus. Sic etiam patet, quomodo ad similitudinem Iacob DEVS amãdo CHRISTVM uult ei octo bona singularia, & sic patet haec prima ratio. s. quòd CHRISTVS filius DEI & uirginis gloriosae, fuit uerè DEVS absconditus in Ioseph, tanquã figuratum in figura ratione singularissimae dilectionis, &c. Octauo CHRISTVS DEI filius, & gloriosae uirgrnis MARIAE, est uere DEVS absconditus in figura Ioseph, ratione dedignantis indignationis. Circa hanc particulam est primo opportunum inuestigare causam tanti odij, tantaeque iracundiae, nec non tantae indignationis fratrum Ioseph, contra ipsum Ioseph, & licet superius fuerit dictum, quòd haec odij, & inuidiae causa fuit praecipuus amor, quo Iacob diligebat Ioseph, & demum multae aliae causae concurrant, mihi tamen uidetur, quòd principalis causa fuerit accusatio nefandissimi peccati. Dicitur enim quòd accusauit fratres suos apud suum patrem crimine pessimo. s. coitu bestiali; & licet scriptura taceat reprehensionem tanti sceleris, non tamen est putandum, quòd homo rectus, homo iustus, homo timens DEVM, ut Iacob, qui tot uisiones habuerat à DEO, permisisset peccatum tam flagitiosum, sine punitione transire saltem punitione uocali, ut obiurgando, ut increpando, uel proclamando, & non semel, sed pluries. Vnde fratres erubescentes, indignati fuerunt non parum contra Ioseph, & hoc ad intra in mentibus eorum, & ad extra ostendentes hanc indignationem fore propter tristitiam, quam haberent ex

Octaua ratio.

eo, quòd plus eos Ioseph diligeret, faciendo tunicam talarem, & polimitam, ostendentes etiam, quòd ipsos cõmoueret ad odiũ supremum, & similia. Sed siue hæc, siue alia fuerit causa, siue concurrant omnes, notum est, quòd erant indignati contra ipsum Ioseph. Sed quia dico quòd CHRISTVS aßimilatur Ioseph, ratione indignantis dedignationis, est notandum, quòd quatuor sunt termini, qui in idem coincidunt. s. Ira, Odium, Indignatio, & Dedignatio, & ista quatuor inueniebantur in fratribus Ioseph: Primum fuit Ira. Secundum fuit Odium, ex quo sequebatur Inuidia. Tertium fuit indignatio. Quartum Dedignatio. Conspicientes enim quòd Ioseph erat minor, & pater illi præ cæteris credebat, ipsi contra eum indignabantur, Conspicientes se plures numero, & ætate, & laboribus, & tamen plus pater ostendebat illi effectus amoris, & signa non solum in creditu, sed etiam in uestitu. Audientes autem somnium de manipulis ligatis, accendebãtur ira contra eum: cum uero audirent somnium de adoratione solis, lunæ, & stellarum undecim, concitarunt ad odium, ex quo in ipsis insurgebat tanta Inuidia, quòd non poterant ei quicquam pacificè loqui. Vnde prouerbialiter inter se uocabant eum somniatorem, affectantes eius mortem. Sed quia uitium bestiale regnabat inter eos, & hoc eidem erat odiosum, non debebant eum uocare Somniatorem, sed potius innocentem, & iustum accusatorem. Sed ipsi odientes paternam correptionẽ, & abhominantes proprium scælus, præ nimia uerecũdia tacebant peccatum carnis, uerecundiæ, & robo-

ris maioris, & prorumpebant in peccatum reuelationis sanctitatis s. fornitiorum; unde non dicebant ecce uirgo uenit, nec dicebat ecce abominator carnalis bestialitatis uenit, sed dicebant, ecce somniator uenit. Cum autem CHRISTVS esset uere DEVS in Ioseph absconditus, & cum hoc sit quòd haec filiorum familia Iacob figurauerit synagogam futuram, quae synagoga erat, ut figuratum absconditum in figura, scilicet tunc Iacob familiae, ut qua familia et figurata synagoga erat latens CHRISTI ecclesia, & per consequens ipse Ioseph figurans CHRISTVM. Nam, quòd hoc fecerit [illegible] indignantis dedignationis [illegible] fuerit [illegible] contra Ioseph, sed [illegible] CHRISTVM. Est ergo CHRISTVS DEVS, & gloriosae uirginis MARIAE filius, & synagogae partus absconditus, cō[illegible] synagogae pessimae; [illegible] Tertium est in[illegible] Quartum est dedigna[illegible] CHRISTVM [illegible] ecclesiae CHRISTI, & [illegible] perfecutionem [illegible] Vocatis [illegible] ecclesiā, [illegible] synagoga; facto mi[illegible] ut in Hie[illegible] & uen[illegible] synagoga contra [illegible] uita iuxta euan-

[illegible]

gelium, quo cauetur, quòd in synagoga repleti sunt omnes ira, & eiecerunt eum extra ciuitatem. Notate *ergo, quòd sicut fratres* Ioseph *non fuerunt ira commoti contra ipsum, nisi postquàm eos accusauit de crimine bestiali pessimo, ita* Iudæi *non habuerunt odio* CHRISTVM, *nisi postquàm incœpit purgare templum, idest synagogam, & ecclesiam à bestialitate, eiciendo foras animalia.* Igitur *principium & nutrimentum iræ fuit bestialitas, in qua bestialitate usque in præsentem diem perseuerat obmissa humanitate.* Sūt *autem sex animalia irrationabilia, quibus miscentur* Iudæi, *non dico coeundo corporaliter, sed spiritualiter.*

Prima *bestialitas est sequela uaccæ ruffæ.* Inter *cætera sacrificia, quæ mandauit* DEVS *fieri patribus ueteris testamenti, ad tollendam immunditiam peccati, fuit sacrificium uaccæ ruffæ.* Nanque *dixit* Dominus *ad* Moysen. Præcipue *filijs* Israel, *ut adducant ad te uaccam ruffam, ætatis integræ, idest saltem unius anni, in qua nulla sit macula, nec portauerit iugum, tradetisque eam* Eleazaro *sacerdoti, qui eductam extra castra, Imolabit in conspectu omnium, & tingens digitum in sanguine eius asperget contra fores tabernaculi septies, comburetque eam cunctis uidentibus tam carnes, quàm pellem, quàm etiam sanguinem, & fimum.* Antequam *loquar mystice, dicam prius rationem literalem huius sacrificij, emundationis ab immunditia peccati.* Populus *enim idolatre adorauerat uaccam pro* DEO, *& ideo uolentibus sacrificare Domino in detestatione huius peccati idolatriæ, præcipitur, quòd im-*

Prima bestialitas.

Nu.19.a.

Ose.10.a.b.

molet uaccam ,& hoc fiat extra castra, ad insinuandũ, quòd populus in se nolebat idolatriam, sed extra castra ipsam expellebat. Sacerdos autem intincto digito in sanguine eius aspergebat sanguinem septies, ad insinuandum, quod perfectè emundabantur omnes de populo ab immunditia idolatriæ. Comburebatur autem sanguis in detestationem idolatriæ, qua cum populo idolatra participauerant, comedendo & bibendo sanguinem immolatum dæmonijs. Comburebatur autem totum sacrificium igne propter obediẽtiam, quam promisit populus acceptando legem à DEO uiuo & uero datam Moysi in igne. Sed iuxta intellectum misticum uacca ruffa significabat CHRISTVM, primo quia erat perfecta ætate, insinuans CHRISTI perfectionem. Secundo quia erat sine macula, significans CHRISTI sanctitatem mũdi ab omni peccatorum macula. Tertio quia erat ruffa, significans humanitatem CHRISTI cruentatam proprio sanguine ad nostrorum peccatorũ remißionem. Quarto quia dabatur sacerdoti ad occidendum, insinuans & prophetizans CHRISTVM à collegio sacerdotum occidendum. Quinto quia sicut illa occidebatur extra castra, ita CHRISTVS debebat occidi extra ciuitatem, scilicet Hyerusalem. Sexto quia digito intincto in sanguine aspergebatur contra fores tabernaculi, ad insinuandum quòd salus est per sanguinem CHRISTI, in quo omnia peccata remittuntur. Septimo quia cremabantur igni omnia ad significandum, quòd omnia ista huius figuræ sunt spiritualiter intelligenda.

intelligenda. Sed figura & figuralia debent cremari igne spiritus sancti intellecta. 1.2.q.102.ar.5.arg. 5. Sed quoniam ipsi Iudæi non acceptant CHRISTVM, sed stant in umbra figuræ, quæ est una bestia, idest una uacca, ideo dicuntur similes fratribus Ioseph coeuntibus cum pecudibus illi, scilicet corporaliter, isti autem spiritualiter. Sicut autem Ioseph accusauit fratres apud patrem crimine pessimo bestiali, sic CHRISTVS accusat Iudæos apud patrem cœlestem crimine pessimo, scilicet infidelitatis, quod est peccatũ maximum. 22.q.10.ar.3. Accusauit Ioseph fratres suos ore proprio, CHRISTVS ore alieno, idest ore Moysi, unde inquit ipse Iudæis. Nolite putare, quòd ego sim uos accusaturus apud patrem est qui accusat uos Moyses, in quo speratis, si enim crederetis, forsitan & mihi, de me enim scripsit. Si autem illius literis non creditis, quomodo uerbis meis credetis? & sic patet prima bestialitas Iudæorum, propter quam primo suo uitio, ueluti Ioseph persecuti sunt CHRISTVM. Secunda est sequela agni, si contingeret Iudæos ad terram promissionis reddire, ipsi ita accederent ad agni conuiuium, & facerent pasca, sicut fecerunt in exitu de Egypto, & sicut tempore Iosie regis, & rationem assignarent Iudæi, quòd se reputarent obligatos propter unum uerbum annexum præcepto de pasce celebrando, quo præcepto dato, adiecit DEVS. Custodi uerbum istud legitimum tibi, & filijs tuis usque in æternum. Sed ad ostendendam ipsorum bestialitatem est considerandum, quòd quædam sunt

[Margin: Ioan. 5.g | Secunda bestialitas. | Exod.12. | 4.Reg.23. | Exo.12.d]

præcepta DEI *Charitatis, idest duo diliges dominum*
Deut.6.a DEVM *tuum, & proximum tuum, sicut te ipsum & habetur.* 2.2.*q.*44.*artic.*1. *Sed quia charitas durat non solum in hac uita, immo etiam in alia.ea.par.q.*26. *arti.*13. *Igitur durat charitas.*1.2.*q.*67.*artic.*6. *Ideo ista præcepta charitatis semper sunt seruanda. Secundo est notandum, quòd quædam sunt præcepta iustitiæ, ut sunt decem præcepta decalogi, quæ sic strictè præcipiuntur, quòd dispensationem non capiunt.*1.2.*q.*100. *arti.*8. *per totum. Tertio est notandum, quòd quædam sunt præcepta cerimonialia, & figuratiua, ut par.*2.*q.*101.*ar.*2. *& ista non est licitum seruare, quoniam diuulgato* CHRISTI *præcepto, iam sunt mortificantia.ea.par.q.*103.*art.*3.*&.*4. *Quarto est notandum, quòd quædam præcepta sunt partim moralia, & partim cerimonialia, et ista non debent seruari pro parte, qua sunt cerimonialia, sed tantum pro parte, qua sunt moralia, sicut præceptum de obseruantia sabbati, ut* 2.2.*q.*122.*art.*4.*arg.*3. *Cum autem conuiuium agni sit totum cerimoniale & figuratiuum, sic præceptum huius conuiuij adueniente ueritate, non est amplius seruandum.par.*2.*q.*102.*art.*5.*arg.*2. *Fuit enim figura sacri conuiuij corporis, & sanguinis domini nostri* IESV CHRISTI, *par.*3.*q.*73.*arti.*2.*in R. Cum uero ista synagoga adhuc neglecta luce ueritatis perseueret in sequela animalium, & spreto* CHRISTO *figurato in agno, & in sanguine agni, pergant ad agnum figuralem, obmisso* CHRISTO *agno figurato, sic est ueluti fraternitas fratrum Ioseph, coeun-*

tium cum bestijs, & quia CHRISTVS *alter Ioseph ore Moysi accusat ipsos apud patrem, ideo ipsum sunt persecuti, & persequuntur, & sic patet secunda bestialitas. Tertia bestialitas est sequela sacrificij expiationis, in quo sacrificio sequebantur uitulum, arietem, & hircum. Ad huius declarationem est notandum, quòd* DEVS *secundum uarietatem peccatorum singulorum, ordinauit uaria sacrificia, & uarias expiationes, quæ sacrificia pro maiori parte per totum annum negligebantur à pluribus; propter quam negligentiam expiandam, ut populus suppleret in communi, quæ neglecta erant in particulari.* DEVS *per Moysem ordinauit, quòd fieret unum sacrificium commune pro toto populo hoc modo. In primis accipiebant unum uitulum sine macula, & hunc Aaron summus sacerdos, & quilibet alius post ipsum, uitulum occidebat, et cum certis suis cerimonijs illum offerebat in sacrificium pro peccato commisso in deserto, in adoratione uituli conflatilis: & orabat sacerdos primo pro peccato suo, & demum pro peccato populi. Sacerdos primum hircum occidebat propter peccatum totius populi. Quo facto sacerdos accipiens secundum hircum, qui uocabatur hircus emissius, illum uiuum offerrebat in sacrificium, & ponens utramque manum super caput eius confitebatur peccata populi, quæ imprecabatur in caput hirci, & ipsum per uirum ad hoc paratum emittebat in desertum, uagum dimittens, quasi diceret populo. Hic hircus portat peccata populi, dum mittetur in desertum ad deuorandum à bestijs siluestribus. Accipiebant autem potius*

Tertia bestialitas.

Leui. 16.

hircum, quàm aliud animal propter eius fœtorem, quo significabatur peccatum populi notorium, per ipsum fœtidum hircum, qui etiam si non uideatur, cognoscitur, & à longe ad fœtorem. Hoc autem sacrificium figurabat sacrificium CHRISTI in paßione. Primo quia sicut hoc sacrificium pro peccato totius populi offerrebatur, sic sacrificium paßionis CHRISTI fuit immolatum pro totius populi peccato. Secundo quia offerrebatur uitulus immaculatus, quo significatur sacrificium CHRISTI, qui populum saluauit à peccatis per modum sacrificij. par. 3. q. 48. artic. 3. Tertio quia sicut uitulus erat sine macula, sic sacrificiū CHRISTI paßionis fuit nitidum, & sine peccato, aptum ad demundanda peccata omnium. e. ar. in R. cum arg. 1. Quarto quia sociebatur uitulo alius hircus, per quem figurabatur, quòd CHRISTVS est uerus dux, & uerus pastor ouium, ponens animam suam pro ouibus suis. par. 3. q. 46. art. 3. Quinto quia associabatur hircus fœtidus, significans paßionem ignominiosam cum fœtore infamiæ, falsè accusantium, falsè testificantium, falsè condemnantium, falsè blasphemantium. Sexto quia sicut supra caput hirci sacerdos imprecabatur peccata populi, per quod figurabatur, quòd CHRISTVS debebat pati pro omnibus, cuius paßio nos liberabat ab omni culpa, & ab omni pœna. par. 3. q. 49. ar. 1. & 2. Quoniam uero Iudæi tantum beneficium non acceptant a CHRISTO, sed uadunt post sanguinem uituli, arietis, & hirci, quæ animalia nihil amplius significant, nec in eis est aliquid, nisi carnes be-

stiales, ideo CHRISTVS *ut alter Ioseph ore Moysi ipsos accusat, & in iudicio est accusaturus in die nouissimo. Quarta bestialitas est sequela sacrificij peccantis per ignorantiam, de quo sacrificio, siue oblatione dominus loquens sic ait. Anima si peccauerit per ignorantiam, & fecerit unum ex his, quæ lege* DEI *prohibentur, faciat pœnitentiam, & offerat arietem immaculatum domino. Quælibet anima de populo* DEI, *si non peccat per malitiam, sed tantum per ignorantiam minus peccat, quàm si peccaret per malitiam, quia minus participat de uoluntario: ut. 1. 2. q. 76. ar. 4. qualecunque sit illud peccatum per ignorantiam commissum est remissibile, dummodo peccans agat pœnitentiam, & offerat arietem, qui cum figuraret* CHRISTVM *ex eò, quòd sicut aries est dux ouium, sic* CHRISTVS *est dux & bonus pastor ouium, & quia ut pastor bonus animam suam dedit pro ouibus suis, et hic in suis sacramentis remittit peccatum, quod non remittebatur in ueteri lege, quæ non iustificabat, sed tantum erat protestatio fidei* CHRISTI *futuri, & quia Iudæi adhuc sequuntur arietem figurantem, & non figuratum, scilicet* CHRISTVM, *ideo* CHRISTVS *ore Moysi accusat, cum Ioseph de bestialitate. Quinta bestialitas est sequela hirci. Est notandum, quòd quanto peccatum erat grauius in lege ueteri, tanto ad remissionem peccati offerebatur animal uilius, & quia hircus est uilissimum animal, & peccatum populi est maximum, peccatum uero principis est maximum maxime, ideo præcipitur, quòd princeps et populus pro suis peccatis offer-*

Quarta bestialitas.

Leui. 5. d

Quinta bestialitas.

Leui. 4. d

rit gratiam in summo gradu cõmunicandam, & cũ omnes debeant de ipsius plenitudine percipere, ut par. 3. q. 7. ar. 9. & ar. 11. constat, quòd dando ei gratiam habitualem, sic eidem communicatam, quòd ipsum super omnes DEVS pater dilexit. Tertio uoluit DEVS CHRISTO bonum gratiæ capitalis, per quam gratiam ipse est caput omnium, qui sibi sunt uniti per gloriam; omnium, qui sibi sunt uniti per gratiã gratũ facientem; omniũ qui sunt ei uniti per fidem informem, omnium qui ei sunt uniti in potentia, quæ nunquam res ducitur ad actum, tandem est caput omnium angelorũ par. 3. q. 8. quasi per totum. Quarto uoluit DEVS illi animæ singulare bonum, scilicet omnipotentiæ, respectu executionis propriæ uoluntatis. & hoc duobus modis. Primo cum uelit ea, quæ subiacent propriæ uirtuti, & hoc per se. Secundo cum uelit aliquid implendum uirtute diuina uult resurrectionem proprij corporis, & resurrectionem aliorum corporum, quæ licet propria uirtute non posset, tamen hoc poterat ut instrumentum cõiunctum diuinitati unione personali par. 3. q. 13. arti. 4. in. R. Quinto uoluit DEVS huic CHRISTO quantum ad corpus obedientiam spiritus, ut scilicet sanctus obediret illi corpori, in relinquendo corpus in cruce mortuum. O quàm singulare bonum fuit hoc, & quàm diuinum, ut materia, quæ appetit formam primo physicorum, scilicet corpus appetens animam, præcipiat ipsa materia suæ formæ, idest animæ, quæ separatur à se. Similiter quòd ipsa forma, idest anima post tres dies obediat ipsi corpori, ipsumq;

Tertium bonum.

Quartum bonum.

Quintum bonum.

informet, & uiuat non amplius moriturum, & hoc est, quod CHRISTVS *secundum corpus dicebat.* Ioan,10,d *Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam, & hoc mandatum accepi à patre meo, ut ponā animam meam. & iterum sumam eam. par.3. q.47.art.2.arg.1. Sexto uoluit* DEVS *hoc bonū* CHRISTO, *quod nulli unquam uoluit. s. quòd ipse* CHRISTVS *sit proprius redemptor humani generis, sic & taliter quòd poßit genus humanum redimere, & nullus alius citra ipsum.* Nemo enim in ter- *ra, neque sub terram, neque in cœlo non angelus, non patriarcha, non propheta, non euangelista, non homo quanuis sanctus, potest esse redemptor humani generis, ipso excepto, cui* DEVS *non solum uoluit hoc bonum. s. q. esset redemptor, sed uult quòd sit illi proprium. par.3.q.48.ar.4.&.5. scilicet esse redemptorem. Septimo uoluit cœlestis pater hoc bonū* CHRISTO *filio suo. s. prioritatem gloriosæ resurrectionis, & cœlestis ostensionis, ut sic non solum super omnes diligatur à patre cum* Ioseph, *sed etiam super omnes extollatur sedendo ad dexteram suam, & in excelsis. par.3.q.54.ar.2.&.q.57.ar.1.&.q.58.ar.4.* Hæc *sunt octo bona, quæ* DEVS *pater amando* CHRISTVM *ipsa uoluit* CHRISTO. *Vnde sicut* Iacob *plus amauit* Ioseph, *quàm alios filios, sic* DEVS *pater amauit* CHRISTVM, *& sic patet, quomodo* CHRISTVS *ad similitudinem* Ioseph *est filius iunior, quem* Iacob *genuit in senectute, non tamen* DEVS *est senectute occupatus, nec* CHRI-

Sextum bonum.

Septimū bonū & octauū.

STVS post alios est natus. Sic etiam patet, quomodo ad similitudinem Iacob DEVS amādo CHRISTVM uult ei octo bona singularia, & sic patet hæc prima ratio.s.quòd CHRISTVS filius DEI & uirginis gloriosæ, fuit uerè DEVS absconditus in Ioseph, tanquā figuratum in figura ratione singularissimæ dilectionis, &c. Octauo CHRISTVS DEI filius, & gloriosæ uirgnis MARIAE, est uerè DEVS absconditus in figura Ioseph, ratione dedignantis indignationis. Circa hanc particulam est primo opportunum inuestigare causam tanti odij, tantæque iracundiæ, nec non tantæ indignationis fratrum Ioseph, contra ipsum Ioseph, & licèt superius fuerit dictum, quòd hæc odij, & inuidiæ causa fuit præcipuus amor, quo Iacob diligebat Ioseph, & demum multæ aliæ causæ concurrant, mihi tamen uidetur, quòd principalis causa fuerit accusatio nefandissimi peccati. Dicitur enim quòd accusauit fratres suos apud suum patrem crimine pessimo.s.coitu bestiali; & licèt scriptura taceat repræhensionem tanti sceleris, non tamen est putandum, quòd homo rectus, homo iustus, homo timens DEVM, ut Iacob, qui tot uisiones habuerat à DEO, permisisset peccatum tam flagitiosum, sine punitione transire saltem punitione uocali, ut obiurgando, ut increpando, uel proclamando, & non semel, sed pluries. Vnde fratres erubescentes, indignati fuerunt non parum contra Ioseph, & hoc ad intra in mentibus eorum, & ad extra ostendentes hanc indignationem fore propter tristitiam, quam haberent ex

Octaua ratio.

eo, quòd plus eos Ioseph diligeret, faciendo tunicam talarem, & polimitam, ostendentes etiam, quòd ipsos cõmoueret ad odiũ supremum, & similia. Sed siue hæc, siue alia fuerit causa, siue concurrant omnes, notum est, quòd erant indignati contra ipsum Ioseph. Sed quia dico quòd CHRISTVS aßimilatur Ioseph, ratione indignantis dedignationis, est notandum, quòd quatuor sunt termini, qui in idem coincidunt. s. Ira, Odium, Indignatio, & Dedignatio, & ista quatuor inueniebantur in fratribus Ioseph: Primum fuit Ira. Secundum fuit Odium, ex quo sequebatur Inuidia. Tertium fuit indignatio. Quartum Dedignatio. Conspicientes enim quòd Ioseph erat minor, & pater illi præ cæteris credebat, ipsi contra eum indignabantur, Conspicientes se plures numero, & ætate, & laboribus. & tamen plus pater ostendebat illi effectus amoris, & signa non solum in creditu, sed etiam in uestitu. Audientes autem somnium de manipulis ligatis, accendebãtur ira contra eum: cum uero audirent somnium de adoratione solis, lunæ, & stellarum undecim, concitarunt ad odium, ex quo in ipsis insurgebat tanta Inuidia, quòd non poterant ei quicquam pacificè loqui. Vnde prouerbialiter inter se uocabant cum somniatorem, affectantes eius mortem. Sed quia uitium bestiale regnabat inter eos, & hoc eidem erat odiosum, non debebant eum uocare Somniatorem, sed potius innocentem, & iustum accusatorem. Sed ipsi odientes paternam correptionẽ, & abhominantes proprium scælus, præ nimia uerecũdia tacebant peccatum carnis, uerecundiæ, & robo-

ris maioris, & prorumpebant in peccatum reuelationis sanctitatis .s. somniorum; unde non dicebant ecce uirgo uenit, nec dicebāt ecce abominator carnalis bestialitatis uenit, sed dicebant, ecce somniator uenit. Cum autem CHRISTVS *esset uerè* DEVS *in Ioseph absconditus, & cum hoc sit quòd hæc filiorum familia Iacob figuraret synagogam futuram, quæ synagoga erat, ut figuratum absconditum in figura, scilicet huius Iacob familiæ, in qua familia et figurata synagoga erat latens* CHRISTI *ecclesia, & per consequens ipse Ioseph figurans* CHRISTVM. *Nota, quòd hæc secunda ratio indignantis dedignationis non tantum parit alia tria uitia contra Ioseph, sed etiam cōtra* CHRISTVM. *Est ergo* CHRISTVS DEI, *& gloriosæ uirginis* MARIAE *filius, & synagogæ partus absconditus, cōtra quem insurgunt quinque uitia synagogæ peßimæ; Primum est ira, Secundum est odium. Tertium est inuidia. Quartum est indignatio. Quintum est dedignatio. Primum uitiū synagogæ cōtra* CHRISTVM *fuit peccatum iracundiæ. Attendite initium ecclesiæ* CHRISTI, *& notate primam persecutionem* CHRISTI, *iuxta euangelium diuinum. Vocatis duodecim discipulis, in quibus fundare uoluit ecclesiā, sicut in duodecim patriarchis fuit synagoga; facto miraculo de uino in nuptijs in Capharnaum, iuit in Hierusalem, & intrans templum eiecit ementes, & uendentes animalia. Vnde mota fuit ista synagoga contra* CHRISTVM, *quæ commotio fuit ira iuxta euan-*

Nota qnque vitia Sinagogę contra Christū. Primū vitium Sinagogæ contra Chrm. Ioan.3.

Ioan.2.a Ioan.2.c

gelium, quo cauetur, quòd in synagoga repleti sunt omnes ira, & eiecerunt eum extra ciuitatem. Notate *ergo, quòd sicut fratres* Ioseph *non fuerunt ira commoti contra ipsum, nisi postquàm eos accusauit de crimine bestiali pessimo, ita* Iudæi *non habuerunt odio* CHRISTVM, *nisi postquàm incœpit purgare templum, idest synagogam, & ecclesiam à bestialitate, eiciendo foras animalia.* Igitur *principium & nutrimentum iræ fuit bestialitas, in qua bestialitate usque in præsentem diem perseuerat obmissa humanitate.* Sũt *autem sex animalia irrationabilia, quibus miscentur* Iudæi, *non dico coeundo corporaliter, sed spiritualiter.* Prima *bestialitas est sequela uaccæ ruffæ.* Inter *cætera sacrificia, quæ mandauit* DEVS *fieri patribus ueteris testamenti, ad tollendam immunditiam peccati, fuit sacrificium uaccæ ruffæ.* Nanque *dixit* Dominus *ad* Moysen. Præcipue *filijs* Israel, *ut adducant ad te uaccam ruffam, ætatis integræ, idest saltem unius anni, in qua nulla sit macula, nec portauerit iugum, tradetisque eam* Eleazaro *sacerdoti, qui eductam extra castra, Imolabit in conspectu omnium, & tingens digitum in sanguine eius asperget contra fores tabernaculi septies, comburetque eam cunctis uidentibus tam carnes, quàm pellem, quàm etiam sanguinem, & fimum.* Antequam *loquar mystice, dicam prius rationem literalem huius sacrificij, emundationis ab immunditia peccati.* Populus *enim idolatre adorauerat uaccam pro* DEO, *& ideo uolentibus sacrificare* Domino *in detestatione huius peccati idolatriæ, præcipitur, quòd im-*

Prima bestialitas.

Nu. 19. a.

Ose. 10. a. b.

molet uaccam, & hoc fiat extra castra, ad insinuandū, quòd populus in se nolebat idolatriam, sed extra castra ipsam expellebat. Sacerdos autem intincto digito in sanguine eius aspergebat sanguinem septies, ad insinuandum, quod perfectè emundabantur omnes de populo ab immunditia idolatriæ. Comburebatur autem sanguis in detestationem idolatriæ, qua cum populo idolatra participauerant, comedendo & bibendo sanguinem immolatum dæmonijs. Comburebatur autem totum sacrificium igne propter obediētiam, quam promisit populus acceptando legem à DEO *uiuo & uero datam Moysi in igne. Sed iuxta intellectum misticum uacca ruffa significabat* CHRISTVM, *primo quia erat perfecta ætate, insinuans* CHRISTI *perfectionem. Secundo quia erat sine macula, significans* CHRISTI *sanctitatem mūdi ab omni peccatorum macula. Tertio quia erat ruffa, significans humanitatem* CHRISTI *cruentatam proprio sanguine ad nostrorum peccatorū remißionem. Quarto quia dabatur sacerdoti ad occidendum, insinuans & prophetizans* CHRISTVM *à collegio sacerdotum occidendum. Quinto quia sicut illa occidebatur extra castra, ita* CHRISTVS *debebat occidi extra ciuitatem, scilicet Hyerusalem. Sexto quia digito intincto in sanguine aspergebatur contra fores tabernaculi, ad insinuandum quòd salus est per sanguinem* CHRISTI, *in quo omnia peccata remittuntur. Septimo quia cremabantur igni omnia ad significandum, quòd omnia ista huius figuræ sunt spiritualiter intelligenda.*

intelligenda. Sed figura & figuralia debent cremari igne spiritus sancti intellecta. 1.2.q.102.ar.5.arg. 5. Sed quoniam ipsi Iudæi non acceptant CHRISTVM, sed stant in umbra figuræ, quæ est una bestia, idest una uacca, ideo dicuntur similes fratribus Ioseph coeuntibus cum pecudibus illi, scilicet corporaliter, isti autem spiritualiter. Sicut autem Ioseph accusauit fratres apud patrem crimine pessimo bestiali, sic CHRISTVS accusat Iudæos apud patrem cœlestem crimine pessimo, scilicet infidelitatis, quod est peccatū maximum. 22.q.10.ar.3. Accusauit Ioseph fratres suos ore proprio, CHRISTVS ore alieno, idest ore Moysi, unde inquit ipse Iudæis. Nolite putare, quòd ego sim uos accusaturus apud patrem est qui accusat uos Moyses, in quo speratis, si enim crederetis, forsitan & mihi, de me enim scripsit. Si autem illius literis non creditis, quomodo uerbis meis credetis? & sic patet prima bestialitas Iudæorum, propter quam primo suo uitio, ueluti Ioseph persecuti sunt CHRISTVM. Secunda est sequela agni, si contingeret Iudæos ad terram promissionis reddire, ipsi ita accederent ad agni conuiuium, & facerent pasca, sicut fecerunt in exitu de Egypto, & sicut tempore Iosie regis, & rationem assignarent Iudæi, quòd se reputarent obligatos propter unum uerbum annexum præcepto de pasce celebrando, quo præcepto dato, adiecit DEVS. Custodi uerbum istud legitimum tibi, & filijs tuis usque in æternum. Sed ad ostendendam ipsorum bestialitatem est considerandum, quòd quædam sunt

Ioan. 5.g

Secunda bestialitas.

Exod.12.

4.Reg.23.

Exo.12.d

præcepta DEI Charitatis, ideſt duo diliges dominum
Deut.6.a DEVM tuum, & proximum tuum, ſicut te ipſum,
& habetur. 2 2.q.44.artic. 1. Sed quia charitas durat
non ſolum in hac uita, immo etiam in alia.ea.par.q.26.
arti.13.Igitur durat charitas. 1.2.q.67.artic.6.Ideo
iſta præcepta charitatis ſemper ſunt ſeruanda. Secundo
eſt notandum, quòd quædam ſunt præcepta iuſtitiæ, ut
ſunt decem præcepta decalogi, quæ ſic ſtricte præci-
piuntur, quòd diſpenſationem non capiunt. 1.2.q.100.
arti.8. per totum. Tertio eſt notandum, quòd quædam
ſunt præcepta cerimonialia, & figuratiua, ut par.2.q.
101.ar.2.& iſta non eſt licitum ſeruare, quoniam di-
uulgato CHRISTI præcepto, iam ſunt mortifi-
cantia.ea.par.q.103.art.3.&.4. Quarto eſt notan-
dum, quòd quædam præcepta ſunt partim moralia, &
partim cerimonialia, et iſta non debent ſeruari pro par-
te, qua ſunt cerimonialia, ſed tantum pro parte, qua ſunt
moralia, ſicut præceptum de obſeruantia ſabbati, ut
2.2.q.122.art.4.arg.3.Cùm autem conuiuium agni
ſit totum cerimoniale & figuratiuum, ſic præceptum
huius conuiuij adueniente ueritate, non eſt amplius ſer-
uandum.par.2.q.102.art.5.arg.2. Fuit enim figura
ſacri conuiuij corporis, & ſanguinis domini noſtri IE-
SV CHRISTI, par.3.q.73.arti.2.in R. Cum
uero iſta ſynagoga adhuc neglecta luce ueritatis per-
ſeueret in ſequela animalium, & ſpreto CHRI-
STO figurato in agno, & in ſanguine agni, pergant
ad agnum figuralem, obmiſſo CHRISTO agno fi-
gurato, ſic eſt uelut fraternitas fratrum Ioſeph, coeun-

tium cum bestijs, & quia CHRISTVS alter Ioseph ore Moysi accusat ipsos apud patrem, ideo ipsum sunt persecuti, & persequuntur, & sic patet secunda bestialitas. Tertia bestialitas est sequela sacrificij expiationis, in quo sacrificio sequebantur uitulum, arietem, & hircum. Ad huius declarationem est notandum, quòd DEVS secundum uarietatem peccatorum singulorum, ordinauit uaria sacrificia, & uarias expiationes, quæ sacrificia pro maiori parte per totum annum negligebantur à pluribus; propter quam negligentiam expiandam, ut populus suppleret in communi, quæ neglecta erant in particulari. DEVS per Moysem ordinauit, quòd fieret unum sacrificium commune pro toto populo hoc modo. In primis accipiebant unum uitulum sine macula, & hunc Aaron summus sacerdos, & quilibet alius post ipsum, uitulum occidebat, et cum certis suis cerimonijs illum offerebat in sacrificium pro peccato commisso in deserto, in adoratione uituli conflatilis: & orabat sacerdos primo pro peccato suo, & demum pro peccato populi. Sacerdos primum hircum occidebat propter peccatum totius populi. Quo facto sacerdos accipiens secundum hircum, qui uocabatur hircus emissius, illum uiuum offerrebat in sacrificium, & ponens utramque manum super caput eius confitebatur peccata populi, quæ imprecabatur in caput hirci, & ipsum per uirum ad hoc paratum emittebat in desertum, uagum dimittens; quasi diceret populo. Hic hircus portat peccata populi, dum mittetur in desertum ad deuorandum à bestijs siluestribus. Accipiebant autem potius

Tertia bestialitas.

Leui. 16.

hircum, quàm aliud animal propter eius fœtorem, quo significabatur peccatum populi notorium, per ipsum fœtidum hircum, qui etiam si non uideatur, cognoscitur, & à longe ad fœtorem. Hoc autem sacrificium figurabat sacrificium CHRISTI in paßione. Primo quia sicut hoc sacrificium pro peccato totius populi offerrebatur, sic sacrificium paßionis CHRISTI fuit immolatum pro totius populi peccato. Secundo quia offerrebatur uitulus immaculatus, quo significatur sacrificium CHRISTI, qui populum saluauit à peccatis per modum sacrificij. par. 3. q. 48. artic. 3. Tertio quia sicut uitulus erat sine macula, sic sacrificiũ CHRISTI paßionis fuit nitidum, & sine peccato, aptum ad demundanda peccata omnium. e. ar. in R. cum arg. 1. Quarto quia sociebatur uitulo alius hircus, per quem figurabatur, quòd CHRISTVS est uerus dux, & uerus pastor ouium, ponens animam suam pro ouibus suis. par. 3. q. 46. art. 3. Quinto quia associabatur hircus fœtidus, significans paßionem ignominiosam cum fœtore infamiæ, falsè accusantium, falsè testificantium, falsè condemnantium, falsè blasphemantium. Sexto quia sicut supra caput hirci sacerdos imprecabatur peccata populi, per quod figurabatur, quòd CHRISTVS debebat pati pro omnibus, cuius paßio nos liberabat ab omni culpa, & ab omni pœna. par. 3. q. 49. ar. 1. & 2. Quoniam uero Iudæi tantum beneficium non acceptant à CHRISTO, sed uadunt post sanguinem uituli, arietis, & hirci, quæ animalia nihil amplius significant, nec in eis est aliquid, nisi carnes be-

ſtiales, ideo CHRISTVS *ut alter Ioſeph ore Moyſi ipſos accuſat, & in iudicio eſt accuſaturus in die nouiſsimo. Quarta beſtialitas eſt ſequela ſacrificij peccantis per ignorantiam, de quo ſacrificio, ſiue oblatione dominus loquens ſic ait. Anima ſi peccauerit per ignorantiam, & fecerit unum ex his, quæ lege* DEI *prohibentur, faciat pœnitentiam, & offerat arietem immaculatum domino. Quælibet anima de populo* DEI, *ſi non peccat per malitiam, ſed tantum per ignorantiam minus peccat, quàm ſi peccaret per malitiam, quia minus participat de uoluntario: ut. 1.2.q.76.ar.4. qualecunque ſit illud peccatum per ignorantiam commiſſum eſt remiſsibile, dummodo peccans agat pœnitentiam, & offerat arietem, qui cum figuraret* CHRISTVM *ex eò, quòd ſicut aries eſt dux ouium, ſic* CHRISTVS *eſt dux & bonus paſtor ouium, & quia ut paſtor bonus animam ſuam dedit pro ouibus ſuis, et hic in ſuis ſacramentis remittit peccatum, quod non remittebatur in ueteri lege, quæ non iuſtificabat, ſed tantum erat proteſtatio fidei* CHRISTI *futuri, & quia Iudæi adhuc ſequuntur arietem figurantem, & non figuratum, ſcilicet* CHRISTVM, *ideo* CHRISTVS *ore Moyſi accuſat, cum Ioſeph de beſtialitate. Quinta beſtialitas eſt ſequela hirci. Eſt notandum, quòd quanto peccatum erat grauius in lege ueteri, tanto ad remiſsionem peccati offerebatur animal uilius, & quia hircus eſt uiliſſimum animal, & peccatum populi eſt maximum, peccatum uero principis eſt maximum maxime, ideo præcipitur, quòd princeps et populus pro ſuis peccatis offer-*

Quarta beſtialitas.

Leui. 5. d

Quinta beſtialitas.

Leui. 4. d

rant pro sacrificio hircum.par.2.q.102.arti.4.argu.
2. Hircus significabat duo, scilicet in duplici ætate, nam qui est paruulus uocatur hædus, & inter carnes quadrupedum tenet primum locum, cum autem peruenit ad ætatem anni dicitur hircus fœtens, cuius carnes sunt
Exo. 23.b pessimæ. Sic igitur hædus significat CHRISTVM, de quo prophetice dixit DEVS præcipiendo. Non coques hædum in lacte matris suæ, quantum ad expositionem literalem hoc præceptum datum fuit ad euitandum idolatriam. 1.2.q.102.ar.6.arg.4. quantum uero ad expositionem moralem hædus significat quenlibet electum, qui in quacunque fuerit ætate semper est electus, & semper est ad ubera matris ecclesiæ. Nemo igitur dicat eum mortuum cum Iuda, quia semper hædus est electus. Vnde quantuncunque sit peccator cum patribus peccatoribus ueteris, aut noui testamenti, nemo ipsum coquat, idest ad desperationem inducat in lacte matris, ubi fouetur ad salutem. Quantum uerò ad expositionem allegoricam, hædus, cuius carnes optimæ, significat CHRISTVM, cuius caro optima, & super omnem carnem preciosissima, quia qui manducat hanc carnem, non morietur in æternum. Herodi autem quærenti hunc hædum occidere, præcipitur quod expectet ætatem trigintatrium annorum ad perdẽdum eum; uerumtamen interficiendo omnes lactantes. Tu Herodes CHRISTVM paruulum non interficies: quia tibi dicitur, non coques, idest paßionabis hædum, idest CHRISTVM in lacte matris, idest ad ubera uirginis gloriosæ: sed tu Herodes, cum hædus.i. CHRI-

STVS factus fuerit hircus, idest oppinione, & infamia fœtidus, tunc tu, uel Pylatus loco tui offerretis in sacrificio pro peccatis principis, & totius popoli. Quoniam igitur synagoga Iudæorum hunc hædum tunc hircum, idest CHRISTVM non offert pro sacrificio in cruce, sed uadit post bestias; ideo CHRISTVS ueluti alter Ioseph ipsos ore Moysi accusat de crimine bestialitatis. Sexta bestialitas est sequela periurij. Scriptum est enim. Anima, quæ iurauerit, & protulerit labijs suis, ut male quid faciat, aut bene, & id ipsum iuramento & sermone firmauerit, oblitaq; postea intellexerit dictum suum, agat pœnitentiam pro peccato & offerat agnam de gregibus suis, siue capram. Capra, & agna figurabant matres duorum populorum, scilicet hædi, & agni, quorum duorum populorum, unus erat electus, & iste figurabatur per agnum filium agnæ, alter erat reprobus, & hic figurabatur per hædum filium capræ. Hæc autem expositio uerificatur per illud CHRISTI. Cum uenerit filius hominis in sede maiestatis suæ, & subditur statuet oues à dextris, scilicet & agnos, & hædos à sinistris. s. & capras, ut in filijs caprarum intelligantur matres, scilicet capræ & in matribus agnorum intelligantur filij, idest agni. Cum enim in causa intelligatur suus effectus. & cum in effectu intelligatur sua causa, sic congruè in hædis intelligitur capra, & in agna intelliguntur agni. Sed tunc offerentur istæ duæ matres, quando in iudicio separabuntur electi, & reprobi: authoritate CHRISTI. Quem CHRISTVM cum Iudæi non credant uen-

Sexta bestialitas. Leui. 5. b

Matt. 25. c

-sturum ad iudicandum, nec credant comparare matrem electorum cum filijs, nec reprobos cum matribus, sic ad literam intelligentes scripturam stant cum bestijs. Vnde CHRISTVS ueluti alter Ioseph ipsos accusat de crimine bestiali non corporaliter, sed spiritualiter; ecce quomodo per sex bestialitates ostendit synagogam ueluti alterum Ioseph persequi CHRISTVM. Sicut igitur CHRISTVS tanquàm figuratum latebat in figura ratione paternæ dilectionis, sic etiam latuit in figura accusando fratres suos de crimine pessimo bestialitatis, scilicet non corporaliter, sed spiritualiter. Modo quid euenerit, audite. Sicut enim fratres Ioseph moti sunt contra Ioseph per iracundiam, ita Iudæi persecuti sunt CHRISTVM. Secundum uitium est odium, sed quia ira & odium, inuidia, indignatio, & dedignatio habent malum pro obiecto, (licet sub diuersis respectibus) ideo clarius, et breuius, atque utilius de his quinque simul loquar. Nemo dedignatur, nisi indignetur, et nemo per inuidiam odit bonum proximi, nisi prius odiat ipsum proximum, sed nec odit quisquam alium, nisi irascatur. Igitur tractando de his quinque uitijs simul, primum est ostendendum, in quo hæc uitia conueniunt, & in quo disconueniunt. Nanque iratus respicit malum proximi sub ratione boni, scilicet iustè iudicantium. Odiens autem respicit malum proximi non respectu boni, sed tantum malum inquantum est proximi malum. 1.2.q.46.articul.6. Et sic odium fit per applicationem mali ad malum; ita uerò fit per applicationem mali ad bonum, & sic minus peccatum est irasci, quàm

Quomodo quinque uitia hic descripta conueniunt et disconueniunt.

odire. eod. R. Inuidia autem non respicit malum proximi nisi cum adiuncto, scilicet bono. Inuidus enim amat propriam excellentiam sit in quocunque placet. Inquantum uerò percipit bonum proximi eidem nociuum intantum tristatur de illo bono, & lætatur de contrario malo. Vnde non intuetur malum proximi sine respectu boni, & in hoc differt ab odioso, nec respicit malum proximi sub ratione boni iusti uindicatiui, sed tantum respicit malum sub ratione propriæ extimationis. Indignatio autem respicit malum proprium sub ratione indigni, uel quia indignans nõ meretur malum, quod iniurians infertur, uel quia non meretur tantum malum. Sed dedignatio respicit conditionem personæ iniuriantis cum paruipensione, & contemptu, & sicut indignans uellet malum iniuriantis, quia apparet, quòd persona iniuriata non mereatur; sic dedignatio tristatur de bono proximi, & lætatur de malo inquantum persona inferens iniuriam est uilis conditionis, ecce ergo quomodo hæc quinque uitia conueniunt in malo et simul disconueniũt, eliciuntur. 2. 2. q. 36. ar. 1. & per totam questionem. q. 46. per totum, sed quoniam ira in ista combinatione tenet primum locum, ideo ad maiorem declarationem de ea loquar apertius. Noto igitur primo fundamenta siue motiua iræ, quæ sunt tria, scilicet excellentiæ amor, iustitiæ debitum, & paruipensio. Cum enim quis amat propriam excellentiam, uidetur sibi, quòd non debeat paruipendi, & si paruipendatur, quòd iniustè paruipendatur. Quanto autẽ persona paruipendens est uilior, tanto magis dedignatur

Nota tria fundamenta siue motiua iræ.

& irascitur. 1.2.q.47.ar.3.in.R. paruipensa persona, & hoc non solum per se, sed etiam propter alios 1.2.q.47.ar.1.arg.2.&.3.in. R. Sed sicut aggrauant iram indignatio, excellentia & uilitas iniuriantis, ita sunt tria, quæ ipsam alleuiant, scilicet, paßio, ignorãtia, & malitia. Vnde sicut malitia aggrauat, sic ignorantia diminuendo leuigat.e.q.ar.2.in.R. Sicut autẽ malitia aggrauat iram per maiorem paruipensionem, ita etiam ipsam iram aggrauat iustitia. Quoniam ubi maior in iustitia, ibi plus læditur persona excellens in iustitia, unde & ibidem est maior causa iræ. par.2.q.46.ar.7. Modo reuertamur ad propositum, & uideamus de fratribus Ioseph, si ista quinque uitia erant in eis, & natum, est, quòd iuxta uidere suum iustè indignabantur contra ipsum, quoniam ipse omnibus minor, & præ omnibus à patre dilectus, nec per exteriora signa ipsos filios Iacob non prouocabat ad iracundiam, nec ad odium, non ad inuidiam. neque ad indignationem. Ipse enim Iacob uidebat in Ioseph causas præcipui amoris, quas ipsi non uidebant. Vnde sicut per diuinam prouidentiam factum est, quòd Iacob minor debebat maiorem, scilicet Esau superare, ita quod maior minori seruiet, ita filij Ioseph sic à Iacob fuerunt benedicti, quòd manibus uitiosatis manus dextra posita fuit super caput minoris. Quod & factum est, dum maior, scilicet populus Iudæorum seruit minori, scilicet populo Christianorum, & dum uerificari oportebat prophetias de prosperitate Ioseph figurãtis aduersitatẽ & prosperitatem CHRISTI. Vt.

Nota duo quo mitigant iram & vnũ aggrauans.

Gen.25.c.

Gen.48.c.

autem ad illas prophetias perueniamus, reducamus hæc quæ dicta sunt ad propositū. In hoc dictū fuit, quòd secūda ratio, qua CHRISTVS filius DEI & gloriosæ uirginis MARIAE aßimilabatur Ioseph, & in ipso erat absconditus, sicut figuratum in figura, erat ratione indignantis dedignantis. Vnde Iudæi moti ira, occupati odio, præoccupati inuidia, pleni indignatione, & dedignationis subiecti dominio cum his uitijs odiebant CHRISTVM, nec poterant ei quicquam pacificè loqui, sæpe proponentes eum lapidare iam recollectis lapidibus, & sæpe uolentes ipsum de supercilio montis præcipitare: indignati, quòd totū hominem fecisset sanum in sabbato; & dedignati, quòd se filium DEI, & DEVM diceret, cum esset filius Ioseph fabri & MARIAE. Vnde sicut fratres Ioseph cum istis quinque uitijs sunt persecuti Ioseph, ita Iudæi cum istis quinque uitijs persecuti sunt CHRISTVM figuratum in Ioseph ratione dedignationis. Tertia ratio, per quam CHRISTVS filius DEI, & gloriosæ uirginis MARIAE fuit DEVS absconditus in Ioseph tanquā figuratum in figura, est ratione singularißimæ fructificationis. Labor Ioseph fuit labor magni fructus: unde eius labor solus plus fructificauit, quàm labor omnium undecim suorum fratrum. Vt autem appareat ueritas, dicamus historiam somnij primi. Audite (inquit ipse) somnium meum, quod uidi: putabam uos ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum, & stare, uestrosque manipulos circunstan-

Luc.4.f.
Ioan.7.c.
Ioan.10.f.

Tertia rō

Gen.37.b.

tes adorare manipulum meũm. In quo ſomnio Ioſeph prophetizat de fructu ſuorum laborum, & fratrum ſuorum ſub ſimilitudine manipulorum. Tantus nanque fuit fructus ſui laboris, quòd in Aegypto fuit primus poſt Regem, eiuſque induſtria gubernauit Aegyptum, & circunſtantes prouincias, & tandem fame inualeſcente oportuit Iacob mittere filios ſuos in

Gen.43.et 44. Aegyptũ pro uictualibus emendis, Qui tandem omnes undecim mandato patris pro uictualibus iterum redierunt, & cum ad eum perueniſſent, eum adorauerunt ſuper terra. Vnde labor Ioſeph fuit fructuoſior labore fratrum ſuorum. Nam bis pauit eos omnes in terra Chanaam, & tandẽ patrem cũ omni familia introduxit in Aegyptũ, et ita omnibus prouidit de neceſſarijs ad uictum. Audiſti textum ſacræ ſcripturæ, et quia ultra ueritatem literalem hæc hiſtoria habet ueritatem intrinſecam, & allegoriam, ideo exponamus eam ſecundum figuram. Vnde dico, quòd Ioſeph ſignificat CHRISTVM, & hoc ratione ſingulariſſimæ fructificationis, quoniam ſicut manipuli fratrum ſuorum adorauerunt eum, ſic opera meritoria omnium ſanctorum adorant manipulum CHRISTI, ideſt opus redemptionis. Quod enim ſalui facti ſunt ante paſsionem, & CHRISTI quot ſalui facti ſunt poſt paſsionem, omnes facti ſunt merito redemptoris. Vnde qui ſaluabantur ante paſsionem ſiue per fidem explicitè, ſiue per fidem implicitè, ſaluabantur in fide redemptoris futuri; qui autem ſaluantur poſt paſsionẽ, ſaluantur in fide redemptoris, qui iam uenit. 2.2.q.2.

ar.7. Sic ergo tunc Ioannes Baptiſta cum cæteris præcedentibus ſanctis ibant ad limbum expectantes meritũ redemptoris, ſic modo nitidi aſcendunt, & cum tantam uirtutem non habuerint omnes manipuli, ideſt omnia merita ſanctorum ueteris, ac noui teſtamenti, quantam habuerunt merita CHRISTI, *ſequitur, quòd omnia merita ſanctorum adorent manipulum, ideſt meritum* CHRISTI. *par.3.q.49.ar.5.* Hoc *autem oſtenſum fuit Ioanni, quando dixit.* Vidi *& ecce hoſtium apertum in cœlo, et ecce ſedes poſita erat in cœlo, et ſupra ſedens, ideſt* CHRISTVS *& iris in circuitu ſedis, & in circuitu ſedis. xxiiii. ſedilia & xxiiij. ſeniores ſedentes, & quatuor animalia, ideſt quatuor* Euangeliſtæ *cum darent gloriam* DEO *clamando, ſanctus, ſanctus, ſanctus, qui eſt, et qui erat, et qui uenturus eſt, procedebant. xxiiij. ſeniores. i. patres duodecim ueteris teſtamenti, & patres duodecim noui teſtamenti procedebant ante ſedentem in* Throno, *ſcilicet* CHRISTVS, *& adorabant uiuentem in ſæcula ſeculorum mittentes coronas ſuas ante* Thronum *dicentes.* Magnus *es domine* DEVS *noſter accipe gloriam, & honorem, & uirtutẽ, quia tu creaſti omnia.* Sic *ergo omnes manipuli, ideſt merita omnium ſanctorum adorant manipulum* CHRISTI, *ſicut manipuli fratrum* Ioſeph *adorauerunt ipſum* Ioſeph. Sic *igitur* CHRISTVS DEI, *& uirginis glorioſæ filius fuit in* Iacob *abſconditus, ſicut figuratum in figura ratione ſingulariſſimæ fructificationis.*

Apoc.4.2.

Apoc.4.d

Quarta ratio.

Q*uarta ratio fuit ratione reuerẽdiſſimæ uenerationis,*

per quam declaratur, quòd CHRISTVS DEI & gloriosæ uirginis MARIAE filius fuit, ut figuratum in figura. Sequitur in textu secunda uisio, scilicet quòd uidebat solem, & lunam, & stellas undecim adorare eum. Vnde sicut fratres ad primam uisionem responderũt. Nunquid Rex noster eris? ita pater ad istam secundã respondit. Nunquid ego & mater tua & fratres tui adorabimus te super terrã? Multi propter dignitatem sunt uenerabiles, multi propter officium, sed multi (quod est maius) honorandi sunt solum propter uirtutem, quidam autem propter uirtutẽ, officium, & dignitatem ut Ioseph. Quæ autem uirtutes fuerint in eo, dicã breuibus. Fuerũt enim specialiter quinque. Prima fuit obedientia cum reuerentia paterna: habuit enim tantam reuerentiam ad Iacob, quòd non solum adimplebat, quæ præcipiebat, sed etiã quæ poterat cogitare esse de mẽte patris. Vnde missus à patre exploratum, quomodo se haberent greges, & quid facerent fratres, sine dilatione adimpleuit, & uidens inhonestates, quas fratres committebant, reuelabat patri absque requisitione. Secunda uirtus fuit continentia, quoniam cum fuisset ductus in Aegyptum in domo Pharaonis, uxor eius propter ipsius pulchritudinem moribus ornatam, amore accensa non semel tantum, sed bis, & ter, atque pluries eum inuitauit ad secum dormiendum. Cum autem eum non uerbis solum, sed etiam factis semel molestasset, & eum p paliũ cœpisset, ipse ut uerus continens, & fidelis domino suo pallium in eius manibus reliquit, & aufugit. Tertia uirtus

Gen. 37. e

Gen. 37. c.

Ge. 39. b.

eius fuit Patientia, quæ in ipso apparuit. In persecutionibus nanque patienter tollerauit musitationes fratrum, & murmurationes equo animo tulit. Patienter tollerauit mitti à fratribus in profundum cisternæ ueteris sine aqua ibi fame moriturus, & inde extrahi & uendi Ismaelitis & seruus duci in Aegyptum. Patienter tollerauit innocenter damnari ad carceres uxore Pharaonis eum de falso accusante, & per testimoniū palij eum depræhendente. Patienter tollerauit longo tempore stare in compedibus & manicis ferreis ferreo uecto perforante eius animam, dum carceres claudebantur. Patienter tollerauit pœnitentiam fratrum factus liber & dominus Aegyti, quos omnes potuit capere, & ad mortem damnare; sed ut uerus patiens neque uerbo contristans prouidit eis, & patri, & paruulis eorum de uictu necessario. Quarta fuit uirtus perseuerātiæ. Fratres enim sui timentes, ne mortuo patre ipsos traderet morti, perseuerans in patiētia indulsit omnem iniuriam & reconciliationem, confirmando omnia gesta contra ipsum attribuendo diuinæ prouidentiæ, quæ nouit ex malis elicere bona maxima. Quinta fuit uirtus prudētia, qua præclarè pollens donum propheticum tenuit occultum pro tempore, & manifestauit tunc, quando fuit opportunum. Vnde per eius prudētiam prouidit Aegyptijs, & alijs circunstantibus prouincijs, ne fame consumerentur. Vnde non immerito, ut uirtuosus, ut dignitate præpotens magno officio eleuatus meruit uenerabiliter honorari, & ideo iuxtà eius propheticum somniū fuit honoratus à sole patre, à lu-

Ge.37.e.f.

Ge.39, c.d

Ge. 39. cū sequentibus.

na matre, ab undecim stellis fratribus. Redeamus modo ad propositum de CHRISTO: in Iacob abscondito ut figuratum in figura. Tantæ enim reuerendißimæ reuerentiæ est CHRISTVS, quòd meruit honorari propter uirtutes, & dona, & gratias, & dignitates, & officia à cunctis creaturis ut DEVS, ut Rex, ut Pontifex ut Doctor, ut sanctus, ut dux, ut princeps, ut caput, ut Redemptor, ut iudex uiuorũ et mortuorũ. Primo debemus reuerẽdißima ueneratione adorare eius deitatem. Secundo eius humanitatem quantum ad animam. Tertio eius humanitatem quantum ad corpus. Quarto eius humanitatem quantum ad imaginem. Quinto eius imaginem crucifixi, idest signum crucis. Sexto fœnum, in quo iacuit. Septimo pannos, in quibus inuolutus fuit. Octauo columnam, ad quam ligatus fuit. Nono uirgas, quibus flagellatus fuit. Decimo uestes, quibus indutus fuit. Vndecimo coronam, qua illusus fuit. Duodecimo lignum crucis, in quo extensus fuit. Tertiodecimo clauos, quibus confixus fuit. Quartodecimo spongiam, qua potatus fuit. Quintodecimo lanceam, qua transfixus fuit. Sextodecimo lapidem, in quo sepultus fuit. Decimoseptimo linteamina, quibus ligatus fuit. Decimooctauo species, quibus corpus eius conditum fuit. Decimonono omne, quod eius personam, uel membra tetigit par. 3. q. 25. art. 1, 2, & 3. Vigesimo sanguinem miraculosum, uel carnem miraculosam in altari ut par. 3. q. 76. ar. 8. in fi. R. & q. 8. in fi. R. et. q. 54. ar. 3. arg. 3. Vigesimoprimo patre in uoce testificante, dum esset

baptizatus.

baptizatus. Vigesimosecundo patre apparente, dum esset transfiguratus. Vigesimotertio ipso apparente uisibiliter, ut Petro, ut Paulo, ut Stephano, ut Marco, ut Dyonisio, ut Ioanni, ut eius matri uirgini gloriosæ. Vigesimoquarto ut cum apparebit in generali iudicio, quando completa erit illa promissio reuerendissimæ uenerationis, de qua inquit apostolus. In nomine iesù omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum: & sic patet ista quarta ratio, scilicet quòd CHRISTVS DEI & gloriosæ uirginis MARIAE filius fuit in Ioseph sicut figuratum in figura absconditus. Quinta ratio fuit ratione continuatæ lamentationis. Ad huius declarationem primo dicamus textum, & demum reducamus adaptando ad propositum. Cum fratres Ioseph eum uendidissent, occiderunt uiuum hædum, & de eius sanguine eius tunicam tinxerunt, et per quendam eam miserunt ad Iacob eorum patrem, quam cum uidisset & agnouisset, scidit uestimenta sua, & eleuans uocem cum fletu clamabat dicens, fera pessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph, & scissis uestibus indutus est cilicio lugens filium multo tempore. Congregatis cunctis liberis eius, ut lenirent patris dolorem, noluit consolationem accipere, & ait scendam ad filium meum lugens in infernum. Per hunc textum est notandum, quòd ecclesia facit tres dies in hac uita cum ministerio. Primo nanque facit diem dominicam in memoram resurrectionis CHRISTI, & in spe resurgendi cum CHRISTO & hic dies inchoabitur post iudicium. Facit autem diem sabbati, idest quietis represen-

Phili.2.b.

Quinta rõ

Gẽ.37.f.g

tantem quietem, quam habent animæ usque ad iudicium. Sed ante hos duos facit diem ueneris, quo CHRISTVS fuit circunfixus, & in hoc die compatiens CHRISTO communiter ostendit signum tristitiæ, & hic dies durat usque ad generalem resurrectionem, & usque ad illam eleuat in omnibus ecclesijs uexillum tristitiæ, scilicet CHRISTVM crucifixum. Sicut ergo Ioseph dicit se perseueraturum in fletu, & luctu quousque descendat in infernum, sic exemplo sui ecclesia suum continuat fletum: sed sicut in principio habuimus quòd synagoga fuit bestialis corporaliter, & in medio habuistis, quòd ipsa fuit bestialis spiritualiter, scilicet sequēdo sacrificia bestiarum, sic in fine. s. in ploratu Iacob, ipsam uocat Iacob feram, & bestiam, cum inquit fera peßima comedit eum, bestia deuorauit eum, & quia non ignorauit congregationem filiorum peccasse in Ioseph, ultra sensum literalem, in quo loquebatur de bestia, & fera brutali quantum ad intellectum misticum loquebatur contra congregationem filiorum ipsam uocādo bestiam & ferām. Nunc autem in fine, idest in passione CHRISTI proprius uocatur bestia & fera non solum mala, sed peßima. Et ad hoc declarandum noto, quòd hic terminus fera, siue bestia capitur tripliciter: primo indiuidualiter pro uno animali irrationali, quandoque capitur specialiter pro una specie multorum indiuiduorum, quandoque pro genere multorum animalium diuersarum specierum, & hoc modo Dauid uolens in persona CHRISTI accusare cum Ioseph synagogam eius deuoratricem conqueritur non uno anima-

li, nec de pluribus eiusdem speciei, nec de una, aut duabus speciebus, sed de pluribus speciebus sub uno genere, quòd est bestia, uel fera. Conqueritur autem de cane non in singulari numero, sed plurali dicens. Quoniam circundederunt me canes multi. Conqueritur de leone dicens. Salua me ex ore leonis. Conqueritur de tauro dicens. Tauri pingues obsederunt me. Conqueritur de unicornio dicens. A cornibus unicornium libera me. Conqueritur de uitulis dicens. Circundederunt me uituli multi. In toto autem sacro euangelio conqueritur de fermento hypocritarum scribarum, & phariseorum sub similitudine luporum rapacium, & sic ista bestia fera Iudæorum synagoga ut bestialis componitur ex sex speciebus bestiarum contra ipsum in passione, scilicet canes rabidi & mordentes. Secundo lupi rapaces frementes. Tertio leones rugientes. Quarto tauri ferientes. Quinto unicorni aggredientes. Sexto uituli mugientes. Prima species bestialis huius feræ pessimæ fuit species leonina, & ponitur in numero singulari dicens salua me ex ore leonis: hoc autem fit, non quòd non fuissent multi principes sacerdotum, sed erant duo pontifices Anna & Caiphas alternatim suo anno fungentes pontificatu, & quia illo anno passionis CHRISTI regebat Caiphas, ideo dicitur leo, apud quem alij leones, scilicet principes sacerdotum fuerunt congregati cum ipso Caipha leonista sic concionante in concilio. Nescitis quicquam nec cogitatis. Quoniam expedit, ut unus homo moriatur pro populo, quàm tota gens pereat; hic enim homo multa signa facit, &

Psal.21.c
Psal.21.d
Psal.21.c
Psal.21.e
Psal.21.e

Nota sex bestias ex quibus cõponitur synagoga cõtra Christum.

Prima bestia cõtra Christum fuit leonina.

Ioan.2.f.g

ſi dimittimus eum ſic omnes credent in eum, & uenient Romani, & tollent locum noſtrum, & gentem, & ſic prima beſtia ſuam malitiam effudit deliberando mortem CHRISTI. Secunda beſtia fera.ſ.canina ſurrexit, Inquit enim CHRISTVS ore Dauid. Circundederunt me canes multi, ſcilicet in domo pontificis Caiphæ, concilium malignantium obſedit me, ut leones, & canes, non domeſtici, ſed rabidi. Iſti fuerunt ſaducæi apud eccleſiam & ſynagogam. Nam negabant futuram reſurrectionem, non obſtante reſurrectione facta per Heliam & per Heliſeum uiuentem & per eundem mortuum: & non obſtante reſurrectione facta per CHRISTVM de filia Archiſinagogi & de filio uiduæ de ciuitate Nayn nec obſtante reſurrectione Lazari quatriduani iam fœtentis, nec obſtante propheta Ezechielis. 52. quoniam iſti non ſolum erant male credentes, ſed erant praui, & ſuperbi nolentes bene credere, & cum etiam ſecundum legem Moyſi eſſent deſtructores legis, tamen leo & leones, ideſt pontifex & principes armis inſurrexerunt magis ſe armantes multitudine, quàm rationis ueritate. Iam enim CHRISTVS impoſuerat ſilentium data reſponſione de muliere, quæ habuerat ſeptem uiros docente domino. In reſurrectione nec nubent, nec nubentur. ſed erunt ſicut angeli DEI in cœlo. Quare iſti ſaducæi etiam in lege Moyſi hæretici intrauerunt concilium contra CHRISTVM congregatum, ut canes rabidi dicente domino ore Dauid. Circundederunt me canes multi concilium malignantium, ſcilicet principum, ſacerdotum, & ſaducæo-

Secunda beſtia contra Chriſtum canina.

Matt.22.c
Luc.20.f

rum obsedit me. Vnde cum peruenissent ad Pylatum & cum Pylatus quesiuisset ab eis. Quam accusationem afferrent contra CHRISTVM, responderunt isti ut canes rabidi, qui quos mordent, rabidos faciunt, & effundentes suam ueneficam malitiam dixerunt. Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum; uolentes dicere. Nos cum pontifice & principibus sacerdotum sumus ita in lege docti, & zelatores iustitiæ, quòd non præsentaremus tibi unum obiudicatum ad mortem, nisi in nostro concilio esset secundum legem reus mortis, & ecce quomodo duæ bestiæ, idest duæ species bestiarum in synagoga Iudæorum simul sunt congregatæ aduersum CHRISTVM. Cum autem Pylatus non esset contentus de ista responsione iniqua, surrexerunt lupi rapaces, scilicet scribæ & pharisei, quos CHRISTVS persecutus fuerat eos uocando falsos prophetas, & hypocritas, & quibus (ue) imprecatus fuerat multotiens ut lupi rapaces consecuti sanguinem humanum bibere, & carnem humanam comedere, sic tandem post multa dixerunt Pylato. Nos, scilicet scribæ & pharisei, & nos saducæi, nos quoque principes sacerdotum tibi præsentamus hunc, scilicet CHRISTVM, quem reum mortis habemus pro damnato, quoniam seditiosus est. Nam inuenimus eum subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari, et dicentem se CHRISTVM regem: quasi callidè uellent dicere. Nos bono zelo iustitiæ commoti CHRISTVM tibi præsentamus crucifigendum pro bona pace ciuitatis, & pro pacifico statu Ro-

Ioan.18.e

Tertia bestia contra Christũ lupina.

Luce.23.a

manorum, & pro bono statu nostro, qui es hic pro Romanis, & pro pace etiam nostra, ne eo cum paucis suscitante seditionem, simul omnes pereamus. Ecce quomodo hi pleno corde zeli uindictæ confingunt zelum iustitiæ, ut uiri lupi & rapaces. Sed Pylatus nec propter hæc maligna uerba commotus, nec propter quicquā factum contra CHRISTVM per Herodem incœpit tractare relaxationem CHRISTI. Primo tamen eum corrigendo. Tunc surrexerunt leones, scilicet principes, surrexerunt canes rabidi, scilicet Saducæi, surrexerunt lupi rapaces scilicet scribæ, & pharisei simul cum multis tauris indomitis, scilicet qui sapientes & seniores sunt, & ita CHRISTO dicente ore David. Tauri pingues obsederunt me. Qui omnes uenenum suæ malitiæ spargentes dixerunt Pylato. Nos legem habemus, & secundum nostram legem debet mori, quia filium DEI se fecit. Cum ergo Pylatus iam esset bene dispositus ad relaxationem propter uerba CHRISTI propter uerba uxoris, nec ualens eorum iram mitigare per illusionem Herodis, nec per flagellationem ad columnam, neque per uestimentum purpureum, & coronationem, allegauit eis examinationem factam & innocentiam suam. Illi autem timentes, ne repentinè eum relaxaret; concitato populo insurrexerunt contra CHRISTVM unicornij populares, de quibus conquestus est CHRISTVS ore David dicentis. Salua me à cornibus unicornium humilitatem meam. Hi cum alijs clamauerunt. Non habemus regem, nisi Cæsarem, si hunc dimittis non es amicus Cæ-

Quarta bestia cōtra Christum canina.

Psalm. 21.

Ioan. 19.b

Quinta bestia contra Christum vnicornus.

Ioā. 19.c.d

ſaris. Omnis enim, qui ſe regem facit, contradicit Cæſari. Ad uerbum autem Iuſtitiæ tibi dicimus hoc iuſtum eſt. Vnde ſanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Quibus ſic peractis uoluit Pylatus experiri adhuc uno remedio, ſi poterat has beſtias & feras ad humanitatem reuocare. Vnde præpoſuit eis uel Barrabā, uel CHRISTVM dimittendum pro die feſti. Tunc CHRISTO dicente ore Dauid. Circundederunt me uituli multi, ideſt populares de infima plebe ſeducti à leonibus, à canibus, à lupis, à tauris, ab unicornijs, hi omnes populares per has malignas beſtias ſeducti fuerunt petere Barrabam homicidam liberum, et CHRISTVM crucifigendum, quia ſic erat præordinatum à diuina prouidentia. Vnde non reſtat, niſi cum Iacob flere dicendo fera peſſima deuorauit eum. & ſic per has quinque rationes ſatis eſt declaratum, quòd CHRISTVS filius DEI & uirginis glorioſæ fuit uere DEVS abſconditus in Ioſeph tanquàm figuratum in figura.

Sexta beſtia contra Chriſtum vituli.

DECIMA FIGVRA ANIMATA, in qua filius DEI, & glorioſæ uirginis MARIAE filius fuit abſconditus tanquàm figuratum in figura, fuit Moyſes propter ſex rationes. Primo ſicut propheta et legatus. Secundo ſicut placatiuus reconciliator. Tertio ſicut ſanguine ſanctificator. Quarto ſicut miraculorum operator. Quinto ſicut fidelis amator. Sexto ſicut dux et liberator. Circa primum eſt notandū, quòd DEVS tres legationes mittere debuit populo: prima fuit de deitatis uirtute. Erat enim ita corrupta humana natura poſt diluuium, quòd homines habebant peccatum con-

Decima figura animata.

Nota ſex rationes p quas probatur Chriſtū i Moyſe figuratum.

Prima rō.

tra naturam pro licito. Vnde de ipso non fiebat aliqua correptio, & ratio, quia omnis caro corruperat uiã suam, & quod deterius est ad tantum deuenerunt homines ignorantiam, quòd creaturam adorabant pro creatore. DEVS autem misericors & miserator huic uolens prouidere misit Abraham, qui primus nomen DEI inuocauit, & uerbo atque opere diuulgauit deitatis ueritatem contra deitatis falsitatem. Inde natura humana addens mala malis deuenit ad multiplicationem deorum ita, ut quasi hominibus tot essent dij, quot creaturæ à DEO factæ, immo etiam deuenerunt ad adorandum opera manum suarum, scilicet statuas, & imagines auri, argenti, lapidis, & ligni, et isto tempore misit DEVS Moysem, qui sicut fuit figuratus in Abraham, ita ipse figurauit CHRISTVM. Inde cum Abraham tenens ueritatis deitatem adiunxit deitatis unitatem. Vnde ait populo in persona DEI, cuius erat propheta & legatus. Audi Israel, dominus DEVS tuus unus ego sum. Sicut autem prædicauit ueri DEI unitatem, ita puniuit falsitatem deorum, dum iußit occidi eos, qui more Aegyptiorum adorauerunt uitulum conflatilem, DEVM falsum, & hoc sub numero plurali dicendo isti sunt Dij tui Israel, qui te eduxerunt de Agypto Restabat autem, ut adoraretur DEVS unus in essentia, & trinus in personis, ita quòd pluralitas personarum non tolleret unitatis deitatem, nec unitas essentiæ diminueret personarum trinitatem. Ad hanc tam præclaram legationem fiendam tempore legis gratiæ misit DEVS filium suum, qui prædicans

Gen. 6,b

Exo. 32.a

DEI paternitatẽ, prædicauit patris fœcũditatẽ .i. filiationẽ cũ spiritus sancti processione, et sub hac forma uoluit omnes saluandos baptizari. s. in nomine patris & filij & spiritus sancti. Sic ergo in Abraham fuit Moyses figuratus, sic CHRISTVS fuit figuratus in Moyse, & in eo fuit absconditus ut figuratum in figura, tanquã propheta & legatus. Circa secundũ est notandũ, quòd CHRISTVS DEI filius et gloriosæ uirginis MARIAE fuit tanquã figuratũ in figura absconditus, sicut placatiuus reconciliator. Sciebat enim DEVS, quòd homo est peccabilis iuxta illud Salomonis. Non est homo, qui non peccet. Modo sicut in toto uniuerso unam creaturam per aliam gubernat corporaliter, sic etiam in spiritualibus. Vnde per doctos gubernat indoctos, per sapientes insipientes, imprudentes per prudentes, similiter indeuotos peccatores per deuotos, unde saluat peccatores, & eos conuertit per orationes sanctorum. Consimili modo quando per peccata populorum indignatur, uult per iustos reconciliari. Vnde præscius peccatorũ populi, quibus præsciebat se turbaturum, elegit Moysem non solum ducem & principem ad regendum populum, sed etiam ut mediatorem ad reconciliandum eum cum populo. Vnde quoties populus peccabat, & peccando DEVM ad iracundiam prouocabat, Moyses ut placatiuus reconciliator suis precibus DEVM placabat. Primo peccauit populus murmurando propter aquæ amaritudinem, & Moyses illum placauit. Secundo peccauit propter defectum panis, & Moyses illum placauit.

Secũda ratio.

Exo. 15. d

Exo. 16. a

Exo.17.a Tertio peccauit propter carentiam aquæ, & Moyses
Exo.32.a illum placauit. Quarto peccauit adorando idolum, id est
Num.11.a Vitulum aureum, & Moyses Placauit eum. Quinto
peccauit per concupiscentiam carnium, & Moyses pla-
Num.14.a cuit eum. Sexto peccauit contra exploratores terræ
Nu.20.a promissionis, et Moyses placauit eum. Septimo peccauit
Num.11.d per defectum aquæ, & Moyses placauit eum. Octauo
peccauit propter nauseam carnium; et Moyses placauit
Num.25.a illum. Nono peccauit propter filias Moab, & Moyses
Num.21.a placauit eum. Decimo peccauit propter laborem itineris, et Moyses placauit eum. Ecce quomodo Moyses fuit placatiuus reconciliator. Sed CHRISTVS fuit maior placatiuus reconciliator, quoniam Moyses reconciliauit DEVM uiuens, CHRISTVS autem mo-
Rom.5.b riens, Iuxta illud Apostoli. Reconciliati sumus DEO
Tertia ratio. per mortem filij eius par. 3.q.49.ar.4. Circa tertium est notandum, quòd CHRISTVS DEI filius et gloriosæ Virginis MARIAE fuit in Moyse, sicut figuratum in figura, sicut sanguine Santificator. Cum Moyses scripsisset præcepta, & cerimonias, & legisset coràm omni populo, accepit de sanguine Vitulorum oblatorum in sacrificium, & cum aspersorio aspersit populum dicens. Hic est sanguis fœderis, quod pepigit nobiscum DEVS super cunctis sermonibus his, & sic sanctificauit populum, id est, in fœdere confirmauit. Vnde dicitur uetus testamentum, & bene dicitur testamentum, quia cum testamentum, sumat efficaciam per mortem, ideo sanguine confirmatum est. Quòd autem ista sanctificatio fuerit CHRI-

STI, apparet, quoniam cum appropinquaret morti, sanguinem, quem erat effusurus in morte, uoluit dare discipulis ad bibendum dicens. Hic est sanguis meus noui & æterni testamenti, qui pro uobis, & pro multis effundetur in remißionem peccatorum. Moyses testamētum uetus in figuram noui confirmauit sāguine animalium, CHRISTVS uero suum testamētum nouum confirmauit per proprium sanguinem, quem cum Moyse populum aspersit. Mortuo autem CHRISTO, testamētum suū sortitur effectum, quia per ipsum sanguinem aperta est hæreditas. i. Cœlestis ianua paradisi. par. 3. q. 49. ar. 5. & sic patet tertia ratio, qua declaratur, quòd CHRISTVS DEI. & Gloriosæ Virginis MARIAE filius fuit tanquam figuratum in figura in Moyse absconditus. Quarta ratio est, quia miraculorum operator. Circa hoc est notandum, quòd sicut legatus perueniens ad locum suæ legationis primum quod ordinatè facit, est manifestatio suæ autoritatis, sic Moyses uocatus à Domino ad exponendam legationem uidelicet, uidens uidi afflictionem populi mei, & descendi liberare eum. Dixit Moyses ad Dominum, non credent mihi. Tunc DEVS tradidit ei bullam, cuius appensione literæ suscipiunt firmamentum. Bulla autem DEI, siue sigillum, siue signum notarij est miraculum: sic enim per opus diuinum probatur uerbum esse diuinum, & per consequens uerum. Tunc DEVS legationi comissæ Moysi apposuit sigillū. s. dando sibi auctoritatem faciendi miraculum, quo populus et Pharao crederēt uerbis suis, Fuerunt autem

Matt. 26. c.

Quarta ratio.

tria miracula, quibus probauit ei dominum apparuisse, & eam legationem comisisse, Conuersio uirgæ in colubrum, & e contrario, manus leprosa facta & sanata; Aquarum conuersio in sanguinem, & cætera miracula facta p plagas afflictiuas, et quãuis miracula fuerint uera, non tamen habuerunt finalem effectum, & hoc propter indurationem cordis Pharaonis, qui duos effectus in se & suis sensit. Primus enim fuit ultima plaga scilicet mors primo genitorum. Secundus fuit sumersio Pharaonis, & sui exercitus Aegyptiorum in mari rubro. Similiter habemus de CHRISTO, qui cum uellet incipere pronunciare suam legationem eo primo baptizato, & conuocatis discipulis, uocatus ad nuptias ostendit suam diuinitatem per opus diuinum scilicet per miraculum faciens non ut Moyses de aqua sanguinem, sed de aqua uinum, in quo erat cœlebraturus sui sanguinis sacramentum, & sequitur & crediderunt in eum discipuli eius. Sed nota magnam diferentiam inter miracula CHRISTI, & Moysi. Nam Moyses erat DEI instrumentum disiunctum, & quanquam haberet gratiam miraculorum à DEO, non tamen illa miracula faciebat propria uirtute, sed uirtute à DEO data, unde ut instrumentum DEI poterat quidem facere miracula, sed hanc uirtutem non poterat in aliquem alium transfundere. Modo CHRISTVS, ut DEVS faciebat miracula propria uirtute, et hãc gratiam communicabat alijs idest, discipulis, & maxime, quando ascẽdit super cœlos. par. 3. q. 43. ar. 4. Fuit igitur uere in Moyse absconditus, ut figuratum in figura miracu-

Exo. ca. 4. usq; ad. c. 15.

Ioan. 2. a

Mar. 16. c. d

lorum operator. Sed sicut miracula per Moysem facta non habuerunt effectum in Aegyptiis, donec fuerunt submersi in mari rubro, sic miracula CHRISTI *non habuerunt effectum in Iudæis, donec ad finem mundi perueniamus, et tunc Israel sanctus erit. Circa quintum est notandum, quòd* CHRISTVS DEI, *et gloriosæ uirginis* MARIAE *filius fuit uerè in Moyse absconditus, tãquàm figuratũ in figura, quoniam fuit uerus amator. Circa hoc est notandum, quòd uerus amator facit tria. Primo amato bona procurat frequenter. Secundo aduersa remouet frequenter. Tertio mala tollerat patiẽter. Propter primum est sciendum, quòd cum amare sit uelle bonum, sic uerus amator non solum uult amari, sed etiam uult ipsi amato bona tam spiritualia, quàm temporalia, quibus indiget ad spiritualia exercẽda, ut, opes, ut corpus, & membra, ut corporis incolumitatem ut uirtutes, ut amicos, ut peccatorum cõtritionem, oris confeßionem, operum satisfationem, sacramentorum collationem. Cum autem Moyses fuerit populi uerus amator, non solum amauit populum, sed etiam amauit bona necessaria populo. 22. q. 25, ar. 1. et. 2. 1. q. 4. per totum. Hanc perfectionem amantis habuit Moyses, quoniam nõ solum amauit populum, sed etiam amauit populo necessaria, & hoc non tepide, sed calide, & feruenter. Quod patet cum decem uicibus apparuerit coram Pharaone pro ipsius populi libertate. Circa secundum est notandum, quòd in hac uita non solum concurrunt prospera, sed etiam aduersa: unde sicut uerus amator procurat suo amato bona, ita etiam remotionem*

Quinta ratio.

Verus amator facit tria.

Gen. i pluralibus locis.

xis. mala remouit Moyses a populo amato.

malorum, nec solum semel, bis, ter, & quater; sed etiam
Exo.13.d. frequenter. i. totiens, quotiens est opportunum. Vnde
cum populus fugeret de Aegypto & Pharao cum exer
citu insequeretur. impetrauit contra periculum nebulam
obscuram abscondentem populum ab oculis Aegyptio-
Exo.14.d rum de die, de nocte autem illuminantem. Cum perue-
nisset ad mare rubrum sine nauibus impetrauit à Do-
mino uiam aridam stantibus aquis pro muro ad dexte-
ram & ad sinistram. Sed cum Aegyptij etiam per ma-
re insequerentur populum, impetrauit à domino Aegy-
Exo.15.d ptiorum et Pharaonis submersionem. Cum peruenissent
in desertum Sur, & tribus diebus circuissent per solitu
dinem, non inueniendo aquam ad bibendum, & cum in
Marath inuenissent aquam, sed amaram, impetrauit à
Exo.16.d Domino aquarum dulcedinem. Sed quintodecimo die se-
cundi mensis cum defecissent uictualia, nec haberent pa-
nem ad manducandum, impetrauit à Domino panem de
Exo.17.b cœlo scilicet Manna. Cum uero in deserto sim perue-
nissent ad desertum Raphidin, ubi non erat aqua, im-
Exod.18. petrauit à Domino aquam de petra. Cum essent sine re-
cũ seq. gula, & sine lege, iamq; peruenissent in desertum Sinai,
Exod.25. impetrauit eis à Domino leges. Sed quia habentes le-
cum seq. gem carebant loco uno, ad quem congregarentur &
per uisibilem locum cognoscerent, amarent, conuenirent
ad DEVM inuisibilem, impetrauit eis tabernaculum.
Exo.32.a Cum autem ipse ascendisset montem Synai pro tabulis
legis, & interim populus adorasset Idolum, & sic pro-
uocasset DEVM ad iracundiam, ipse suis orationi-
Deut.9.d bus DEVM placauit. Iterum ascendens montem Sy-

nai ad placandum DEVM *quadraginta diebus, & totidē noctibus stetit sine cibo, & sine potu. Cum autem gemerent tædio mannæ, impetrauit eis carnes. Sed cum præcepto domini misisset duodecim uiros ad exploran das terras promißionis, commotusq; fuisset* DEVS *ad iram contra populum murmurantem seditione quorundam de exploratoribus, ob quam murmurationem uoluit illos* DEVS *disperdere, nisi oratione Moysi fuisset placatus. Cum in deserto Sim iterum murmurasset populus propter carētiam aquæ, iterum Moyses impetrauit aquam de petra & diuinam reconciliationem. Ecce quomodo Moyses uerus amator non solum bona procurauit populo feruenter, sed etiam aduersa remouit frequenter. Circa tertium dico, quòd uerus amator mala tollerat patienter. Circa quod est notandum, quòd experimētum ignis magni est accensio lignorum, quæ quanto magis imponuntur, tanto amplius inflāmantur. Est autem experimentum probatum, quòd ignis est magnus, quando super aqua apponitur bis, & ter, & in magna quantitate, nec ignis extinguitur, sed magis inflāmantur. Sic etiam est de amore amantis uerè, cum amatus suscipit bona, & amanti tribuit mala, quod quidem experimentum fuit repertum in Moysè, cui populus pro bonis acceptis, & pro malis admotis semper populus ingratus reddidit eidem mala. Sed est mirabile, quod cum aqua iniuriarum, & ingratitudinis semper ignis sui amoris fuit magis accensus, & in amore perseuerauit, & ut clarius intelligatur adducam ad propositum aliqua pauca exempla. Tollerauit patienter in-*

Num. 11. g

Num. 14. f

Num. 20. a

Octo iniurias illatas a Iudæis Moyses patienter tulit.

putabant Moysi. Tollerauit patienter murmurationem contra ipsum factam de nausea mannæ, ob quam causam misit in eos ignitos serpentes. Sed ut sumatim loquar dico, quòd in tantum amauit hunc ingratum populum, quòd petit à DEO, ut aut DEVS parceret populo, aut ipsum deleret de libro, in quo ipsum scripserat, scilicet de libro uitæ. Audistis quomodo Moyses fuit uerus amator tam in procurando bona feruenter, quàm in remouendo mala frequenter, & tollerando aduersa patienter. Sunt autem hæc tria adaptāda CHRISTO, ut sic pateat, quomodo fuit in CHRISTO absconditus, sicut figuratum in figura: et ideo dico, quòd CHRISTVS fuit uerus amator. Primo nobis suis amatis prouidendo feruenter. Quis potest prouidere melius, quàm CHRISTVS, qui dedit nobis suam diuinitatem, suam humanitatem, scilicet animam, & corpus, qui nos liberauit à morte pœnæ æternæ, à morte pœnæ temporalis, qui nos liberauit à potestate dyaboli, qui nos reconciliauit patri, qui nobis aperuit ianuam paradisi? & hoc per suam paßionem, quæ comparata ad suam diuinitatem sic nos saluat per modū efficientis, id est ut persona agens nostram salutem, scilicet per modum humanitatis tanquàm per instrumētum. Quæ etiam paßio comparata ad animam CHRISTI, ad eius uoluntatem plenam gratiæ & charitatis, sic nos saluat per modum meriti, quia tanquàm caput meruit nobis suis membris nostram salutem. Quæ insuper paßio comparata ad carnem CHRISTI sic nos saluat per modum satisfactionis, sic enim liberamur à seruitu-

Octaua, Num. 21. b

Exo. 32. g

Chrs verus amator.

te, & à reatu pœnæ. Quæ CHRISTI paßio cõparata ad culpã nostram, sic nos saluat per modum redemptionis: quæ tandem comparata ad patris reconciliationem, sic nos saluat per modum sacrificij, scilicet inquantum reconciliamur DEO. par. 3. q. 48. articu. 6. argu. 3. Ecce quomodo CHRISTVS ueluti alter Moyses est uerus amator prouidendo necessaria ad salutem feruenter. Secundo est CHRISTVS uerus amator, remouendo mala frequenter. Non ne remouet peccatum originale, peccatum mortale, & peccatum ueniale pœnam æternam in inferno, pœnam temporalem in purgatorio, & hoc in sacramento baptismi, ita ut nouiter baptizatus hinc abiens sic per CHRISTVM nullam patitur pœnam cunctorum peccatorum, ac si ipse baptizatus fuisset crucifixus? par. 3. q. 69. articu. 1. Nonne hic est uerus amator, uultq; quoties peccator accedit ad sacramentum pœnitentiæ, toties peccata remittantur? par. 3. q. 86. artic. 1. Ecce igitur quàm frequenter hic uerus amator remouet mala frequenter. Tertio CHRISTVS est uerus amator aduersa tollerando patienter. Quis est ille, qui patientius tolleret iniurias? Nam quidam ipsum manducant cum Iuda in peccato mortali communicantes. Quidam cum Iuda salutant, osculantur, & amplexantur proximum occulté odientes. Quidam in faciem percutiunt contra serenam conscientiam operantes. Quidam caput & barbam depilant ut scandalosi alios suis exemplis ad infernum mittentes. Quidam colaphizant auctoritatem malignantium usurpantes. Quidam contra CHRI-

STVM testificantur, ut periuri in iudicio & extra iudicium iurantes, scilicet falsè. Quidam in concilio reum mortis deliberant falsas sententias pronunciantes. Quidam ducunt ad Pylatum clericos ad seculare iudicium trahentes. Quidam CHRISTVM flagellant ad columnam seruos CHRISTI & facto & uerbo persequentes. Quidam ad coronam CHRISTVM illudunt, ut religionem exeuntes, religionem mutantes, ad arctiorem regulam confingentes. Quidam cum Petro negant, ut apostatæ. Quidam uestem diuidunt, ut scismatici. Quidam tunicam sortiuntur, ut simoniaci. Quidam blasfemant ut hæretici. Quidam porrigunt potum amarum per conscientiam erroneam. Quidam se suspendunt cum Iuda desperantes, et sic patet quomodo CHRISTVS cum Moyse est uerus amator.

Sexta ratio, quare CHRISTVS DEI, et gloriosæ uirginis MARIAE filius est in Moyse absconditus tanquàm figuratum in figura est, sicut dux & liberator. Est notandum, quòd in geneologia saluatoris non solum nominantur patriarchæ & reges, sed etiam duces, ut Zorobabel & Moyses & in libro iudicum habemus tantum duces: in libro autem Deuteronomij post Moysen habemus Iosue. Vnde sicut Moyses conduxit populum per mare Rubrum, & per loca deserta usque ad flumen Iordanis, ita Iosue conduxit populum à flumine Iordanis usque ad terram promißionis conclusiue, uolens autem loqui de hoc ducatu non plura dicam, quā illa, quæ per Moysen dicta reperiam. Quòd autem Moyses fuerit testis de CHRISTO ipse CHRI Sexta ratio.

de trina CHRISTI unctione. Secundo de utriusque domini passione. Tertio de CHRISTI efficaci oratione. Quarto de CHRISTI sedata persecutione, & gloriosa resurrectione. Quinto de populi illesa gubernatione. Circa primũ, in quo dico quòd Moyses in suis psalmis de CHRISTO loquens, loquitur de trina CHRISTI unctione, & hoc facit in psalmo primo, qui incipit: Bonum est confiteri domino, uersi. Et exaltabitur sicut unicornus cornu meum & senectus mea in misericordia uberi: in Hæbreo habetur & linitio mea in oleo ramoso, idest abundanti. In Hyeronimo autem habetur & senectus mea in oleo uberi, ubi est notandum triplex tempus. scilicet Iosue. Dauid, & CHRISTI. Iudæi nanque tempore quasi puerili habuerunt uictoriam magnam mortuo Moyse, & contra omnes reges Cananæorum numero. xxxi. Tempore autem Dauid, quod fuit tempus iuuentutis per Dauid habuerunt magnas uictorias contra Philistim. Quod tempus respectu temporis Iosuæ, est tempus senectutis, de quo inquit Moyses spiritu prophetico. Senectus mea in oleo ramoso & uberi, & hoc dicitur propter ubertatem unctionis, quoniam fuit ter unctus. Primo enim fuit unctus in domo patris per Samuelem. Secundo fuit unctus super tribum Iuda. Tertio fuit unctus super totum regnum Israel. Et bene inquit in misericordia uberi, quoniam Dauid fuit unctus non solum pro persona sua; sed etiam pro filijs ab eo descendentibus. Quod processit ex magna DEI misericordia. Ad propositum autem de CHRISTO dico, quòd tempus CHRISTI di-

Nota quique de ducatu Christi secundum psalmos Moysi.

Primum. Psal. 91. b

1. Re. 16. c

2. Reg. 2. a

2. Reg. 5. a

2. Re. 7. b

citur senecta respectu temporis David: generatio enim CHRISTI est ultima generatio, & est uberior cunctis præteritis, in qua CHRISTVS nos regit oleo gratiæ, et misericordiæ: sic ipse CHRISTVS dicitur unctus primo ut rex, secundo ut propheta, tertio ut sacerdos, & est unctus saluandis in lege naturæ, in lege scripturæ, in lege gratiæ, & sic Moyses loquitur de ducatu CHRISTI sub umbra David, cuius ducatus CHRISTI ipse Moyses suo ducatu fuit figura, in qua CHRISTVS fuit ut figuratum abscondi-tus, ut dux, & gubernator. Circa secundum, ubi dico,

Secundũ. *quòd Moyses in suis psalmis tractat de utriusque dominij poßeßione, sicut dux et liberator antequàm Iosue aliquid populo præciperet tanquàm dux, primo fuit per*

Deut. 31.b
Iosue. 1.a *Moysen institutus dux populi. Demum à domino fuit confirmatus, in qua confirmatione cœpit ducatus pos-*

Iosue. 1.b
Exo. 4. *seßionem, quo facto incœpit præcipere principibus populi, ita et Moyses fuit dux populi institutus in Madian. Cum autem peruenisset Aegyptum & fecisset signa in conspectu populi, credidit populus, & sic Moyses cœpit possesionem ducatus. Quo facto comparuit coràm*

Exod. 4. *Pharaone, similiter CHRISTVS institutus à DEO dux, natus in Bethlem cœpit possessionem in flumine Iordanis, quia apparuit pater in specie uocis et spiritus sanctus in specie colombæ & uox patris ipsum confirmantis audita est. Hic est filius meus dilectus,*

Matt. 3.d *ipsum audite: quo facto presentauit se contra dyabolum ad pugnam uicturum & demum incœpit exercere officium suum uocando duodecim apostolos. Insuper in-*

cœpit ut dux populi imperare creaturis, scilicet faciendo miracula, quorum primum fuit conuersio aquæ in uinum, & tandem tot sunt, quæ ipse egit, quòd totus mundus non caperet. Moyses non conduxit populum, nisi usque ad Iordanē Iosue non conduxit, nisi à Iordane ad terrā promißionis, sed CHRISTVS cōduxit populū usq; ad Iordanis baptismū, et hoc dū formauit ecclesiam per sacramenta, quorū ianua est baptismus, et ita continuat conducere populū cū Moyse. Sed à baptismo Iordanis conducit populum secundum cum Iosue duce usq; ad terram promißionis, non terrenæ, sed cœlestis, dum cum suo crucis uexillo intrauit limbum & sanctos patres ueteris testamenti inde eduxit. In die autem ascensionis intrauit paradisum cum toto populo, & sic apparet, quomodo accepisset possesßionem utriusque populi, scilicet ueteris testamenti usque ad Iordanem, & noui usque ad iudicium. Hoc autem præuidens Dauid in spiritu prophetico composuit psalmum. Dominus regnauit, scilicet CHRISTVS exultet terra, lætentur insulæ multæ. in quo psalmo loquitur de CHRISTI ducis uictoria & potestate, de CHRISTI ducis & iudicis auctoritate, de omnium creaturarum subiectione, de CHRISTI ducis omnium angelorum ueneratione de CHRISTI ducis generali triumphatione, de CHRISTI ducis triunphantis congratulatione. Vnde patet quòd cum Moyse est dux liberator utriusque dominii possesßione. Circa tertium iudico, quòd CHRISTVS cum Moyse est dux, & liberator efficaci oratione. Inter cæteras uictorias, quas

Deut. per totum.

Iosu. c. 1.

Psal. 96.

Tertium.

ptura per digitum significatur spiritus sanctus. Vnde dixerunt Magi Pharaoni. Digitus DEI est hic. Et Psal. 39.c.
Dominus. In digito DEI eicio dæmonia, sic etiam brachium significat patris omnipotentiam iuxta illud. Fecit Luc.1.f.
potentiam in brachio suo, ita manus significat filium, & sic Moyses loquens de persona filij CHRISTI nominat ipsum CHRISTVM sub similitudine manus dicens loquendo sanctissimæ Trinitati. Dexteram tuam sic notam fac, & eruditos corde in sapientia, & concordat seipsum Moyses cum Dauid in Psal. quando dicit. Psa. 89.e.
Non enim scilicet patres nostri antiqui in gladio suo possederunt terram scilicet promissionis, sed dextera tua.i.filius tuus, & brachium tuum.i.tua patris omnipotentia & illuminatio uultus tui.i.demonstratio spiritus sancti, qui per digitum demonstrantem significatur. Psal. 43.b
Ecce quomodo sub similitudine manus CHRISTVS nominatur. Manus igitur Moysi eleuatio CHRISTI corpus in cruce extensum significat, cui nihil orando denegatur. Sic ergo concluditur, quòd CHRISTVS est Dux & populi gubernator efficaci oratione. Circa quartum, ubi dico, quòd CHRISTVS est Dux & liberator sedata eius persecutione per gloriosam resurrectionē. Est notandum, quòd Dauid spiritu prophetico prænunciat persecutiones sæuissimas, quas CHRISTVS erat passurus à Iudæis, & gentilibus, & etiam ab imperatoribus; sed præmittit, quòd erit gloriosus triumphator quantum ad se, & quantum ad suos. Vnde ad maiorem prophetiæ ueritatem utitur præterito pro futuro dicēs. Dominus regna- Quartum Psal. 92.a

uit scilicet CHRISTVS in paßione, decorem indutus est scilicet gloria corporis, qua corpus eius factum est lucidum, sicut sol, corpus illud plagis liuidum, sanguine cruentum in die prælij paßionis factum est totum rutilans, & sicut hoc factum est in ipso, item expectamus, quod erit in suis. Vnde Dauid tractãs de hac re-
Psal. 15.b surrectione sic in persona CHRISTI inquit. Quoniã non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Quem uersum beatus Petrus allegat in actibus apostolorum. Quem scilicet,
Act. 2.d. CHRISTVM DEVS suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impoßibile erat teneri illum ab eo. Modo in hac sua resurrectione atq; ascensione finita persecutione, sicut resurrexit gloriosus, sic & quantum ad omnia sua membra, & quantum ad totum eius corpus misticum resurget. Vnde bene prophetauit Dauid dicens. Dominus regnauit: i. regnabit decorem indutus est scilicet, splendorem gloriæ. Circa Quintum, ubi dico, quòd CHRISTVS fuit Dux & guber-
Quintum. nator illesa gubernatione, est notandum, Quòd Moyses Dux populi conducendo populum de Aegypto ad terram promißionis duxit ipsum per deserta plena draconibus, serpentibus, leonibus, & multis nociuis bestijs, nec fuit unquàm auditum, quòd per quadraginta annos aliquis fuerit conquestus de morsu, uel de ueneno quocunq;. Vnde Moyses reducens populo ad memoriã
Deut. 8.c tam grande beneficium, sic ait. Dominus ductor tuus fuit in solitudine magna, atq; terribili, iniqua erat serpens. i. species serpẽtis. Vnde erant serpentes statu adu-


rentes &c. nec memorat omnes species serpentum, sed aliquas, in quibus aliæ species intelliguntur. Sed sicut Moyses populum per Dracones, serpentes, aspides, basiliscos, & alios cõduxit illesum, sic CHRISTVS dux conduxit, conducit, & conducet suos ad uitam æternam electos sine lesione. Hoc autem prophetauit Dauid dicens CHRISTO. Super aspidem & basiliscum ambulabis & conculcabis leonem & draconem scilicet, illesum. Per has bestias uenenosas & mortiferas intelliguntur Dæmones, & homines diabolici. Vnde sicut bestiarum quædam offendunt uisu, quædam flatu, quædam gustu, quædam morsu; Sic quidem Dæmones & homines Dæmoniaci offendunt uisu uano & lubrico, & per uisum multos trahunt ad peccatum. Quidam flatu malæ famæ, ut sunt peccatores infames. Quidam tactu scilicet, luxurioso. Quidam gustu scilicet per peccatum gulæ. Quidam morsu detractionis, unde multi moriuntur in peccatis. Sed si sunt de numero electorum, ducatus CHRISTI non permittit eos mori in peccatis, quia CHRISTVS dux eorum unguento sacramentorum liberabit suos à quocumq; peccato. Vnde sicut Moyses duxit populum per deserta bestiarum sine lesione, sic CHRISTVS conduxit, cõducit, & cõducet per nemora et deserta huius uitæ sine finali lesione, & sic patet sexta ratio, quare CHRISTVS DEI, & gloriosæ uirginis MARIAE filius est in Moyse absconditus tanquam figuratum in figura. s. ut Dux & gubernator, & sic habemus sex principales rationes, & per consequens totam decimam figuram.

Psal. 90. c

DE CHRISTO FILIO DEI ABSCONDITO PRO SOLEMNITATE CORPORIS CHRISTI.



LIBER QVARTVS.



EXPEDITIS *de tertio libro, in quo est tractatum de sanctis patribus generantibus, idest de figuris animatis numero duodecim. Nunc autem tractandum est de figuris prophetantibus, idest de figuris inanimatis .s. sine anima rationali.*

PRIMA FIGVRA INANIMATA *fuit lignum Vitæ. Hoc lignum per* DEVM *plantatum fuit in terrestri paradiso, de quo loquens Augusti.* de Ciuitate Dei *lib.* 14. *sic inquit. Cibus aderat, ne esuriret, potus, ne sitiret, lignum uitæ, ne senecta illum dissolueret. Hæc figura exposita fuit in conuiuio corporis domini nostri* IESV CHRISTI, *hic non repeto.*

Prima figura inanimata ē lignum vitæ.

Secunda figura inanimata fuit arca Noę.

SECVNDA FIGVRA INANIMATA. *fuit Arca. Noæ & hanc posui in dominica oliuarum, & clarius supra libro tertio.*

Tertia figura inanimata fuit templum.

TERTIA FIGVRA INANIMATA. *fuit templum & tabernaculum, & de ea satis locutus fui in tertio libro.*

Quarta figura inanimata fuit altare.

QVARTA FIGVRA INANIMATA. *fuit Altare & de ea fui locutus satis prolixe.*

Quinta figura inanimata fuit arca fœderis.

QVINTA FIGVRA INANIMATA. *fuit Arca Fœderis, & de ea multa dixi, quare nõ oportet ulterius dicere.*

Sexta figura inanimata fuit sanguis.

SEXTA FIGVRA INANIMATA *fuit sanguis. Sub sanguine non solũ figurabatur sanguis, sed etiam caro* CHRISTI *ex sanguine concepta. Miror tamẽ quam plurimum, et certe mirandum est, quòd in duabus legibus antiquis, tam sollicite fuit prohibitus esus sanguinis, & nihilominus sollicite in noua lege fuerit imperatum, quòd omnino biberetur.*

Gen.9.a

Sub pœna nãq; effusionis proprij sanguinis præcipitur quòd sanguis humanus non effundatur, neq; comedatur.

Leui.17.c.

Quod uerò strictè DEVS *replicauerit hoc præceptum seruari in lege Moysi, & sub quibus pœnis, & propter quas causas multum ample ostendit* DEVS

Deut.12.c.

in Leuitico. Confirmatur autem hoc præceptum per Moysen, Deuteronomio. Ad huius controuersiæ sedationem, & ueteris, ac nouæ legis concordantiam dico, quòd DEVS *prohibuit esum sanguinis propter septem rationes. Primo ad comendandam obedientiam. Sic nanque dedit homini custodiam paradisi, non feris,*

Nota rõnes feptẽ quare Deus ꝓhibuit esum san-

quæ erant homini obedientes, neque latrunculis, qui nõ reperiebantur, sed dedit paradisum homini custodiendum.i.ut homo sic se custodiret, ut non perderet illum. Verba sunt hæc Augustini super Gen. & hoc propter unius præcepti obseruantiam, uel transgressionem, scilicet præcepti de esu ligni.s.boni & mali scientiæ. Dedit etiam in lege Moysi præcepta obediẽtiæ, quibus homo custodiret se ipsum.s.custodiendo ea. Sic enim loquitur Moysi DEVS dicens. Custodi temetipsum, & animam tuam sollicite. Ecce quomodo in lege naturæ & scripturæ uult hominem exercitari in diuinis præceptis, quorum custodia est custodia sui ipsius, sic in proposito sicut DEVS dedit homini præceptũ prohibitionis esus ligni ad exercitium obedientiæ, sic dedit præceptum in utraque lege ueteri prohibens esum sanguinis. Quoniam sic dixit Adæ & Euæ. Dedi uobis omnem herbam in cibum & ex omni ligno comedetis, excepto ligno scientiæ boni & mali, & hoc sub pœna mortis. Sic etiam facto diluuio dixit Noæ & filijs suis. Ecce omnia uirentia, omnia uiuentia, omnes pisces, & omne, quod mouetur, & uiuet quasi olera uiuentia tradidi uobis in cibum, excepto quòd carnes cũ sanguine non comedatis. Primi igitur parentes habuerunt unum præceptum prohibitiuum, scilicet ad exercitium & cõmendationem obedientiæ. Similiter hi patres generationis habuerunt unum præceptum prohibitiuum & hoc ad exercitium & obedientiæ commendationem, Secundo prohibuit DEVS esum sanguinis ad euitandam idolatriam. Quadringentis triginta

guinis. Prima rõ. Ge.2.a.b

Deut. 4.b

Gen. 2.c.

Gen.9.a

Secũda ratio.

annis steterat populus DEI in Aegypto, & uiderunt suas cerimonias, quibus colebant idola. Inter alias autem cerimonias obseruabant, quòd multum sanguinem effundebant, & congregabant in uno loco, quo congregato simul sanguinē in honorem Deorum suorum comedebant. Vnde DEVS uolens suum populum esse nitidum à tali idolatria, præcipit, quòd carnes non comederent cum sanguine, quinimo si sanguis effundebatur etiam bestiæ, uolebat DEVS, quòd non solum sanguis effunderetur super terram ueluti aqua, sed etiā præcepit, quòd sanguis operiretur terra; & sic patet secunda ratio, qua DEVS prohibuit esum sanguinis. 1.2.q.102.art.6.arg.1. Tertia ratio quare DEVS prohibuit Iudæis esum sanguinis, fuit ad deprimendam crudelitatis ueneficiam. Communiter populus Iudaicus fuit crudelis in spargendo sanguinem humanum, & præcipuè sanguinem sanctorum patrum prophetarum, et quia sicut lupus efficitur rapa gustato humano sanguine, & sic ipsi Iudæi effuso semel sanguine humano cito ad talem effusionem assuefiunt. DEVS autem ut summa prouidentia uolens Iudæos compescere, & ne ad sanguinis humani effusionem essent audaciores per id, quod est minus, prouidit corrigere id, quod est maius. Vnde per probitionem effusionis sanguinis animalium uoluit eis prohibere comestionem sanguinis hominum. Ad deprimendā igitur ueneficiciā crudelitatis præcepit, quòd nō comederent carnes cū sanguine. par. 2.q.102.ar.6.arg.1. Quarta ratio quare DEVS prohibuit Iudæis esum sanguinis ad

Tertia ratio.

Quarta ratio.

præcauendam

præcauendam immanem sententiam. Immanis est sententia, qua Iudæi in suo concilio iudicauerunt CHRISTVM reum mortis, immanior, quando abiectis persuasionibus Pylati clamauerunt crucifige crucifige eum, sed addendo mala malis immanissima fuit illa sententia, quando se, & suos filios obligauerunt ad pœnam talionis clamantes, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Mat.27.d *DEVS autem uolens prouidere huic iniquitati, ne essent faciles ad clamandum, & ad proferendam criminalem sententiam, per quam obligarent filios natos ad sui sanguinis effusionem præcauens in futurum prohibuit esum sanguinis. Quinta ratio, quare* Quinta rõ *DEVS prohibuit Iudæis esum sanguinis fuit ad extollendam sanguinis CHRISTI reuerentiam.* Hoc *præceptum cum fuerit cerimoniale, figurabat sanguinem CHRISTI. Nam sicut comestibilia ueteris legis erant in quarto gradu cerimonialium, scilicet post sacra, post sacrificia, & post sacramenta, ut. 1.2.q. 102.ar.4.in fine R. Sic horum præcepta figurantia cessare debebant in aduentu ueritatis, scilicet CHRISTI. ea.par.q.103.ar.4. Vnde Paulus. Nemo uos* Colo.2.d *iudicet in cibo, & potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum. Sanguis autem, qui non comedebatur cum carne, nunc bibitur calice; & ubi prohibeatur, ne biberetur, nunc præcipitur, ut bibatur. Sanguis, qui consueuerat operiri terra, nunc salit in calice, & quanto magis fuit prohibitus in lege ueteri, tanto habetur in maiori reuerentia in lege noua. Sic igitur DEVS prohibuit*

esum sanguinis in ueteri testamento, ut cum maiori reuerentia tractaretur in nouo. Sexta ratio, quare DEVS *prohibuit esum sanguinis, fuit ad gratificandam licentiam. Videmus & experimento probamus, quòd res, quæ longo tempore desideratur, cum habetur magis gratificatur.* Nam *per totum annum abstinemus à carnibus bis in hebdomada & in die dominico gratam habemus licentiam: sed talis licentia fit gratior, si in hebdomada concurrerunt uigiliæ, uel temporalia propter præcedentem abstinentiam longiorem, cum autem abstinentia quadragesimæ sit multum longa, sanctum pasca nobis est pergratum propter longum desiderium præcedens. Vt igitur cibus sanguinis & potus tã in calice, quàm in cruce esset nobis magis gratus,* DEVS *longo tempore prohibuit suo præcepto negatiuo, & tandem in ultima cœna dedit licentiam edendi carnem suam cum sanguine, & bibendi sanguinem in potu. Sic igitur sit hæc sexta ratio, quare* DEVS *prohibuit esum & potũ sanguinis in ueteri testamento, scilicet ad gratificandum licentiam in nouo. Septima ratio fuit ad alliciendam complacentiam.* Notate, *quòd allicere est cum delectatione trahere. Sic enim ramus uirens trahit ouem & agnum, mel trahit ursum.* Modo CHRISTVS *ut auidè hoc præceptum acceptemus, in hoc sacramento abscondit se tam delectabiliter, quòd meritò allicit cuiuscunque complacentiam.* Et *si pater æternus, pater cœlestis, pater generalis omnium habuit complacentiam in* CHRISTO, *dum paßibilis erat, non ne debuit allici complacentia apo-*

Sexta rõ.

Septima ratio.

stolorum, quando in ultima cœna hoc sacramentum instituit, nec solum dedit carnem cum sanguine in cibum, sed etiam dedit sanguinem in calice in potum? Si enim pater in baptismate clamat. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, nonne quilibet filius adoptiuus eiusdem patris in cœna, quando datum fuit corpus de perse, & sanguis de perse in signum, quòd erat paßibilis & de propinquo expectabatur paßio, in qua anima separanda erat à corpore, & corpus à sanguine debuit dicere: hic est frater meus, filius eiusdem patris, in quo mihi bene complacui. Sed & si corpus paßibile & sanguis paßibilis, sic mentem ad tam suauem potum allicit, eos dico, qui expectabant mortem paßionis, quanto magis nos debet allicere corpus cum sanguine, & sanguis cum corpore, cum memoria passionis præteritæ, & cum spe gloriæ iam adeptæ? Non *enim præponitur nobis complacentia in sanguine effundendo, sed allicimur complacentia sanguinis recollecti, sanguinis uiui, sanguinis gloriosi. Vnde sicut cœlestis pater super* CHRISTVM *transfiguratum (que transfiguratio fuit speculum & imago gloriæ) clamauit. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui. Omnes alta uoce clamare debemus. Hic est frater noster cœlestis in corpore glorificatus. Si enim sic allecti fuerunt ad complacentiam, qui ipsum in ultima cœna sumpserunt paßibilem, multo magis nos debet allicere, dum dat se in potum impaßibilem & gloriosum.* Non *igitur mirum, si* DEVS *præcipit sanguinem bibendum, quem olim prohibuerat cum carne*

Matth.3.d

comedendum. Audistis quomodo exemplo patris debemus allici ad complacentiam. Quoniam uerò qui olim prohibuit sanguinem comedi cum carnibus, hodie præcipit quòd bibatur, quia totum hoc factum est ad alliciendam complacentiam, est utile ostendere, quæ & quot sunt quibus ad complacentiam cum patre cœlesti allicimur: & dico, quòd sunt ex parte CHRISTI allicientis, siue procedamus affirmatiuè, siue negatiuè septē, quæ nos alliciunt ad complacentiam. Primo CHRISTI inuitantis liberalitas sine auara tenacitate. Auarus uult præueniri rogationibus, supplicationibus, obsecrationibus & non exaudit; CHRISTVS autem præuenit humanum desiderium dicens. Desiderio desideraui hoc pascha manducare uobiscum, antequàm patiar, & antequàm homo formet suum uotum comesto pascha, idest agno dat secundum pascha, scilicet corpus & sanguinem suum dicens: Hic est calix sanguinis mei noui & æterni testamenti, accipite & bibite ex eo omnes. O libera uoluntas, ò liberum corpus, ò quàm auara tenacitas longè repellitur. Auarus uix dat micam Lazaro famelico, nec quidem dat guttam aquæ, neque cum canibus ulcera lingit, sed CHRISTVS liberalis, immo liberalissima liberalitas non rogatus inquit, accipite sine precio precium redemptionis, potum restaurationis, refrigerium flammarum; & bibite non pauci, non multi, sed omnes sine auro, sine argento, sine ulla commutatione. O quàm illecta complacentia allicit nos eius liberalitate, cum inquit. Accipite & bibite ex eo omnes. Omnibus enim dat bibere totum, quod ha-

Complura sūt, quæ alliciunt nos ad bibendum Chrsti sanguinem.

Primo.

Luc. 22.b

Mar. 14.d

Mat. 26.d

Luc. 16.e

bet cum omnibus porrigit totum, etiam si non nisi guttam sanguinis porrigeret. Secundo te alliciat irreuocabilis possessio. Auarus dat, & quod dat, sæpe repetit, quia nescit dare beneficium; CHRISTVS autem dat, & dando suum beneficium orat, & possessionem non reuocat, nec repetit, cum inquit, bibite, non enim dicit in uasis uestris recondite, & cito mihi reddite. Sed dit bibite. Quod enim bibitur, per uenas, per artarias, per occultas cellulas absconditur, & in alimentum corporis transformatur. Quomodo ergo potest donatio reuocari? quomodo potest beneficium repeti? certe non potest reuocari, et quia CHRISTVS intendit largiri suum sanguinem possessione irreuocabili, ideo ait. Bibite ex eo omnes, O quàm faciliter allicitur ista complacentia, ubi datur possessio sine deficientia. Tertio quia allicit, nec repulit depositi restitutione. Cum deponens suum depositum designat tibi, duo intendit, scilicet quòd depositum custodias, et quòd ad sui requisitionem depositum restituas. Hic deponens non te allicit ad complacentiam, sed grauat tuam conscientiam, ne igitur tantæ rei custodia animum tuum grauet, & pœna laboris atque timoris contristeris inquit CHRISTVS, non ut deponens, sed ut uerus amator trado tibi sanguinem dicens. Bibite ex eo omnes. Et quia complacentia impeditur per tristitiam, & tristitia rei habitæ nascitur ex timore perdendi rem, in qua stat complacentia, ideo quarto CHRISTVS dans suum sanguinem, ut alliciat complacentiam, non dat ut mutuans uolens, quòd restituatur, sed ut uerus amator. Vnde

Secuudo. Tertio. Mat. 26.d Quarto.

transferendo dominium, non dicit accipite, & pro loco & pro tempore restituite, sed inquit bibite. Et quomodo potest quisquam restituere CHRISTO sanguinem, quem ad bibendum propinauit? cum non mutet CHRISTVM in se, sed potius mutetur in CHRISTVM iuxta quod dictum fuit ab Augu. Nec tu me mutabis in te, sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. Si autem bibendo sanguinem CHRISTI mutor in CHRISTVM, non possum me reddere CHRISTO, quinimmo ipse CHRISTVS mihi debet reddere, quod pro meliori modo non faciet, quoniam in ipso manens, & in ipso mutatus, in ipso allicior ad allectiuam complacentiam, & ideo mutans prohibitionem in præceptum, ut uerus amator dat sanguinem dicens. Accipite & bibite ex eo omnes. Quinto CHRISTVS sanguinem olim prohibitum dat nunc in potum dicens. Bibite ex eo omnes tanquàm conductor & locator, & tanquàm mercator & fœlix negociator: ecce quomodo allicit complacentiam, dum locat nobis sanguinem suum dicens accipite & bibite & sic locando nobis sanguinem conducit animas nostras. Nos autem sibi locamus animas, ipse uero ad meliorandum conducit. Vnde sic locando allicit, & sic conducendo allicit ad complacentiam. O' quàm magnus mercator est iste, cui locamus animas nostras ad meliorandum, ò quàm fœlix negociator est iste, dum conducit animas tam delectabiliter. Merces nanque benè lucratur, cum electos multiplicat, & quilibet in ipso, & per ipsum & cum ipso melioratur. Vnde in nobis ipse complacet

Quinto.

& nos in ipso, & sic dat suum sanguinem non amplius prohibitum, sed ad præceptum suum omnino bibendum, & sic allicit nos ad complacentiam. Sexto allicit nos ad complacentiam, ut emptor, & uenditor. Suo nanque sanguine emit nos iuxta illud apostoli. Empti estis præcio magno glorificate & portate CHRISTVM in corpore uestro. Et ita nobis uendit, scilicet cœleste regnum iuxta illud Augu. in persona CHRISTI. Venale habeo, scilicet regnum cœlorum, tantum ualet, quantum habes. Sed quia caremus præcio ad emendum, reducamus nos ad modum patriarcharum, quando non erant pœcuniæ, permutemus rem pro re, dat ipse amorem, & nos ei demus amorem: dat ipse corpus mundum, & nos demus castum: dat ipse corpus cruentatum, & nos demus ei corpus mortificatum; dat ipse corpus ad manducandum, & nos demus spiritum per consensum; dat ipse sanguinem in potum, & nos demus stomacum mentis præparatum; dat ipse cœleste regnum, & nos demus mundum per contemptum, spiritum per obedientiam, & carnem castam, ecce quomodo allicit ad complacentiam. Septimo CHRISTVS allicit nostram complacentiam, ut creditor. Artifices & apothecarij alliciunt ementes suas merces cum longa credentia; expectant enim suos debitores per menses & annos: sic CHRISTVS ut bonus creditor dat nobis ad bibendum sanguinem suum, ad quem bibendum exigitur magna præparatio, ne indigne sumatur. Ad hanc autem præparationem fiendam quidam retardant per annum, quidam per duos, quidam per decem, quidam

Sexto.

1. Cor. 6. d

Septimo.

sunt, qui nunquam cõmunicauerunt, nisi in infirmitate: Sed ipse ut bonus creditor nos præstolatur quousque anima corpori coniungitur, ut tandem electos per hanc credentiam alliciat ad complacentiam; & sic habemus per septem exempla declarationem septimæ rationis, scilicet quare D E V S *prohibuit esum carnis cum sanguine, scilicet ad alliciendam nostram complacentiam. Sic autem* C H R I S T V S *filius* D E I *& gloriosæ uirginis* M A R I A E *fuit in sanguine figuratus quousque eius sanguis fuit in calice, & in cruce pro præcio, & pro potu propinatus.*

Octaua. ratio. *Octaua ratio, quare* D E V S *prohibuit esum & potum sanguinis, fuit ad demulcendam conscientiam, ad delitiarum affluentiam. Quot sint genera delitiarum, quot sint species, quot sint indiuidua, esset mihi impossibile enarrare. Et sicut impossibile est homini cœli numerare stellas, maris guttas, arenæ grana, sic impossibile est mihi, & tibi, ac cuiquam explicare; quæ & quot sint delitiæ propinatæ homini deuoto in usu sacramenti huius, & delicati potus sanguinis domini nostri* I E S V C H R I S T I. *Vnde*

Apoc. 2. e *bene dictum fuit à Ioanne. Vincẽti dabo manna abscon-*

Exod. 16. per totũ. *ditum, quod nemo nouit, nisi qui accipit. De manna quidem habetis, quomodo quadraginta annis pluit Iudæis in deserto. Habetis cuius figuræ, cuius coloris,*

Exo. 16. d *cuius magnitudinis erat. Habetis quomodo omnes colligebant sub eadem mensura, scilicet gomor. De sapore autem suo loquitur sapiens, dicens, quòd ha-*

Sapi. 16. c *bebat in se omnem saporem suauitatis. Si igitur habebat in se omnem saporem suauitatis, quis est ille, qui*

poßit omnes delicias sanguinis CHRISTI *numerare, qui non potest numerare omnes sapores, quos in se continebat illud manna?* O' *ineffabilis* DEI *omnipotentia.* O' *inexplicabilis* DEI *Sapiētia.* O' *Clementia infinita, quæ dispersa per innumerabiles creaturas in modico grano manne abscondisti. Mirum est tot sapores in creaturis cogitare, sed est mirabilius, quomodo simul in uno grano quantitatis coriandri omnis sapor cuiuscunque delectationis includatur. Sed si qui concreauit manna & non in aqua cum piscibus non in aere cum uolucribus, non in terra cum animalibus, & plantis, est tam mirabilis creando manna in cœlo angelico ministerio, ut homo non solum comedat cibū, scilicet panem de cœlo, sed etiam comedat panem angelorum. Quid mirabilius, quàm cogitare ipsum mãnæ creatorem esse in hostia, in calice, & in ore fideliter manducantium delectabiliterque bibentium?* Nec *dicit scriptura omnem saporem fuisse in sumentibus, in manducantibus, in bibentibus, sed dicit quòd manna in se, in se dico omnem saporem continebat, ad figurandum, quòd omnis ratio saporis continetur in hoc sacramento corporis* CHRISTI, *in hoc sanguine* CHRISTI. *Vt autem demulceret hominis cōscientiam, ut præberet suam præsentiam per delitiarum affluentiam in omni generatione prohibuit esum carnium cum sanguine totum seruando in hoc sacramento, in quo non datur sanguis sine corpore, nec corpus sine sanguine. Tam et si conclusum est, quòd in hoc potu sanguinis nouißimo est* DEVS *præsens*

& per consequens infinita potentia, infinita sapientia, infinita clementia ad diuersorum saporum spiritualium degustationem in infinitum procedendo, attamen de aliquibus paucis loquar ad fidelium consolationẽ. In tanta enim delitiarum affluentia diuersi diuersimodè nutriuntur, & gustant prout DEVS dispensat suas delitias in hoc sacramento. Nam quibusdam repræsentatur CHRISTVS passus. Quibusdam resuscitatus. Quibusdam intronizatus. Circa primum, in quo dico, quòd præsentatur CHRISTVS passus, est notandum, quòd cum hoc sacramentum celebretur in memoriam passionis CHRISTI comedentibus carnem eius cum sanguine, uel sanguinem bibentibus, ut plurimum fiunt repræsentationes de partibus passionum eius, & quales sunt præsentationes, tales sunt lachrymæ cum gemitibus, lamentationibus, & singultibus. Fit autem modis uiginti. Quibusdam enim repræsentatur CHRISTVS conquerens de proditore occulto, & hi fremunt spiritu, & se cum CHRISTO conturbant. Quibusdam CHRISTVS repræsentatur conquærens de scandalo futuro propter omnium derelictionem, & hi cum Petro promissionibus ad bellum se parãt. Quibusdam repræsentatur CHRISTVS in sanguinis sudore, & hi bibendo sanguinem feruescunt. Quibusdam repræsentatur CHRISTVS captus & ligatus, & hi bibentes sanguinem obstupescunt. Quibusdam repræsentatur CHRISTVS in consilio condemnatus, & hi in suspirijs resoluuntur. Quibusdam repræ-

Nota triplicẽ Christi repræsentationem.

Nota. 20. delitias in bibẽdo sãguinem Christi respectu passionis.

ſentatur CHRISTVS colaphizatus, decapillatus, depilatus, conſputus, alapis cæſus, & hi zelo accenduntur. Quibuſdam CHRISTO repræſentatur ad columnam flagellatus, & hi mente & corpore confringuntur. Quibuſdam CHRISTVS repræſentatur capite coronatus, & hi doloribus afficiuntur. Quibuſdam CHRISTVS repræſentatur ad mortem crucis condemnatus, & hi exceſſum mẽtis patiuntur. Quibuſdam CHRISTVS repræſentatur extra portam deductus, & hi cum matre & mulieribus in fletibus clamant. Quibuſdam CHRISTVS repræſentatur ſupra crucem extenſus, cruce clauis confixus, nudus & ſuper crucem eleuatus, & hi in omnibus ſenſibus CHRISTO conglutinãtur. Quibuſdam repræſentatur ut in cruce pendens pro peccatoribus orans, & hi ſtupore replentur. Quibuſdam repræſentatur latroni paradiſum promittens, & hi admiratione occupantur. Quibuſdam repræſentatur matri Ioãnnem pro filio conſignans, et hi compaſſionis lachrymas diſtillant. Quibuſdam repræſentatur tanquàm patri conquerens, cum ait, Heloy, & hi compunctionis lachrymas effundunt. Quibuſdam repræſentatur dum ſitiens ſitit, & mirrhatum potum miniſtri porrigunt, et hi deuotionis lachrymas fluunt. Quibuſdam repræſentatur clamans. In manus tuas comendo ſpiritum meum, & hi effundunt lachymas dilectionis. Quibuſdam repræſentatur cum inclinato capite emiſit ſpiritum, & hi in exceſſu mentis cum extaſi cũ MARIA membris diſſoluuntur. Quibuſdam re-

præsentatur quomodo sepulchro clauditur, & hi extra corpus omnino in cœlestibus rapiuntur. Quibusdam repræsentatur in sepulchro sigillatus, & hi DEO uniuntur, DEO inhærēt & in DEO cũ CHRISTO sepelliuntur. Affluentiam delitiarum uiginti habuistis pro ut bibentibus CHRISTI sanguinem repræsentatur CHRISTVS passus. Secundo bibentibus CHRISTI sanguinem repræsentatur quandoque CHRISTVS suscitatus, quibus parantur delitiæ numero quinque. Quibusdam repræsentatur in fulgore, sicut columna ignis præcedens populum fugientem dē seruitute, & hi in fide purificantur. 2.2.q.7.art.2. Quibusdam repræsentatur cum tremore fulguris ut filijs Israel & hi in timore humiliantur. ea.q.ar.1. Quibusdam repræsentatur ut gloria domini in nube lucida. & hi diuinitatem sub humanitate contemplantur, ut Moyses. Quibusdam repræsentatur in splendore, ut Moysi dum aspiceret in eum dominus ita ut non possent filij Israel respicere in faciē eius, nisi uelatam, & hi cunctis creaturis moriuntur, ut soli CHRISTO uiuant, ut Paulus clamans. Cupio dissolui & esse cum CHRISTO. Quibusdam repræsentatur in igne, ut Moysi, & hi amore in CHRISTVM transformantur, ut cũ Moyses uidit rubrum ardentem, & non comburentem. Qui autem sic gustat sanguinem CHRISTI his delitijs fruuntur in CHRISTO suscitato. Tertio repræsentatur CHRISTVS intronizatus. Primo ut DEVS in trono diuinitatis. Secunda ut

Quo modo repræsẽtat Christus suscitatus & dat quinque delicias.

Exo.13.d.

Exo. 19.c

Exo.40.d

Leuit.9.d

Exod,34. in fi.

Psal.1.d.

Exo.24.d

Exod. 3.a

pontifex in cathedra sanctitatis. Tertio ut Rex in sede maiestatis. Quarto ut iudex sedens in tribunali. Quinto ut triumphator in curru deitatis. Primo enim repræsentatur CHRISTVS DEI & gloriosæ uirginis MARIAE filius, ut DEVS in trono diuinitatis. Sedet enim ad dexteram patris. par. 3. q. 59. ar. 1. Secundo ut Pontifex in cathedra sanctitatis. Fuit enim simul sacerdos, pontifex, & hostia. ead. par. q. 22. articu. 1. & 2. Tertio ut Rex in sede maiestatis. Est enim successor Dauid & Solomonis. ead. par. q. 31. ar. 2. Quarto ut iudex sedens in tribunali ea. par. q. 59. ar. 1. Quinto ut triumphator in curru deitatis. ea. par. q. 53. ar. 3. arg. in oppositum. Et licet sit suscitatus gloriosus, & gloriose super omnes cælos ascenderit, attamen (nihil derogando suæ dignitati) ex aliqua dispensatione quandoque descendit. ead. par. q. 57. art. 6. arg. 3. Primo enim descendit ad Ioannem, & ille de corpore egreditur. Nam apparuit ei per aliquos dies antequam moreretur, unde delicate ex hac uita discessit; Inter delicias enim computatur quòd CHRISTVS discipulo morituro uisibiliter appareat. Secundo descendit ad Petrum, cui obuians ait. Domine quò uadis? & cum IESVS respondisset. Vado Romam iterum crucifigi; per hanc deliciam intellexit, quòd in breui erat Romæ crucifigendus. Tertio uenit ad Stephanum, cui portauit multas delicias, scilicet ostensionem cæli aperti, suam personam, & suã dignitatem, quia uidit IESVM stantem à dextris uirtutis DEI. Quarto descendit ad Paulum cum

Quomodo repræsentatur Christus intronizatus. v. modis.

Quo modo Chrs descendit postq̃ ascẽdit, & ad quos. s. ad quinq;.

delitijs, quoniã alij apostoli fuerunt uocati ad apostolatum de terra, & in terra à CHRISTO morituro, & ipse Paulus uocatus fuit de cœlo lumine circunsultus. Alij apostoli didicerunt euangelium à CHRISTO in terra, & ipse in cœlo raptus usque ad tertium cœlum. Quinto descendit ad Marcum & ad Dyonisium, & utrunque sic fuit consolatus, quòd suũ martyrium consolatoriè celebrauit. Sexto descendit ad Martham defunctam reddens sibi uices gratitudinis, ut sicut ipsa uiuens CHRISTVM suscepit in domum suam præparans sibi prandium, & in mensa ministrans; sic CHRISTVS uoluit in morte ipsam honorare, & exequias funeris sui solemniter celebrare, & sic eius anima cum multis delitijs ad cœlum uolauit. Quotidie autem descendit per gratiam luminis intellectualis animam inflãmantis. Sicut sol illuminat, & calefacit, sic CHRISTVS DEI uerbum descendens per gratiam illuminat potentiã intellectiuam per scientiam, sapientiam, practicam, & speculatiuam & in amore calefacit uolitiuam. Est enim sicut ignis illuminans intellectum, & inflãmans affectum. Hæ sunt duæ deliciæ, quas secum gerit, dum ad suos electos descendit. Sunt autem communes omnibus in gratia perseuerantibus, sed quales sint, & quantas gerat, dum eius sanguis bibitur, audite. Prima est culpæ remißio. Dum enim sanguis bibitur, uirtus spiritualis spiritualiter intenditur, & amor creaturarũ causa culpæ remittitur. Quanto autem magis bibendo sanguinem mens in amore DEI inflammatur, tanto

Decimũ deliciæ, quas gerit secũ quando p gratiã descendit.

Prima delicia ẽ, culpæ remißio.

amplius mens in amore DEI inflammatur, & à culpa peccati emendatur. Est ergo prima delicia culpæ remißio. Secunda delicia est pœnarum indulgentia. Qui enim bibit sanguinem CHRISTI morientis, per cordis compunctionem gustat amaritudinem fellis in cruce sitientis. Vnde participans cum CHRISTO pœnalitatem compaßiuè, participat etiam cũ CHRISTO de indulgentijs pœnarum indultiuè, sic igitur bibendo CHRISTI sanguinem pœna debita pro peccatis, aut totaliter remittitur, aut pro magna parte diluitur, & tanto plus, quanto bibitur frequentius. Tertia delicia est securitas. Filij Israel fuerunt tuti, & metu uacui à periculo mortis primogenitorum per intinctionem sanguinis agni super liminaribus. Sed attende diligenter, quòd maius est nutrimentum sanguinis CHRISTI, quàm sanguinis agni, & maior est intellectus animæ rationalis, quàm super liminare domus, & maius est consignare mentem sanguinem bibendo, quàm sanguine lignũ liniendo. Quarta delicia est intimiditas. Cum filijs Israel iuxta præceptum domini non exterminassent Cananæos, cumque eorum templa cum eorum idolis non confregissent, pro ut præceperat DEVS & eum quælibet tribus hoc mandatum præuaricata fuisset ad prædicationem angeli, fleuerunt, & clamauerunt, ad dominum. Ideo præcipitur à domino, quòd signentur signo thau omnes gentes in fronte. Si datur intimiditas his, qui atramento sunt signati in eorum frontibus, quanto magis debent habere intimiditatem, qui sunt signati in anima

Secunda delicia est pœnarum indulgentia.

Tertia delicia ē securitas.

Quarta delicia ē intimiditas.

Exod. 34. & Iesu. 7. & 8. Iudith. 2. Ezec. 9. b

caractere CHRISTI, & qui sanguinem suum bibūt in cruce effusum? quæ crux in signo thau fuit figurata. Et quantū sit maius bonum figuratum, quàm figura, tanto maius est insigniri cruce, quæ est quoddam figuratum, quàm insigniri signo thau, quod est figura. Est igitur hæc tota delicia, quæ datur à CHRISTO bibentibus eius sanguinem, scilicet intimiditas.

V. delicia est gaudiū sincerū.

Quinta delicia est gaudium sincerum. Sanguis iste, quem bibimus, datur sub specie uini, idest effectum uini habemus; ut sicut uinum lætificat cor hominis per spirituum multiplicationem, ita per hunc sanguinem potatum multiplicantur bona spiritualia, propter quæ mens impletur gaudio sincero sanæ mentis.

VI. delicia est nutrimentū.

Sexta delicia est nutrimētum nutritiuum. Vinum enim nutrit corpus, & sanguis nutrit spiritum, et nutriendo roborat, & roborando crescit, & crescendo dilatat. Vnde crescit sursum plus solito diligendo, & contemplando cœlestia, crescit deorsum contemplando terrena puerilia. Crescit dextrorsum purius diligendo amicos. Crescit synistrorsum, certius, & firmius diligendo inimicos.

VII. delicia ē refrigerū caloris mitigantium.

Septima delicia est refrigerium caloris mitigantium. Calor incenditur, dum corpus labore, uel itinere fatigatur: & ita etiam calor luxuriæ in nobis incenditur, quàmuis laboremus itinerando, uisitando loca sancta. Sed sicut potus uini refrigerat, & mitigat calorem corporis, sic potus sanguinis CHRISTI refrigerat, & mitigat incendium libidinis.

VIII. delicia est actualitas.

Octaua delicia est actualitas. Homo in cibo, & potu uiuit, sed non unà masticatione in prandio, nec uno bolo, nec

una refectione, sed pluribus refectionibus, pluribus bolis, & pluribus masticationibus, unde si pluries alimento utatur, & sic actualitate crebra, uitam conseruat: eodem modo uita spiritualis non conseruatur uno, uel pautioribus actibus uirtuosis, sed pluribus pluries multiplicatis. Cum autem deuotus pluries hunc potum bibit, in ipso causatur omnium uirtutum actualitas, quæ est potißima delicia. Nona delicia, est communicatio. Nanque sicut potus, & cibus communicant suam uirtutem capiti, & corpori, & omnibus membris, & pariter caput, & totum corpus, ac membra omnia simul communicant, sic in hoc sacramento per modum cibi, et potus præstito caput ecclesiæ CHRITVS *suam uirtutem, dona, & gratias communicat ecclesiæ suo corpori mystico, & ecclesia communicat omnibus membris, & omnia membra simul. Ecce quàm utilis sit hæc delicia, sine qua non uiuitur. Decima delicia est dilectio cum reuelatione dilectionis. Delectabile est multum amare, sed delectabilius est amari, & amare, sed delectabilißimum est scire se amare, et scire se amari. Quod scire maximè fit per signa, & per reuelationem. Modo cum* DEVS *uult reuelare alicui suo deuoto, quòd eum amat, & quòd eius amorem acceptat, inspirat, quòd sæpe eius sanguinem bibat. Vnde sæpe bibens significat sibi ipsi, quòd diligit* DEVM, *& quòd à* DEO *diligitur: et sic patent decem deliciæ, quas gerit* CHRISTVS, *dum de cœlo per gratiam descendit.*

Nona delicia est cõmunicatio.

Decima delicia est delectatio cum reuelatione.

SEPTIMA FIGVRA INANIMATA *est mons. Est autem triplex mons. Primus*

Septima figura inanimata.

enim est mons Armeniæ, super quem arca Noæ extollitur. Secundus est mons Synai, super quem lex Moysi scribitur. Tertius est mons Syon, super quē lex CHRISTI *in cordibus hominum imprimitur. Circa primum est notandum, q, quando magnū aquarum diluuium fuit à* DEO *factum, aquæ obtinuerunt terram centum quinquaginta diebus, quibus finitis requieuit arca super unum montem Armeniæ. Quæ arca significabat ecclesiam: quoniam sicut omnia animalia cum omnibus uolatilibus extra arcam mortua fuerunt, ita omnes extra ecclesiam* CHRISTI *sunt damnati ad ignem æternum, siue sint homines terreni, siue sint philosophi cœlum contemplantes. Et sicut in arca fuerunt animalia terrestria, & aues uolatiles, ita in ecclesia* CHRISTI *fuerunt homines uacantes uitæ actiuæ, & homines uacantes uitæ contemplatiuæ. Et sicut in arca Noæ fuerunt animalia munda, & immunda, ita in ecclesia* CHRISTI *sunt iusti & iniusti. Sicut in arca Noæ fuerunt octo animæ, quarum una fuit reproba, scilicet Cam: sic in ecclesia* CHRISTI *simul sunt electi, & reprobi. Et sicut ex arca exiuit coruus, & nunquam reddijt, ita multi sunt coruini, qui per baptismum intrāt ecclesiam, & per uitia, & peccata exeunt, & nunquàm per pœnitentiam reuertuntur. Et sicut columba emissa reddijt, sic multi peccatores exeunt arcam, idest ecclesiam* CHRISTI*, & tandem cum columba per pœnitentiam reuertuntur. Item sicut columba bis exiuit, & bis reddijt, semel uacua, & semel gerens ramum oliuæ, sic multi sunt peccatores, qui peccando exeunt arcam*

Arca Noe significat ecclesiam per duodecim rationes.
Gene. 8. a
Prima rō.
Secūda ratio.
Tertia ratio.
Gen. 7.
Quarta ratio.
Quinta ratio.
Sexta rō.
Septima ratio.

ecclesiæ, & aliquando reuertuntur sine ramo, idest sine perfecta confeßione, uel sine perfecta satisfactione, uel sine communione, attamen quia sunt electi ad uitam æternam, demum reuertuntur cum ramo oliuæ uirentis, idest cum perfecta contrictione, confeßione, & satisfactione, & cum sacramentali communione. Et sicut arca requieuit super altißimum montem Armeniæ; sic ecclesia requiescit super CHRISTVM, qui est mons DEI, mons pinguis, in quo beneplacitum est DEO habitare. Psal. 67.d Est.n. CHRISTVS mons altus super omnes mõtes per gratiã unionis. par. 3. q. 7. art. 2. arg. 1. per quã gratiã ecclesiam suam sanctam defendit, conseruat, et à diluuio peccatorum præseruat. Et sic patet, quomodo CHRISTVS filius DEI, et gloriosæ uirginis MARIAE tanquàm figuratũ in figura fuit absconditus in mõte Armeniæ arcã substentante. Sed est, qui dicat, quomodo arca. i. ecclesia requiescit super CHRISTVM? Respondeo, quòd requiescit quatuor modis. Primo, quia est generale caput omnium membrorum ecclesiæ, quæ membra uniuntur sibi per gloriam, quæ sibi uniuntur per gratiam, quæ sibi uniuntur per fidem informem, quæ sibi uniuntur in potentia ad actum reducenda, quæ sibi uniuntur in potẽtia quæ nunquàm reducetur ad actum. par. 3. q. 8. articul. 3. in R. Ipse enim est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed etiam totius mundi. Secundo, quia est caput omnium præsentium, & futurorum electorum, qui sibi uniuntur in ueritate, & omnium patrum antiquorum, qui ei uniebantur in umbra, & est imagine, & uelamine figuratum.

Ecclesia Christi requiescit super Christum quatuor modis.

Primus modus.

Secundus modus.

Tertius modus.

eo.ar.arg.3. Tertio, quia sicut arca conseruabat introductos, ne submergerentur, & ipsi et arca per montem præseruabantur ab aquis, sic electi conseruantur à submersione peccatorū in ecclesia, & ecclesia cum fidelibus introductis conseruatur à morte peccati per CHRISTVM. *Dum enim crucem baiulat, arcam substentat, dum uerò in cruce moritur, sic ecclesia ab omni naufragio liberatur, & ueluti in monte altißimo saluatur.*

Ephes. 5. c

Vnde inquit Apostolus. CHRISTVS *tradidit semetipsum pro ecclesia, ut exhiberet sibi ecclesiam gloriosam non habentem maculam, neque rugam, scilicet peccati. Et hoc uel in uita sanctè uiuendo, uel in morte iustè pœnitendo, uel in alia uita se purgando, uel in gloria* DEO *fruendo. par. 3. q. 7. ar. 3. argu. 2.*

Quartus modus. Ioan. 19. g

Quarto quia sicut iu arca fuit fenestra una tātum; sic in CHTISTO *fuit tantum unum uulnus in latere, unde exiuit sanguis & aqua; & inde tota, formata, et redempta fuit ecclesia; ut nec ante* CHRISTVM, *nec post* CHRISTVM, *nec tempore* CHRISTI *quisquam fuerit, cui concedatur esse hostium ecclesiæ, licet multis concedatur, quòd sint pastores, quòd sint capita, nunquā tamen alicui concessum est, ut sit hostium. e. par. q. 8. ar. 6. argu. 3. Nec immerito, quia ipse solus est* DEVS *et homo, ipse solus prætium pro omnibus soluit. s. sanguinem, & uitam, quæ cōsistit in sanguine. Vnde fuit solus redēptor ea. par. q. 48. ar. 5. in R. Sed est, qui dicat adaptādo figuram figurato. Sic sunt multi redemptores. Ratio, quia Gene. c. 8. habetur, quòd decimo mense. s. prima die mensis cacumina montium apparuerunt, et nō dicit scri-*

Quomodo vnus mōs est Christus, et quomodo multi montes sunt martyres.

ptura cacumen unius montis. Vnde sicut pro mōte intelligitur CHRISTVS redemptor, sic per montes intelliguntur martyres, ergo sicut CHRISTVS dicitur redemptor, sic martyres possunt dici redemptores, ergo CHRISTVS non fuit solus mons, super quem requieuit arca .i. ecclesia: unde sancti martyres fuerunt montes, idest redemptores, super quos requieuit arca .i. ecclesia, maximè, quia sacra scriptura non dicit in singulari numero, cacumen montis apparuit; sed dicit in plurali numero cacumina montium apparuerunt: nec dicit in singulari numero arca requieuit super montem Armeniæ: sed inquit in plurali numero arca requieuit supra montes Armeniæ. Respondetur ad hoc dubium, quòd terminus redemptor capitur tripliciter. Primo efficienter, & principaliter, & hoc modo solus DEVS trinus, idest sanctißima trinitas dicitur redemptor. Et ad hunc intellectum loquitur ecclesia dicens. In manus tuas domine comendo spiritum meum, redemisti me domine DEVS ueritatis. glo. sic exponente. Tu domine DEVS ueritatis, scilicet sacrosancta trinitas redemisti me, scilicet principaliter, & effectiuè per filium tuum dominum IESVM CHRISTVM in cruce clamantem ad te, & dicentem. In manus tuas commendo spiritum meum. par. 3. q. 48. ar. 5. argumen. 1. Cum enim opera trinitatis ad extra sint indiuisa, constat, quòd ad tam magnum opus, ut est opus redemptionis simul conueniunt pater, filius, & spiritus sanctus. concurrit primo persona patris hanc mortem in remedium contra peccatum præordinando; & animæ

Gen. 8.

Redēptor capitur tripliciter. Primus modus.

Psal. 30. b

Ad redemptionē cōcurrit trinitas.

CHRISTI inspirando, & corpori CHRISTI præcipiendo, & ipsum CHRISTVM non protegendo. par. 3. q. 47. ar. 3. in R. & ar. 2. arg. 1. Secundo concurrit persona spiritus sancti. Vbi notandum; quòd passio CHRISTI diuersis diuersimodè imputatur: Pylato ex timore mondano; mynistris Pylati, & Centurioni ex mandato iniusto; populo Barrabam petenti; & CHRISTVM crucifigi ex deceptione pharyseorum, principibus, sacerdotibus, & pontifici ex odio, & inuidia, Iudæ ex auaritia, CHRISTO ex charitate spiritus sancti animam CHRISTI inspiranti. par. 3. q. 47. ar. 3. arg. 3. Tertio concurrit persona filij, scilicet CHRISTI, qui uirtute diuinitatis potuit corpus ab omni lesione præseruare, & non præseruauit: qui potuit persecutores repellere, & non repulit; qui à patre potuit multas legiones ad sui defensionem petere, & non petijt. ea q. ar. 1. in R. Ecce quomodo DEVS trinus in personis est redemptor efficienter. Secundo hic terminus redemptor capitur instrumentaliter, & hoc modo CHRISTVS in quantum homo est redemptor, scilicet ut instrumentum diuinitatis, unde nos redemit instrumentaliter, scilicet ut instrumentum coniunctum ead. par. q. 48. arti. 6. in R. cum argum. 1. Tertio hic terminus redemptor capitur exemplariter, et hoc modo sancti martyres dicuntur redemptores, quoniam mentes hominum merito passionis CHRISTI applicauerunt, scilicet prædicando, docendo, patiendo, sanguinem fundendo, & moriendo. Vnde redempti à DEO, & CHRISTO IE-

Secundus modus.

Tertius modus.

SV efficaciter fuerunt per martyres redempti effectualiter. Vnde apostolus sic ad propositum inquit. Gaudeo in passionibus uestris pro uobis, & adimpleo ea, quæ desunt passionum CHRISTI in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia. Vnde subiungit. Siue tribulamur pro uestra exhortatione, & salute. Et sic CHRISTVS in suis membris passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, ut sequamur uestigia eius. Sicut autem CHRISTVS, & sui sequaces redimerunt, sic cacumina montium apparuerunt. Et sicut CHRISTVS est proprius redemptor, ut DEVS efficaciter, & principaliter, & ut homo effectualiter, & instrumentaliter, & cum sanctis martyribus exemplariter, sic arca, idest ecclesia requieuit super montes Armeniæ, idest super martyres, qui sunt redemptores exemplariter tantum, & supra montem Armeniæ, idest supra CHRISTVM in monte altissimo figuratum, tanquàm mons, super quem quiescit ecclesia per fidem, per spem, & per charitatem. Et sic responsum est dubio, quod proposuit quispiam, dum figura figurato adaptatur. Octauo dico, quòd arca Noæ quiescens super montes Armeniæ, & supra altissimum, qui est CHRISTVS, significat ecclesiam ratione proportionis. Quoniam sicut quodlibet corpus humanum, & uerum habet suas dimensiones, scilicet longitudinem, latitudinem, & profonditatem: sic etiam habuit corpus CHRISTI peroptimè formatum suas dimensiones bene proportionatas. Longitudo enim corporis debet esse à uertice usque ad extremitatem pedis septies quan-

Colo. 1.e

2.Cor. 1.b

1.Pet. 2.

Octaua ratio cur arca Noæ figurat Chri ecclesiam.

ta est latitudo, scilicet ab una spatula ad aliam. Latitudo autem debet mensurari per profunditatem, scilicet decies tantum, quantum est profundum à sumitate cubelichi usque ad sumitatem dorsi. Cum autem mons significet CHRISTVM, super quem arca, idest ecclesia quiescit, peroptime arcã significauit corpus CHRISTI, quoniam eius longitudo fuit trecentorum cubitorum. Hæc autem longitudo fuit septies quanta fuit latitudo, scilicet quinquaginta cubitorum. Et iterum ipsa longitudo fuit tanta, quanta fuit decies altitudo, scilicet triginta cubitorum. Augustinus de ciui. Dei. ca. 26. Bene igitur CHRISTVS substentat ecclesiam, idest arcam, quia propter proportionem significabat

Nona rõ. CHRISTI corpus. Nona ratio, quòd arca Noæ in monte significat ecclesiam, quæ supra CHRISTVM montem quiescit; est lignorum præparatio, scilicet de lignis quadratis, & leuigatis, linitis bitumine intus, & extra. Et quoniam quadrum habet firmitatem, quam non habet rotondũ; et leuigatum lignum non habet asperitatem, et lenitæ commessuræ non penetrantur ab aqua, maximè si liniuntur bitumine intus, & extra, sed in sumitate consumatur in cubito, ideo ligna quadrata significant constantiam, pacientiam fortitudinem sanctorum cum longanimitate, ex quibus sanctis, quasi ex lignis arca, idest eclesia compaginatur, & non sunt aspera, neque scabrosa, immo sunt polita ab omni errore, & eronea conscientia. Sunt insuper linita intus & extra, scilicet custodia sensuum, & custodia prauarum atque carnalium cogitationum. In sumitate autem con-

sumatur in cubito, quia omnes sancti habent in se inuicem unitatem spiritus in uinculo pacis, iuxta illud. Vnus dominus, una fides, unum baptisma. Sic enim qui accusauit omnes angelos simul, et simul omnes stellas, simulq; omnes aues, ac omnia animalia terrestria, simul & omnes pisces, hominem unũ solum causauit, non utique solum relinquendum, sed ut eo uehemẽtius pacem commẽdaret, uinculumq; concordiæ. ita inquit Augustinus de ciuitate Dei. Decima ratio est respectu altitudinis, quoniam CHRISTVS, *qui est non solum mons, in quo arca, idest ecclesia quiescit, sed est spiritualis Noæ arcæ, idest ecclesiæ fabricator. Est etiam quantum ad corporales dimensiones ipsa arca cõsideranda, quoniam sibi conuenit specialiter altitudo, & profundum. Secretorum* DEI *duo fuerunt præcipui, quibus arcana fuerunt reuelata. Moyses quippe supra montem, & Paulus supra cœlum raptus, & hi in hac altitudine uidentur diuersi, quoniam Paulus incipit altitudinem narrare sursum tendẽdo deorsum. Vnde inquit, Vt possitis compræhendere cum omnibus sanctis, quæ sit altitudo & profundum. Moyses autem incipit à longitudine, & latitudine protendens sursum dicens: Trecentorum cubitorum erit longitudo, quinquaginta erit latitudo, & triginta altitudo. Hæc contraria commensuratio non fit sine mysterio. Nanque Paulus prædicans* CHRISTI *aduentum à diuinitate ad humanitatem, ab impaßibilitate ad paßibilitatem, à sursum usque ad profundum mensuram producit, dũ* CHRISTI *aduentum, atque crucis mysterium declarat quasi*

Decima rõ

Duo fuerunt pcipue, qbus Dei arcana fuerũt reuelata.

Eph.3.c,d

Gen.6.c

à superioribus ad inferiora descendens. Moyses autem ab infimis ad superiora suam mensuram protendit, significans restitutionem eorum, qui per CHRISTUM de interitu & perditione tanquàm de nece diluui ex inferioribus ad superna cœlestia reuocantur, ut inquit Origenes super Gen. homilia. 2. Vndecima ratio est respectu numerorum. In ædificatione enim arcæ ponuntur quatuor numeri, scilicet centum, tres, quinquaginta, & triginta. Numerus centenus perfectione sua significat perfectionem electorum esse à CHRISTO, quoniam propter unam ouem perditam dimisit nonaginta nouem, & per suam paßionem inuenit ouem perditam, quam in suis brachijs portauit ad nonaginta nouem, & numerus centenarius fuit cōplectus, scilicet centum. Fuit autem salus per paßionē CHRISTI in baptismate per fidem, & confeßionem sanctißimæ Trinitatis: unde ecclesia transit per tria, & centum ad numerum trecētum significans perfectionem numeri saluādorum.s.in tempore legis naturæ usque ad Moysem. In tēpore legis scriptæ à Moyse usque ad CHRISTVM, in tēpore legis gratiæ à CHRISTO usque ad generale iuditium, quia infra hoc tempus ecclesia indiget remißione peccatorum quantum ad culpam, & quantum ad pœnam. Quam indulgentiam si in sui latitudine quinquagenaria non habuisset, per CHRISTI paßionem per totum orbem dilatata non fuisset. Cum autem remißio peccatorum nō habeatur, nisi in obseruantia.x.præceptorum, nec sufficiat hæc obseruantia, nisi fiat in fide

Vndecima ratio.

Luc.15. a

trinitatis, ad quam nitimus ascendere: ideo ad hæc significanda fuit altitudo arcæ.xxx.cubitorum, qui numerus componitur ex dennario, & trinnario. Duodecima ratio est, respectu bestiarum introeuntium in arcam: quoniam sicut in arcam non solum fuerunt introductæ aues, & animalia, sed etiam bestiæ, idest serpentes in figura figurante prophetiam Esaiæ sic prophetizantis de tempore spiritualis Noæ, idest CHRISTI. Habitabit lupus cum agno, & pardus cū hædo, ac cubabit uitulus, & leo & ouis simul morabūtur, Isa.11.a.b & puer paruulus mitigabit eos. Vitulus & ursus pascentur simul, & requiescent catuli eorum, et leo quasi bos paleas comedet. Et delectabitur infans ab ubere super foramine aspidis, & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet, non nocebunt, nō occident in uniuerso monte sancto meo. Ecce quomodo habitatio omnium animalium simul in arca commorantium figurata per cohabitationem in arca fuit prophetizata per Isaiam. Sed qualiter figura, & prophetia fuerint uerificatæ, audite, & intelligite. Legitur in actibus apostolorum, quòd cum prepareretur cibus Petro, & ipse Petrus esset in cœnaculo factus Act.10.b fuit in extensi, & in excessu mentis uidit, scilicet uisione imaginaria linteum descendentem de cœlo plenum animalibus, in quo erant omnia quadrupedia, & reptilia terræ, & uolatilia cœli, & facta est uox ad eum dicens. Surge Petre, occide, & manduca. In qua reuelatione reuelatum fuit Petro, quòd sicut in arca fuerunt simul sine lesione cuiusquam animalia, aues, &

serpentes: sic in ecclesia CHRISTI iuxta prophetiam Isaiæ debebant stare philosophi, et sapientes; ignari & imbecilles, ita ut uerificetur illud. Ecclesia nulli claudit gremium, apostolo sic dicente. Omnibus omnia factus sum, ut omnes CHRISTO lucrifaciam. Vnde alibi adiungit. Græcis & Hæbreis, sapientibus & insipientibus debitor sum: Sic igitur per has.xij.rationes satis probatū est CHRISTVM esse montem altißimum Armeniæ, super quem arca.i. ecclesia requiescit. Merito igitur dico CHRISTVM filium DEI, & gloriosæ uirginis MARIAE, ut figuratum in figura fuisse uere DEVM absconditū in monte altißimo, dum arca substentatur.

1. cor. 9. d

Rom. 1. c

OCTAVA FIGVRA INANIMATA, in qua figuratus in figura est CHRISTVS uerè absconditus DEVS DEI et uirginis gloriosæ filius saluator Israel, est mons Synai propter septem rationes, primo propter benignæ diuinitatis apparitionem. Secundo propter humanitatis palliationē. Tertio propter corruscationem miraculorum. Quarto propter tonitrua prædicatorum. Quinto propter futurum iuditium, quod minatur. Sexto propter timorem, quo quisque conquassatur. Septimo propter obstinationem, qua reprobus induratur. Circa primam rationem est notandum, quòd CHRISTVS DEI filius, & uirginis gloriosæ fuit absconditus in monte Synai tanquam figuratum in figura propter diuinæ benignitatis apparitionem. Apparuit enim in igne. Vnde legitur. Erat autem species gloriæ domini quasi ignis ar-

Octaua figura inanimata.

Septē rationibus ostēditur Christū assimilari monti Synai.

Prima rō.

Exo. 34. d

dens. Vnde ſicut ignis ſemper eſt paratus ad combu-rendum ex ſui natura: ſic DEVS ſemper eſt paratus ad bonum, quoniam bonitas eſt natura DEI. par. 3. q. 1. ar. 1. Et bonitas eſt bona uoluntas, & bonus ignis amoris, quo quis eſt paratus ad benefaciendum proximo. Quod bonum cum facit, dicitur benignus. i. bono igne accenſus. 1. 2. q. 70. ar. 3. in prin. R. Cum autem DEVS ſit ſummè bonus, ſummeq; benignus, apparuit in ſpecie ignis. ſ. aſſumpta humanitate, & cõmunicata nobis ſua diuinitate. Vnde inquit Apoſtolus. Apparuit benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri DEI. Si benignus eſt uir dulcis ad eloquẽdum. Quis benignior CHRISTO, quo nullus dulcior ad eloquium? Quis dulcior eo, qui ait. Non ueni uocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Quis dulcior eo, dum inquit Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Quis dulcior eo, dum dicit, Miſericordiam uolo, & non ſacrificium. Quis eo dulcior, dum ait. Remittũtur tibi peccata tua. Quis eo dulcior, dum ait. Nemo te condemnauit, nec ego te condemnabo. Quis eo dulcior ad eloquiũ, dum Petro petenti, an deberet ſepties remittere peccata peccatori, & ipſe reſpondit. Non dico tibi uſque ſepties, ſed ſeptuagies ſepties. O quàm fuit benignus & dulcis, dum inquit. Gaudium eſt angelis DEI ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſupra nonaginta iuſtis, qui nõ indigent pœnitentia. O quàm dulcis & benignus, dũ ait. Petite, & accipietis, quærite, et inuenietis, pulſate, et aperietur uobis. Sed quis eo benignior? quis ad loquẽ-

Ad Titũ 2. c
Matt. 9. b
Luc. 5. f.
Matt. 3. a
Matt. 9. b
Matt. 9. a
Mat. 18. c
Luc. 15. b
Matt. 7. a

ſerpentes: ſic in eccleſia CHRISTI *iuxta prophetiam* Iſaiæ *debebant ſtare philoſophi, et ſapientes, ignari & imbecilles, ita ut uerificetur illud.* Eccleſia *nulli claudit gremium, apoſtolo ſic dicente.* Omnibus *omnia factus ſum, ut omnes* CHRISTO *lucri-*

1. cor. 9. d

faciam. Vnde alibi adiungit. Græcis *&* Hæbreis, *ſapientibus & inſipientibus debitor ſum:* Sic igitur per *has .xij. rationes ſatis probatũ eſt* CHRISTVM *eſſe montem altiſſimum* Armeniæ, *ſuper quem arca.* i. *eccleſia requieſcit. Merito igitur dico* CHRISTVM *filium* DEI, *& glorioſæ uirginis* MARIAE, *ut figuratum in figura fuiſſe uerè* DEVM *abſconditũ in monte altiſſimo, dum arca ſubſtentatur.*

Rom. 1. c

Octaua figura inanimata.

OCTAVA FIGVRA INANIMATA, *in qua figuratus in figura eſt* CHRISTVS *uerè abſcõditus* DEVS DEI *et uirginis glorioſæ filius ſaluator* Iſrael, *eſt mons* Synai *propter ſeptem rationes, primo propter benignæ diuinitatis apparitionem. Secundo propter humanitatis palliationẽ. Tertio propter corruſcationem miraculorum. Quarto propter tonitrua prædicatorum. Quinto propter futurum inditium, quod minatur. Sexto propter timorem, quo quiſque conquaſſatur. Septimo propter obſtinationem, qua reprobus induratur.*

Septẽ rationibus oſtẽditur Chriſtũ aſſimilari monti Synai.

Prima rõ.

Circa primam rationem eſt notandum, quòd CHRISTVS DEI *filius, & uirginis glorioſæ fuit abſconditus in monte* Synai *tanquam figuratum in figura propter diuinæ benignitatis apparitionem. Apparuit enim in igne. Vnde legitur.* Erat autem *ſpecies gloriæ domini quaſi ignis ar-*

Exo. 34. d

dens. Vnde sicut ignis semper est paratus ad comburendum ex sui natura: sic DEVS *semper est paratus ad bonum, quoniam bonitas est natura* DEI. *par. 3. q. 1. ar. 1.* Et *bonitas est bona uoluntas, & bonus ignis amoris, quo quis est paratus ad benefaciendum proximo.* Quod *bonum cum facit, dicitur benignus. i. bono igne accensus. 1. 2. q. 70. ar. 3. in prin.* R. *Cum autem* DEVS *sit summè bonus, summeq; benignus, apparuit in specie ignis. s. assumpta humanitate, & cõmunicata nobis sua diuinitate. Vnde inquit Apostolus.* Apparuit *benignitas & humanitas saluatoris nostri* DEI. *Si benignus est uir dulcis ad eloquẽdum. Quis benignior* CHRISTO, *quo nullus dulcior ad eloquium? Quis dulcior eo, qui ait.* Non *ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Quis dulcior eo, dum inquit* Pœnitentiam *agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Quis dulcior eo, dum dicit; Misericordiam uolo, & non sacrificium. Quis eo dulcior, dum ait.* Remittũtur *tibi peccata tua. Quis eo dulcior: dum ait.* Nemo *te condemnauit, nec ego te condemnabo. Quis eo dulcior ad eloquiũ, dum* Petro *petenti, an deberet septies remittere peccata peccatori, & ipse respondit.* Non *dico tibi usque septies, sed septuagies septies.* O' *quàm fuit benignus & dulcis, dum inquit.* Gaudium *est angelis* DEI *super uno peccatore pœnitentiam agente, quàm supra nonaginta iustis, qui nõ indigent pœnitentia.* O' *quàm dulcis & benignus, dũ ait.* Petite, *& accipietis, quærite, et inuenietis, pulsate, et aperietur uobis.* Sed *quis eo benignior? quis ad loquẽ-*

Ad Titũ 2.c
Matt. 9. b
Luc. 5. f.
Matt. 3. a
Matt. 9. b
Matt. 9. a
Mat. 18. c
Luc. 15. b
Matt. 7. a

dum dulcior, dum latroni petenti (memento mei) re-
Luc.23.e spondeat. Amen dico tibi, hodie mecum eris in Para-
diso. O quàm dulcis, ò quàm suauis, ò quàm beni-
gnus, dum in iniurijs, dum in tormentis patitur, &
Luc.23.d pro crucifixoribus orat ad patrem dicēs. Pater igno-
sce illis, quia nesciunt quid faciunt. Ecce igitur, quomo-
do fuit sic figuratum in figura in monte Synai propter
diuinæ benignitatis apparitionem : quoniam sicut in
Exo.24.d monte illo apparuit DEVS in specie ignis, sic diui-
nitas in specie ignis spiritualis apparuit per bonitatem,
Secuuda ratio. & benignitatem. Circa secundam rationem, ubi dico,
quòd CHRISTVS filius DEI et gloriosæ uir-
ginis MARIAE fuit in monte Synai uerè DEVS
absconditus tanquàm figuratum in figura propter hu-
Exo.19.c manitatis palliationem. Nam legitur, quòd nubes den-
&.24.d sißima cooperiebat montem. Est igitur declarandum,
quid per montem, & quid per nubem significetur. Et
dico, quòd per montem significatur CHRISTI
diuinitas, & per nubem significatur eius humanitas :
quoniā sicut per nubem uelabatur mons, sic etiam per
humanitatem uelabatur diuinitas. Quandoque per nu-
bem dempsam, & quasi obscuram .i. per humanitatem
pœnosam : quandoque per nubem claram, idest per
humanitatem gloriosam. Vnde inquit Ioannes. Vidi
Apo.14.c nubem candidam, idest CHRISTI humanitatē,
& sedentem similem filio hominis .i. diuinitatem. Cla-
Mat.17.a ra nanque immo clarißima fuit humanitas CHRI-
STI, quando in transfiguratione resplenduit facies
eius sicut sol : & uestimenta eius facta sunt alba sicut

nix. Clara, & clarißima fuit illa nubes humanitatis CHRISTI in die resurrectionis, quando surrexit immortalis, & impaßibilis, sole clarior, idest omni subtiliori penetrabilior, omnibus leuibus agibilior, omnibus impaßibilibus impaßibilior, omnibus immortalibus immortalior. Cum autē in die ascēsionis ascendit super omnes cœlos, & nubes candidißima suscepit eum ab oculis gloriosißsmæ matris, & suorum discipulorum, fuit clarißime præclarißimus. Sic igitur ipsum uidit Ioannes absconditum in nube candida oculo corporali, & oculo intellectuali uidit sedentem, scilicet eius diuinitatem. Quæ diuinitas ab omnium oculis corporalibus, sicut mons Synai remouetur, dum nube dempsißima cooperiretur totus. Est.n. humanitas CHRISTI nubes dempsißima pallians suam diuinitatem. Quis enim cognouisset CHRISTVM DEVM in nube humanitatis, dum esset clausus in utero uirginis? Quis eum cognouisset DEVM, dum natus esset in præsepio? Quis cognouisset DEVM, nec famelicum, nec sitibundum, dum ad pectus maternum cibabatur? Quis eum cognouisset DEVM, uidendo ipsum proficere statura, ætate, sapientia, & gratia apud DEVM & homines? Si quis autem cognouisset DEVM audiendo patrem in uoce dicentem. Hic est filius meus dilectus, certè non cognouisset eum esse DEVM, scientem ipsum esurientem post quadraginarium ieiunium in deserto. Sed & siquis uidisset eum expellentem dæmonia, reddentem surdis auditum uisum cæcis, membra, & sensus aridis, sanitatem le-

Act.1
Luc.2.g
Mat.17.a
Luc.4.a

profis, gracilitatem hidropicis, greſſus paraliticis, uitā mortuis, forte diceret cognoſco CHRISTVM *eſſe* DEVM. *Sed cum uidiſſet eum ſuper ciuitatem* Hyeruſalem *flere, ſanguinem in orto ſudare, per miniſtros ligari, & per pontifices non ſolum duci, ſed trahi; ſputis conſpui, alapis cædi, colaphis colaphizari, dixiſſet ne ego cognoſco* CHRISTVM *eſſe* DEVM, *an dixiſſet cognoſco eum eſſe hominem?* Et *quomodo dixiſſet quiſpiam eum eſſe* DEVM, *uidendo ipſum denudatum ad columnam flagellari, ſpinis coronari, in cruce conficari, felle & aceto potari, ſpiritum expirare, ſanguinem ex ſuo latere fundere, in ſepulcro claudi?* Non ne *potius diceret, hic eſt homo, quàm hic eſt* DEVS? *Sed & ſi quis cū Centurione clamaſſet.* V*erè hic filius* DEI *erat, & cum latrone ipſum uerum* DEVM *credidiſſet, oportuiſſet tamen dicere.* Hic *eſt* DEVS, *ſed abſconditus in mōte Synai, quoniam ſicut mons coopertus fuit nube, ita diuinitas* CHRISTI *uelata fuit nube humanitatis.* Tertia rō *Circa tertium, ubi dico, quòd* CHRISTVS DEI *filius, et glorioſiſſimæ uirginis* MARIAE *fuit in monte Synai ſic figuratum in figura propter corruſcationem miraculorum. Eſt notandum,* Exo.19.c *quòd cum Moyſes præcepto* DEI *ſanctificaſſet populum, antequàm dominus appareret ſupra montem Synai, mane cœperunt micare fulgura.* F*ulgura illa figurabant multitudinem miraculorum fiendorum à* CHRISTO. Et *hoc eſt, quod uidit* Ioānes *quan-* Apoc.4.b *do dixit.* Ecce *de trono, ſcilicet* DEI *procedunt fulgura*

gura. glo. ideſt corruſcationes miraculorum. Et alibi. Et facta ſunt fulgura, ideſt coruſcationes miraculorum. Apoc. 8.b
Vnde Nicodemus inquit CHRISTO. Nemo enim Ioan. 3.a.
poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis. Sic etiam teſtificatus fuit ille cœcus natus, & à CHRISTO illuminatus dicens. A' ſæculo non eſt auditum, quòd quis aperuerit oculos cœci nati. Sed non ne curruſcabant Ioan. 9. g
fulgura miraculorum, dum uirgo concœpit, uirgo peperit, uirgo poſt partum remanſit? Et ſi miraculum fuit, quòd columna ignea populum ad ſui motum, & quietem direxit in deſerto. Non ne fuit miraculum, quòd noua ſtella tres reges conduxerit ab Oriente in Hyeruſalem, & inde uſque Bethelem, ubi erat puer? Et ſi miraculum fuit paſcere populum manna, cibo in aere ab angelis præparato. Non ne & miraculum fuit paſcere quinque milia hominum cum quinque panibus ordeaceis, multiplicatis in manibus CHRISTI habentibus etiam in ſe uirtutem potus, atque ſuperfluentibus cophanis, ſiue ſportis duodecim? Sed quid plura? cum uno uerbo complentur alia plura. Inquit enim Ioannes. Sunt autem & alia multa, quæ fecit CHRISTVS, quæ ſi ſcriberentur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſet eos, qui ſcripturi ſunt libros. Sic igitur patet, quòd ſicut in monte Synai corruſcabant fulgura, ſic in morte CHRISTI corruſcabant miracula. Circa quartū ubi dico, quòd CHRISTVS DEI, & glorioſæ uirginis MARIAE filius fuit in monte Synai abſconditus ſicut figuratum in figura propter tonitrua prædicatorum. Scribitur

Fulgura ī mōte ſunt Chrī miracula.

Exod. 40. in fine.

Matth. 2. a

Exo. 16. d

Ioan. 6. b

Ioan. 21. f in fine.

Quarta ratio.

Exo. 19.c enim. Et ecce cœperunt audiri tonitrua, scilicet prædi-
Tonitrua in monte sunt prædicatores Chrsti. catorum post CHRISTVM prædicantium, scilicet arguendo, obsecrando, increpando, exhortando, consolando, & comminando. Vnde inquit Ioannes. Et de
Apoc. 4.b Apoc. 8.b trono procedunt fulgura, uoces, & tonitrua. Et alibi. Et facta sunt tonitrua, & uoces, & terræmotus ma-
Apoc. 10. a.b gnus. Sed alibi sunt tonitrua. vij. Septem tonitrua sunt prædicatores electi ad prædicandum septiformem gratiam dari consuetam uerbum diuinum audietibus. Nam
Actu. 4.f loquente Petro prædicante cecidit spiritus sanctus super omnes, qui audiebant uerbum. Sed quia prædicationi adiungebantur signa, ideo inquit Ioannes, quod tonantibus tonitruis facta sunt fulgura, idest corruscationes miraculorum. Quoniam uero inter prædicatores quidam sunt illiterati, & simplices, uel ad partem corrigentes, consulentes, & etiam in publicum prædicantes, ideo ait Ioan. Et factæ sunt uoces simplicium prædicatorum. Quoniam uero quandoque prædicatoribus prædicantibus fiunt magnæ commotiones, scilicet populorum concurrentium ad audiendum quandoque fidelium, & infidelium simul disceptantium, quandoque commotiones electorum et reproborum, quandoque peccatorum peccata flentium, quandoque mundum relinquentium, & parentum flentium, ideo dixit Ioan. Et ecce terræmotus factus est magnus. Sed quia septem sunt peccata, quæ prædicatores clamant, & septem sunt dona, quibus audientes, & loquentes à DEO mouentur. Septem quoque sunt beatitudines, quibus alliciuntur, & etiam septem sunt præmia, quibus de mundo triumphantes

utuntur, ideo bene dixit Ioã. quòd septem sunt tonitrua. Quoniam autem quidam prædicando ueritatem tantum annunciant: quidam tantum falsitatem impugnant; quidam exhortantur ad uirtutes, quidam exprobant uitia; quidam commouent terrore; quidam persuadent amore; quidam mixtim prædicant, ideo bene inquit Ioan. quòd audita sunt, & locuta septem tonitrua. Et sic patet quomodo CHRISTVS *monti Synai aßimilatur propter tonitrua prædicatorum. Circa quintum, in quo dixi, quòd* CHRISTVS DEI *filius, & gloriosissimæ uirginis* MARIAE *est in monte Synai absconditus, sicut figuratum in figura propter futurum iuditium, quod minatur. Vnde inquit Moyses. Clangorq; buccinæ uehementius perstrepebat. Buccina est species instrumenti musici, quod ore pulsatur, & significat tubam illam, quæ in fine sæculi debet pulsare clamando. Surgite mortui, uenite ad iuditium. In quo iudicio* CHRISTVS *reprobis comminatur æternum supplicium dicens se dicturum. Ite maledicti in ignem æternum, in quo supplicio erit grando nigra, ignis cum grandine, grando cum sanguine. Vnde inquit Ioannes. Et primus angelus cecinit, & facta est grando, et ignis mixtus sanguine. Et adiungitur. Et facta est grando nigra, Grando nigra significat comminationem sententiæ in auditu. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est dyabolo, et angelis eius. Et ibunt hi cum igne tenebroso habente incendium sine splendore. par. 3. q. 96. articu. 4. Nam de quolibet damnato dicitur. Mitte eum in tenebras exteriores. Facta est autem grando*

Quinta ratio.

Exo. 19. c.

Buccinæ sonus in monte tuba ad iuditium.

Mat. 26. d

Apoc. 8. b

Apo. 16. d

Matt. 25. d

Mat. 22. b

cum igne, quia damnati ibunt à uæhementißimo calore igneo ad uæhementißimum frigus niueum. ea. q. arti. 1. argum. 3. Facta est denique grando mixta sanguine,

Ioan. 19.g dum uidebunt, in quem transfixerunt. Et eius sanguinis, ac uulnerum cicatrices, signumq; crucis, quam contempserunt. par. 3. q. 88. artic. 2. per totum. Ecce igitur, quomodo est declaratum, quòd sicut mons Synai minabatur sono buccinæ, sic CHRISTVS minatur inauditum iuditium per tubam.

Sexta rō. Circa sextum, ubi dixi CHRISTVM DEI, & gloriosißimæ uirginis MARIAE filium fuisse in monte Synai absconditum sic figuratum in figura propter timorem, quo quisque conquassatur.

Inditia cau fantia timorem ad remediandum peccato.

Est notandum, quòd terræmotus, nubis dempsa, clangor buccinæ, fulgura, sagittæ, flamma ignis, tonitrua, grando cum sanguine, grando cum igne, grando cum nigredine omnia electis præponuntur ad remedium peccati, ut hi, qui non conuertuntur amore, saltem timore pœnarum conuertantur. Vnde dicit Moyses.

Exo. 20.c Quòd populus hoc uidens, & audiens, fuerunt omnes exteriti. Quibus dixit Moyses. Vt

Exo. 20.c probaret uos, uenit DEVS, & ut terror illius esset in uobis, & non peccaretis: & additur unum, scilicet quòd montem uiderunt terribilem, scilicet propter terribilia ibidem facta, inter quæ fuit fumus. Vnde dicitur, quòd uiderunt montem fumantem. Vnde mons terribilis, & fumans est CHRISTVS, qui ideo fumat, quoniam fumans indicat ignem præteritum, uel præsens, uel futurum. Ad huius fumi declarationem, nota,

Triplex est fumus

quòd tres sunt fumi culpabiles, propter quos timendus

est fumus montis CHRISTI, scilicet eius humanitatis iudicantis. Primus fumus est putei abyßi. Secundus est fumus cum igne. Tertius est fumus cum sulphure. De primo fumo loquens Ioannes ait. Et uidi stellam de cœlo cecidisse in terram: & data est illi clauis putei abyßi, & aperuit puteum abyßi, & ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magnæ. Stella dicitur dyabolus, quia lucens scilicet in puris naturalibus. Hic dyabolus de cœlo cœcidit, quando propter peccatum suæ superbiæ de cœlo in terram abiectus fuit. Est autem puteus abyßi uorago omnium hæresum, & cæterorum peccatorum. Huius autem putei data est clauis, idest potestas dyabolo ad temptandum. Qui dyabolus claudit temptando, ne quis inde per pœnitentiam egrediatur, & aperit, ut quisque peccato consentiens in puteum peccatorum ingrediatur. Tunc autem ascendit fumus putei, idest peccatum maximum infidelis hæresis, & cuiuscunque peccati, sicut fumus fornacis magnæ. Nam sicut fumus indicat ignem, si sit magnus fumus indicat magnum ignem. Cum autem fumus significet peccatum hæresis excœcationis, sic magnus fumus significat magnam culpam hæresis, quæ est maior infidelitate Iudæorum, et Paganorum. 2.2.q.10.ar.6.in prin.R. Quoniam a tali fumo obscuratus est sol, et aer, idest doctores, & simplices idiotæ; talis fumus circundat, & palliat montem, idest CHRISTVM. Ecce quomodo habemus primum fumum, scilicet abyßi. Ioannes autem loquens de secundo fumo sic ait. Et de ore ipsorum, scilicet hæreticorum procedit ignis, & fumus &

dyabolicę temptationis. Primus fumus. Apoc. 9.A

Secundus fumus. Apoc. 9.C

sulphur. Cum enim dyabolus inducit hominem ad hæresim, ipsum per intentationes adducit ad ignem malæ concupiscentiæ, uel superbiæ, uel auaritiæ. Et ne per pœnitenitam dimittat peccatum, igni adiungit fumum conscientiæ erroneæ, ostendendo bonum esse malum, & malum esse bonum. 1.2.q.19.ar.5. & iste est secundus fumus circundans montem, idest CHRISTVM.

Tertius fumus. *Tertius fumus est fumus cum sulphure, de quo inquit* Apoc. 9.c *Ioannes. De ore, scilicet hæreticorum procedit fumus, & sulphur. Fumus hæresis quandoque coniungitur* Apoc. 9.d *sulphuri carnalitatis, & tunc sequitur. Et ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum, quoniam peccatum sulphureæ carnalitatis in tantum occupat mentem, quod mens fumo ignorantiæ fictæ peccatum sodomiticum non putat esse peccatum. Vnde cum de ipso non fiat iustitia quotidie, fumus et sulphur simul coniunguntur. Vnde quod est illicitum per negligentiam iustitiæ, putatur licitum. Inde* DEVS *cum prouocaretur ad iudicium: non conquestus fuit cum Abraham de peccato sodomitico, sed de clamore, idest deliberate peccandi dicens.* Gene. 18.c *Clamor sodomorum uenit ad me. Sic igitur habemus tres fumos uelantes montem, idest* CHRISTVM, *quorum uelamine* CRHRISTVM *uenturum ad iudicandum sæculum per ignem omnes cum populo* DEI *habent timere. Circa septimum, in quo dixi, q.* CHRISTVS DEI *filius, et gloriosissimæ uirginis* MARIAE *fuit uere* DEVS *absconditus, sicut figuratum in figura in monte Synai propter obstinationem, qua reprobus induratur. Ad huius*

declarationem est notandum, quòd populus Israel sicut fuit populus duræ ceruicis DEO teste, ita DEVS bis eis dedit legem in duris tabulis lapideis. Ita etiam bis dedit illis aquam de petra ad bibendum. Sed quoniam ferrum cuncta metalla domat, & igne mollificat, omniaq; metalla ad ignem liquefiunt, lapides quoque saxeos conuertit in calcinam, & puluerem; ideo ad mollificanda dura Iudæorum corda, quãdo apparebat eis, apparebat in specie ignis, & in colũna ignis direxit eos de nocte. Vt at Moyses intelligeret, quòd DEVS mittebat eum ad regendum populum lapideum, in prima uisione, qua illum fuit locutus, apparuit in specie ignis ardentis, & non comburentis. Cum autem essent in deserto, uiderunt montem, sed non ascenderunt ad significandum, quòd CHRISTVM DEI filium erant uisuri, scilicet in humanitate, sed non ascenderunt per fidem, credendo suam diuinitatem: & hoc propter eorum lapideam obstinationem. par. 3. q. 47. artic. 6. per totum. Sic igitur per has septem rationes est satis declaratum, quomodo CHRISTVS filius DEI & gloriosissimæ uirginis MARIAE fuit in monte Synai uerè DEVS absconditus tanquàm figuratum in figura, & sic patet octaua figura.

Exo. 32.b
Exo. 32.c. &. 24.a
Exod. 17. b. et Nu. 20.a
Exo. 19.c. &. 24.d
Exo. 13. d
Exod. 3.a
Exo. 19.e

NONA FIGVRA INANIMATA fuit mons Syon, in quo monte stetit absconditus CHRISTVS DEI et gloriosissimæ uirginis MARIAE filius, sicut figuratum in figura. Mons Syon figurauit CHRISTVM propter duas rationes. Primo dico, quòd CHRISTVS filius DEI fuit uerè ab-

Nona figura inanimata.
Mons Syõ figurat Christum duabus rationibus.
Prima rõ.

ſconditus in monte Syon tanquàm figuratum in figura propter diuinam electionem. Summus enim DEVS hunc montem elegit nullo merito præcedente, uel ſubſequente, quoniam nec ipſe mons Syon, nec aliquis pro ipſo aptus ad merendum fecit unquam opus aliquod uirtuoſum, quo meruerit, quòd eſſet figura CHRISTI, ut CHRISTVS in ipſo tanquàm in figura abſconderetur. Sed ſicut DEVS materiam primam diuiſit per partes ſecundum diuerſas formas: unde factum eſt, quòd ſint diuerſa genera rerum, ſpecierum, & indiuiduorum, & hoc fecit DEVS liberè tanquàm operans per uoluntatem, ſic montem Armeniæ elegit liberè ad arcam Noæ ſubſtentandam, & montem Synai ad legem domini tradendam; ita etiam liberè elegit montem
Deut.16.a Syon ad ſua ſacrificia celebranda. Vndè inquit Moyſes ad filios Iſrael. Imolabis domino DEO tuo de ouibus, & bobus in loco, quem elegerit dominus DEVS tuus, & habitet nomen eius ibi, & non comedes panem fermentatum ſeptem diebus. Quare autem ad hæc ſacrificia celebranda magis elegerit hunc montem, quàm alium, nulla poteſt dari ratio, niſi uoluntas diuina, dum
Pſal.131.c inquit Dauid. Quoniam elegit dominus Syon, elegit eum in habitationem ſibi. Sicut igitur mons Syon eſt electus, nullis præcedentibus meritis; ſic CHRISTVS in quantum eſt homo, eſt à DEO electus, & prædeſtinatus, nullis præcedentibus meritis. par.3.q.24.art.3. in fi.R. Vno etenim actu prædeſtinauit nos, et CHRISTVM. ea.q.ar.4.in prin.R. Sed quia ſub æterna prædeſtinatione non ſolum cadit quid in tempore eſt

fiendum, sed etiam modus, & ordo, quibus per CHRISTVM saluamur, & completur salus nostra, sic omnes sunt prædestinati in CHRISTO eo. R. Et ideo sicut mons Syon est electus ad sacrificia, sic CHRISTVS est electus, ut omnes electi DEO patri offerantur tanquam sacrificia accepta. Sunt autem illa sacrificia, quæ DEO offerenda, sunt decem & septem. Primum sacrificium est ipse CHRISTVS in sacramento altaris. Circa quod tria notantur. Nam primo ut sacrificium offertur, secundo consacratur, ut sacrificium, tertio ut sacramentū sumitur. Vnde sacerdos primo peragit oblationem offerens in calice uinum, & super calicem hostiam, secundo consecrat, & leuat primo corpus de per se, secundo sanguinem de per se, ideo sic separatum, quia fit in memoriam paßionis CHRISTI, in qua sanguis fuit separatus à corpore, et corpus ab anima, tertio ut sacramentum sumitur. par. 3. q. 83. ar. 4. in med. R. Ver. Cantatur autem hoc symbolum. Secundum sacrificium est sacrificium sacerdotis consecrati, qui dum uoluntariè consecratur, seipsum offert DEO in sacrificium. par. 3. q. 82. arti. 1. in. R. Vnde Laycus quāuis iustus, & sanctus tale sacrificium non potest DEO offerre. eod. arti. arg. 2. immo nec subdyaconus, nec dyaconus ea. q. arti. 3. per totum. Tertium sacrificium est cor contrictum, quod quilibet debet offerre DEO sumere uolens dignè hoc corporis CHRISTI sacramentum, siue spiritualiter, siue sacramentaliter eod. arti. 1. arg. 2. & q. 80. ar. 4. Quartum sacrificium est sacrificium laudis, per

Decem & septē sunt sacrificia Deo offerenda.

Primū sacrificium est ipse Chrs in sacramento altaris.

Secūdum sacrificiū est sacerdotis cōsecrati.

Tertiū sacrificium est cor cōtritum.

Quartū sacramētū

quam laudem tam sacerdos, quàm populus præparatur ad sumptionem huius sacramenti. Fit autem *istud sacramentum à sacerdote & populo; dum faciunt in principio missæ confeßionem generalem, & in introitu missæ.ea.par.q.83.ar.4.in prin.*R. Quintum *sacrificium est omnium clericorum respondentium sacerdoti ore, & omnium laycorum respondentium corde maximè dicentium amen, dum scilicet leguntur, uel cantantur diuinæ laudes.* Sed, *ut omnes sciant benè respondere amen, istud uerbum exponam; prout tripliciter accipitur, scilicet nominaliter, uerbaliter, & aduerbialiter.* Primo *accipitur nominaliter, & tunc ualet, quantum ueritas.* Veritas *sine defectu, ueritas sine mendatio, quod declaro iuxta ethymologiam.* Nam *amen dicitur ab.a.quod est sine, & men quod est mendatium, hoc est ueritas sine mendatio.* Item *amen dicitur ab.a.quod est sine, & mene, quod est defectus.i.sine defectu.* Quod *autem sit ueritas; inquit ipse.* Ego *sum ueritas. & apostolus* Ioannes, *inquit.* Amen, *idest ueritas testis fidelis, & uerus, principium creaturæ* DEI. Quoniam *igitur est principium creaturæ* DEI *per hoc, quia omnia per ipsum facta sunt, sic amen est sine defectu, quia uerè est sine mendatio, sic est testis fidelis.* Quoniam *autem est ueritas, sic est amen, idest uerus.* Est *enim ueritas soluendo promissa, est testis manifestando uera, uerus docendo fienda, est principium operando causanda.* Secundo *modo accipitur amen uerbaliter, & tantum ualet, quantum, fiat, fiat: & tunc est modi optatiui, ut in psalm.ubi habetur fiat,*

Quintũ sacrificium est respõdentium amen.

Amen: tripliciter accipitur.

Primo modo nominaliter.

Ioan.14.a
Apo.5. in fine.

Ioan.c.1.a

Secundo modo accipit̃ amẽ verbaliter.

fiat, & litera Hæbraica habet amen, amen. Vnde quatuor animalia, ideſt quatuor euangeliſtæ dicebant amen. Et. xxiiij. ſeniores, ideſt.xij. patriarchæ, & xij.apoſtoli dixerunt amen, alleluia. Et iterum dixerunt amen, alleluia. Tertio modo accipitur amen aduerbialiter, & eſt aduerbium approbãdi, ut Apoc.c.5. in fin.uer. Et quatuor animalia dicebant, amen, ideſt confirmabant laudem angelorum, quam dicebant in commendationem agni, dicendo. Dignus eſt agnus.i. CHRISTVS, qui occiſus eſt, accipere uirtutẽ, & diuinitatem, & ſapientiam, ac fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Et omnem creaturam, quæ in cœlo eſt, & ſuper terram, & ſubtus terram, & quæ ſunt in mari,, audiui dicentes, ſedenti trono, & agno. Benedectio, & honor, & gloria, & poteſtas in ſæcula ſæculorum. Et quatuor animalia dicebaut, amen, ſcilicet approbando, & confirmando illam laudem. Hæc affirmatio quandoq; fit ſimpliciter per hoc aduerbium (etiam) ut Matth.c.2.uer. Etiam dico pluſquàm prophetam. & .c.13. Intellexiſti hæc omnia, reſponderũt diſcipuli dicentes etiam. Quãdoq; diuina laus affirmatur aduerbio Latino, & Hæbraico geminato, ut Apoc.c.1. Etiã amen. Quandoque geminantur duo maxima, ſcilicet ut unum ineffabile gaudium ſignificans, ſcilicet alleluia, & unũ inuiolabile affirmans, ſcilicet amen. ut Apoc.c.19.uer. Et.xxiiij. ſeniores ceciderunt in quatuor animalia, & adorauerunt ſedentem ſuper tronum dicentes. Amen, alleluia. Et ſic habemus quintum ſacrificium, ſcilicet

Apo.5. in fin.
Apoc.9.a

Tertio modo accipitur amen aduerbialiter.

Apo.5. d. & .7.c.

Sextũ sacrificium est cõtritionis.

laudis. Sextum sacrificium est contritionis, scilicet dum homo mactat cor.i.uoluntatem peccandi. Cũ enim celebratur sacrificium corporis CHRISTI in altare, quilibet corde contrito pectus suum debet percutere, & propositum cõfutandi peccata firmare. Vnde sic offerendo DEO cor mortificatum, est factum solemne sacrificium, & DEO acceptum, de quo inquit

Psal. 50.d

Dauid. Sacrificium DEO spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum DEVS non despicies.

Septimũ sacrificiũ est paruulorum.

Septimum sacrificium est sacrificium paruulorum. Sic enim antiqui pagani idolatræ suos filios paruulos sacrificabant idolis, sanguinem filiorum innocentium

Psal.105.f

effundendo iuxta illud. Et imolauerunt filios suos, & filias suas dæmonijs, effuderunt sanguinẽ innocentem sanguinem filiorũ suorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Canaam. Et hoc ipsis Iudæis imitantibus gentiles paganos: ita per oppositum ueri christiani sacrificant suos paruulos, dum ipsos portant ad baptismum, & faciunt ipsos baptizari. par.

Octauum sacrificiuꝫ est hominis interioris.

3.q.68.ar.9. Octauum sacrificium est sacrificiũ hominis interioris.s.animæ, quæ anima offertur in sacrificium per actus interiores, scilicet per contemplationem, per orationem per deuotionem, per sanctitatem, per actualem DEI dilectionem, per omnem actum

Nonũ sacrificium est hominis exterioris.

animæ interiorem. 2.2.q.85.art.3.arg.2. Nonum sacrificium est hominis exterioris, scilicet corporis, quod quidem DEO offertur per castitatem coniugalem, per continentiam uidualẽ, per sanctimoniam uirginalem, per patientiam in doloribus, per pacientiã

in tormentis & flagellis, per fortitudinem in plagis mortalibus, in sanguinis effusione, in membrorum mutilatione, in diuinæ ueritatis testificatione usque ad mortem. Decimum sacrificium est rerum exteriorum, *ut ecclesiam fabricando, destructam reparando, reparatam ornando, ornatam dotando, ut altare fundando, fundatum ornando, ornatum prædotando, ut paramēta præparando, quibus sacerdos induatur, calicem, & corporale combinando, in quibus sacramentum conficiatur; candelas, & dopplerium offerendo, quia sine igne sacramentum non celebratur; panem & uinum largiendo, quia sine ipsis non consecratur, lampades oleo implendo, quia sic* DEVS *honoratur, libros deputando, sine quibus officium non cantatur; incensum ad thurificationem, sal ad aquæ benedictionem, candelas ad officij diurni, & nocturni decantationem, campanas ad populorum inuocationem, ad dæmonum effugationem, ad tempestatum expulsionem.eod.argu.*

Decimuз sacrificiū est rerū.

Vndecimum sacrificium est bonorum spiritualium. *Vnde omnes actus uirtutis cuiscunque factus, ut honor* DEI *promouebatur, ut anima* DEO *uniatur, ut mens* DEO *inhæreat, dicitur sacrificium eo.ar.arg. 1.& in fine.R.* Duodecimum sacrificium *est iustitiæ iuxta dictum prophetæ. Sacrificate sacrificium iustitiæ. Hoc sacrificium celebratur duobus modis iuxta Psal. dicentem. Declina à malo, & fac bonum. Qui enim continuat habitum tristitiæ, uel actum tristitiæ de peccatis, in quantum peccata sunt contra reuerentiam* DEI, *hic declinat à malo, & sic declinando*

Vndecimum sacrificium est bonorū spiritualium.

XII. sacrificiū est iustitiæ.

Psal.4,a

facit sacrificium. Qui autem facit quodcunque bonũ à DEO præceptum, hic similiter facit sacrificium iustitiæ, scilicet per obedientiam. Tertiumdecimum sacrificium est sacrificium sinceritatis. Hoc sacrificium debet esse primo sine sanguine. Secundo sine uita, quoniam animalia, quæ offerebantur in sacrificium, prius occidebantur. 1.2.q.102.arti.3.arg.5. Tertio sine macula eo.ar.arg.4. Quarto sine mele.eo.ar.arg.14. Quinto sine fermento eo.arg. Sexto sit sine sale eo.ar. Quinimmo cum thure, quoniam qui de se debet facere sacrificium sinceritatis. Primo non debet esse directè, uel indirectè effusor sanguinis innocentis, nec manu, nec ore, nec corde, nec opere. Secundo non debet uiuere in peccatis, quoniam CHRISTVS, qui remittebat peccata, semper dicebat, uade & noli amplius peccare. Tertio debet esse sine consensu alicuius peccati præteriti siue mortalis, siue uenialis, cum utrunq; causet in anima spiritualem maculam. 1.2.q.86.ar.1. Et hoc ueniale non simpliciter, sed secundum quid ea. par.q.89.ar.1.in fi.R. Quarto debet esse sine mele alicuius culpabilis delectationis. e.par.q.74.ar.6.7.et 8. Quinto debet esse sine fermẽto malitiæ, uel nequitiæ, uel hypocresis. Sexto debet esse cum sale sapientiæ, discretionis, & conscientiæ mortificãtis ea.par.q.102. ar.3.arg.14. Septimo debet esse cum thure deuotionis, & exaltationis famæ odoriferæ, & sic erit sacrificium sinceritatis. Quartumdecimum sacrificium est sacrificium puritatis, & maximè mentis. Ad hoc autem declarandum est notandum, quòd quinque sunt species

XIII. sacrificiũ est sinceritatis. Gen.9.a Num.19. & de.c.32

XIIII. sacrificiũ est puritatis.

animalium, quibus populus DEI utebatur in suis sacrificijs. s. species ouina, de qua offerebantur agnus & aries. Species caprina, de qua offerebantur hircus, capra, & Hædus. Species bouina, de qua offerebantur uacca, & uitulus. Species turturis, & species columbæ. Per hæc animalia significatur duplex puritas: prima est puritas CHRISTI, qui ut uitulus offertur propter crucis uirtutem, ut agnus propter eius innocentiam, ut aries propter principatum ouium, ut hircus propter similitudinem carnis peccati, ut turtur, & columba propter unionem duarum naturarum in una persona, ut columba propter charitatem, & ut turtur propter castitatem. Secūda puritas est CHRISTI IESV, cui tunc offerimus uitulum, cum carnis superbiam uincimus, agnum cum irrationabiles motus coniungimus; hædum cum lasciuiam superamus; turturem cum castitatem seruamus, columbam, cum DEVM & proximum amamus, panes azimos cum simplicitatem mentis optamus. 1.2.q.102. ar.3.arg.2. Quintumdecimum sacrificium est pœnitentium. Nam in ueteri lege fiebat unum sacrificiū, quod dicebatur hostia pro peccato. Hoc diuidebatur in duas partes: una pars igne comburebatur, altera cedebat in usum sacerdotum. Vnde pars, quæ cremebatur, significabat remissionem peccatorum: pars uero, quæ cedebat in usum sacerdotum, significabat, quòd remissio peccatorum fiebat à DEO per mysterium sacerdotum. Sic etiam in noua lege. Nam per ignem charitatis hominem pœnitet, & sicut in ueteri una pars

V. sūt species animalium, quę sacrificabāiur.

XV. sacrificium est pœnitēti

comburebatur, sic in noua lege per uirtutem pœniten-tiæ, prout est uirtus, remittitur una pars pœnæ cum culpa, idest pœna æterna inferni. par. 3. q. 86. ar. 4. in fi. R. & q. 95. ar. 1. in. R. Sicut autem una pars cedebat in usum sacerdotum, per quod significatur, quòd remißio peccatorum fit à DEO per medium sacerdotis: sic in noua lege fit remißio pœnarum temporalium per mynisterium sacerdotum in pœnitentia, prout est sacramentum ea. par. q. 46. art. 6. & q. 20. arti. 2.

XVI. sacrificium est p̃fitentium. Sextumdecimũ sacrificium est profitentium in præceptis DEI. Vnde in ueteri testamento erat unum genus sacrificiorum, quod dicebatur hostia pacifica. Hoc autem sacrificium fiebat pro gratiarum actione pro beneficijs susceptis, uel pro beneficijs suscipiendis. Quo

Gen. 8. c. d. sacrificio fuit usus Noe, qui cũ exisset arcam, & percepisset omnem carnem mortuam, excepta familia sua, egit gratias DEO propter tantum beneficium susceptum, & propter beneficium suscipiendum iuxta promißionem à DEO sibi factam, & inclinatè erexit altare, & obtulit hostias pacificas domino. Quo

Gen. 12. b. sacrificio usus fuit Abraham, cui DEVS cum apparuisset, & sibi promisisset dominium terrarũ Canaam, in quibus peregrinabatur habẽdo gratias DEO, qui dignatus fuerit sibi apparere, & pro beneficio futuræ benedictionis suscipiendo erexit altare, & obtulit

Gen. 35. c. hostias pacificas. Quo etiam sacrificio usus fuit Iacob, postquàm reuersus fuit prospere de Mesopotamia Syriæ, & ubi fuit recunciliatus cum Esau fratre suo.

2. Reg. vlt. in fi. Quo sacrificio usus fuit Rex Dauid, qui cum obtinuisset,

set à DEO *beneficium liberationis à peste, emit locum, in quo apparuit angelus, & facto altare obtulit hostias pacificas domino.* Nos *autem filij noui testamenti hoc sacrificio utimur: quando post peccatorum remißionem sollicitamur in obseruantia præceptorum* DEI *currentes uiam mandatorum* DEI, *ut de uirtute ad uirtutem ascendamus ad montem* DEI *Syon, scilicet* CHRISTVM, *per quem facti sumus, & per quem nostra sacrificia acceptantur.* Decimum *septimum sacrificium est sacrificium peccatorum; et istud in ueteri lege uocabatur holocaustum, quod quidem totum, & totaliter comburebatur, & erat præcipuum sacrificium.* 1.2.q.102.*ar.* 3.*arg.*8.&.10.Hoc *autem sacrificium fit tripliciter, scilicet perfectè, perfectius, & perfectißime.* Primo *fit perfectè, scilicet dum quidam ex charitate in congregatione præsunt, et alij obediunt. Sunt etiam pauperes, & mendicantes.* Cum *hoc sunt casti, & per ieiunia, abstinentias, uigilias, & disciplinas omnia obseruant, quæ ad statum perfectionis requiruntur: sed sine uoti firmitate hi perfectè faciunt holocaustum: sed non sunt in statu perfectionis, et hoc quia nullo uinculo sunt astricti, nisi uoluntate libera.* Secundo *fit holocaustum perfectius, scilicet obligando se iuramēto, uel uoto priuato ad obedientiam, castitatem & paupertatem.* Sed *licet poßint esse perfecti, non tamen sunt in statu perfectionis, scilicet quia carent uoto solemni.* Tertio *fit holocaustum perfectißimè per uotum solemne sub regula approbata.* Vnde *hi perfectißimè per tria uota tendunt ad perfectionem charitatis.* Quicunque

Decimum septimum sacrificiū est peccatorum.

Sacrificiū holocausti fit tripliciter.

Prima Ioan.2. enim cupit ad perfectionem charitatis peruenire, primo debet se remouere ab his, quæ impediũt huiusmodi exercitium, ut sunt concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum; & superbia uitæ, ab his tribus oportet, ut remoueatur miles CHRISTI. 2.2.q.77.artic.5. His enim tribus notis remouetur quis ab huiusmodi impedimentis. Nam per uotum paupertatis tollitur cupiditas exteriorũ bonorum, et per uotum continentiæ tollitur concupiscentia carnis quantum ad delectationem uenereã, & per uotum obedientiæ tollitur inordinatio uoluntatis. Cum autem apostolus dicat. 2.ad Tim.2. Nemo militans DEO implicat se negocijs secularibus, ut miles CHRISTI seculari sollicitudine non impediatur. Primo per uotum paupertatis remouetur à sollicitudine exteriorum bonorum. Vt autem remoueatur à sollicitudine curæ familiaris, scilicet uxoris & filiorum sic liber efficitur per uotum continentiæ. Et ut sit liber à sollicitudine propriorum actuum, sic succurritur per uotum obedientiæ. Cum uero sic fuerit dispositus, facit holocaustum DEO, primo faciens sacrificium de omnibus bonis exterioribus per uotum paupertatis uolontariæ. Secundo facit sacrificium de bonis corporis per uotum continentiæ. Tertio facit sacrificium de propria uoluntate per uotum obedientiæ. 2.2.q.186.art.7.in R. Et sic patet decimumseptimum sacrificium: & per consequens patet prima ratio, quare CHRISTVS aßimilatur monti Syon; quoniam sicut ille mons fuit electus à DEO ad sacrificia offerenda corporaliter, sic CHRISTVS fuit in quantum homo electus ad

offerenda sacrificia spiritualia spiritualiter. Secunda ratio, quare CHRISTVS DEI & gloriosissimæ uirginis MARIAE filius fuit tanquam figuratum in figura absconditus in monte Syon est propter sanctarum rerum sanctificationem. Sancta montem sanctificantia fuerunt per CHRISTVM sanctificata, dum sancta in figura fuerunt sanctificata in ueritate. Quæ autem fuerunt illa sancta, quot, & qualia, & quàm mirifica, dicam quo breuius potero. Sunt enim octo. Primo Abraham Isaac imolatur, & ab Isaac tolleratur. Secundo Iacob scalam diuinitatis, & humanitatis contemplatur, & ab eo altare fabricatur. Tertio à Dauid in Syon domus regia situatur, & in eodem per sacrificium DEVS placatur. Quarto per Salamonem templum ædificatur, & ab ipsomet consecratur. Quinto sacramentum eucharistiæ incohatur, & in eodem figuratur. Sexto in eodem spiritus sanctus uisibiliter condonatur, dum uerè oratur. Septimo super omnes montes eleuatur, & à DEO inhabitatur. Octauo dominium CHRISTI in eo manifestatur, & inde per totum mundum dilatatur. Primum sanctum opus geminatũ factum in monte Syon, propter quod CHRISTVS DEI, & gloriosæ uirginis MARIAE filius fuit uerè DEVS absconditus, sicut figuratum in figura, est, quia Abraham Isaac imolatur, & ab Isaac tolleratur. Cum enim dedisset DEVS Abrahæ filium benedictum, scilicet Isaac, in quo debebant benedici omnes gentes; uocauit eum DEVS dicens. Tolle filium tuum, quem diligis Isaac, & offeres illum in holo-

Secũda ratio, quare Chrs fuit absconditus in mõte Syon.

Octo sunt sancta in monte Syon facta, & geminata.

Primũ sãctum opus geminatũ & factum in monte Syon. Gen. 15. & 20.

Gen. 22. a

caustum super unum montium, quem mostrauero tibi. Cum autem de nocte strauisset asinum, & præparatis lignis cum duobus famulis, & finitis duobus diebus die tertio uidit Abraham locum imolationis ostensum sibi à domino, & dimissis famulis cum asino, ipse & Isaac ascenderunt montem, Isaac ferrente ligna super humeros, & Abraham g erente ignem et gladium. Cum peruenissent ad locum, scilicet in quo debebat fundari altare holocaustorum, ibi Abraham fecit altare, idest struem lignorum, scilicet in monte Syon: & super altare imposuit filium suum Isaac, eo non diuertente, nec resistente, ligauit eidem manus, & pedes, & super altare ligauit eundem. Quo facto arripuit gladium constanter illum eleuando ad iugulandum filium non minus obedientem patri, quàm pater DEO, nec minus fortis in acceptando mortem, quàm pater constans mortem inferendo, quoniam non minus credidit patri prædicanti fidem resurrectionis, quàm pater crediderit DEO præcipienti mortem filij, & omnium gentium benedictionem promittenti. Quantum uero fuerit iste actus sanctus, & magnus, cogitet quisque, qui intelligit, quid est pater, quid est filius. Quid est pater? amans filium. Et quid est filius? amans uitam. Quid est mors de præsenti, & resurrectio de futuro. Quid est incinerari, & quid fœcundari. Quid est filium interficere obediendo DEO, & quid est acceptare mortem obediendo patri. Commouebantur uiscera paterna in patre arrepto gladio. Commouebatur sanguis relinquens extrema filij, & ad suum fontem cordis accedens: uita tamen &

mors utriusque, scilicet patris & filij in manu DEI. Mors filij manifesta erat in patre: uita autem abscondita erat in DEO, utrique autem sacrum archanum reuelatum fuit, & filio quanta erat obedientia ad patrē, & patri quanta erat obedientia ad DEVM. Sunt ergo ista duo sancta geminata sanctè, hæc gesta sunt propter unum maximum sacrum sacramentum.i.sacrum secretum.s.ut Abraham cognosceret, quàm esset gratus DEO. Vnde dictum est illi in eius laudem. Quoniam nō pepercisti filio propter me, multiplicabo semen tuū sicut stellas cœli, et ueluti arena, quæ est in litore maris: possidebit semen tuū portas inimicorum suorum, et benedicētur in semine tuo omnes gentes terræ. Ad nostrū igitur propositum redeundo dico, quòd mons Syon significat CHRISTVM, & hoc propter ista sancta geminata in ipso facta duæ personæ nominantur, scilicet Abraham et Isaac; duæ istæ significant DEVM patrem, & CHRISTVM eius filium, qui sic gerit uices duarum personarum, sicut est una persona in duabus naturis. Natura humana significatur per Isaac, & natura diuina significatur per montem Syon. Nam Syon interpretatur speculum. In CHRISTO autem tanquàm in speculo uidemus uoluntatem patris, uitam, & mortem. Vnde sicut Abraham uoluit mortem Isaac, sic DEVS pater uoluit mortem CHRISTI: & sicut Abraham uoluit mortem Isaac, & resurrectionem, atque filiorum multiplicationem iuxta promissam benedictionem, sic DEVS pater uoluit mortē CHRISTI, sed cum resurrectione sui, & cum benedictione

stellarum, idest electorum. Moritur autem Isaac secundum uoluntatem Abrehæ, sed non secundum uoluntatem DEI: sic CHRISTVS moritur nobis, moritur Iudæis, sed non moritur patri cœlesti, qui non dat sanctum suum CHRISTVM uidere corruptionem. Sicut autem omnes morimur, immo mortui sumus; & uita nostra abscondita est cum CHRISTO in gloria, sic CHRISTVS mortuus est secundum humanitatē semel tantum, sed uiuit DEO. Sicut autē Abraham significat DEVM patrem cœlestem, sic Isaac significat filium DEI CHRISTVM inquantum est homo: quoniam sicut Abraham uoluit mortem sui filij, sic DEVS pater uoluit mortem CHRISTI filij sui. Sicut Isaac fuit obediens patri uolendo mortem, sic CHRISTVS fuit factus obediens patri usque ad mortem. Sicut Isaac portat ligna, in quibus debet imolari. Tandem sicut Abraham uoluntarie occidit filium, quem suscepit uiuum, sic DEVS pater uoluit CHRISTVM mori, quem tertia die accepit uiuum gloriose: Sed ubi (quæso) facta sunt ista geminata sancta? certe facta sunt in monte Syon. i. CHRISTO, qui est speculū mortalitatis, & speculū nostræ gloriosæ immortalitatis. Vnde in hoc speculo uidemus imaginē gloriosæ resurrectionis nostræ, quem saluatorem expectamus, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratū corpori claritatis suæ sic CHRISTVS tulit ligna crucis, in quibus debuit crucifigi. Et sic patet, quomodo CHRISTVS DEI, & gloriosæ uirginis MARIAE filius est DEVS uere absconditus. s. in monte Syon, dum in eo-

Psal. 15.b

fiunt sancta, quando per Abrahā Isaac imolatur, & per Isaac mors tolleratur. Secundum opus sanctum geminatum factum in monte Syon, propter quod CHRISTVS DEI *& gloriosæ uirginis* MARIAE *filius fuit uere* DEVS *absconditus, sic figuratum in figura est, quia Iacob scalam diuinitatis, & humanitatis contemplatur, & ab eo altare fabricatur. Circa hoc notandum est, quod cum Iacob fugeret fratrem suum Esau, & iret in Mesopotamiam Syriæ ad Labam auunculum suum, scilicet fratrem matris suæ, accidit, quod oportuit eum dormire in uia, qui fecit sibi unum puluinar de lapidibus. Qui dormiens uidit in somno scalam, quæ attingebat à terra usque ad cœlum, & uidit angelos ascendentes, & descendentes per eam, & dominum imixum scalæ dicentem sibi. Ego sum* DEVS *Abraham patris tui, &* DEVS *Isaac, terram, in qua dormis, tibi dabo, & semini tuo & cæter. Cumque surrexisset de somno ait. Vere dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Non est hic aliud, quam domus* DEI, *et porta cœli. Surgens igitur tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & errexit in titulum, et desuper infundens oleum appellauit nomen loci illius Bethel, quæ prius Luza uocabatur. Cum autem peruenisset ad Labam, habuissetq; uxores, & concubinas, et ex eisdem haberet multos filios, & stetisset ibi annis uiginti, dominus apparuit eidē in somnis dicens. Ego sum* DEVS *Bethel, ubi unxisti lapidem. Surge, & egredere de terra hac, & reuertere in terram natiuitatis tuæ. Cum autem peruenisset in Salem urbem Siccimorum, ibi ædi-*

Secundū secretum opus sanctum geminatū factū in monte Syon.

Gen. 28.b

Gen. 31.e

Ge. 33. 18.

ficauit altare, et inuocauit fortissimum DEVM Israel. Tandem locutus est illi DEVS dicens. Surge, & ascende Bethel, & habita ibi, facq; ibi altare domino, qui apparuit tibi, quando fugiebas fratrem tuum Esau. Hoc autem ultimum altare ædificatum fuit in monte Syon, ubi Iacob uidit scalam, & dixit de loco. Non est hic aliud, nisi domus DEI, & porta cœli. Ecce quòd sancta facta sunt, Iacob scalam uidit, dominum fuit contemplatus, uidit angelos ascendentes, & descendentes, lapidem oleo unxit. Iterum altare errexit, orauit, & locum domus DEI appellauit. Sub monte Syon Iacob unxit lapidem oleo, quoniam lapis untus est CHRISTVS secundum naturam humanam. Iacob autem est CHRISTVS ungens secundum naturam diuinam. Vnde in hoc nomine CHRISTVS intelligitur deitas ungens, & humanitas uncta. par. 3. q. 16. ar. 5. in R. Vnde CHRISTVS est uere DEVS absconditus in lapide uncto in Syon. Scala autem declarat, quòd CHRISTVS est in Syon absconditus, quia sicut supra Syon uisa fuit scala, sic CHRISTVS est scala, supra quam ascendũt angeli: quoniã sicut ad scalam, scilicet portatilem concurrunt duo ligna longa, sic in CHRISTO sunt duæ naturæ. s. diuina, & humana. Vnde hæc est uera. DEVS est homo, & ista est uera, homo est DEVS. par. 3. q. 16. ar. 1. & 2. Angeli autẽ. i. spiritus fideles ascendũt, dũ ab humanitate ad diuinitatem per fidem eleuantur dicentes. Homo est DEVS, descendunt uero, dum à diuinitate ad humanitatem per fidem inclinantur, dicentes DEVS est homo. Sed sicut

Gene. 35.

duo ligna uniuntur in scala per gradus transuersos, sic natura diuina, & humana uniuntur, scilicet quia filius DEI assumpsit carnem mediante anima. par. 3. q. 6. arti. 1. & animam assumpsit mediante spiritu, idest intellectu. ea. q. art. 2. Vnde Iacob loquens de monte Syon unum dixit, & alterum fecit. Dixit enim. Hic est domus DEI, & porta cœli, quoniam prophetauit templum DEI ibidem fiendum, per quod templum intelligitur ecclesia CHRISTI, quæ ecclesia est porta cœli. Fecit autem unum, scilicet altare, per quod significatur CHRISTVS. Vnde consecratio ecclesiæ significat sanctificationem omnium electorum; et consecratio altaris significat sanctificationẽ CHRISTI. par. 3. q. 83. ar. 3. arg. 4. & 3. Et sic habemus secundum sanctum geminatum factum in monte Syon, propter quod CHRISTVS DEI & gloriosissimæ uirginis MARIAE filius fuit in monte Syon absconditus, sicut figuratum in figura, dum Iacob in ipso scalam diuinitatis, et humanitatis CHRISTI contemplatur, & ab eo altare fabricatur. Tertium sanctum geminatum factum in monte Syon, propter quod CHRISTVS DEI, & gloriosæ uirginis MARIAE filius est in monte Syon uere DEVS absconditus tanquàm figuratum in figura est, dum per Dauid in Syon domus regia situatur, & in eodem monte DEVS per sacrificium placatur. Circa quod est notandum, quòd Dauid cum acquisiuisset totum regnum, & fuisset mortuus Saul, adhuc Iebuseus occupabat arcem, quam cum acquisiuisset per

Tertium sanctũ geminatũ factũ in mõte Syon.

1. Paral. 2. 2. Reg. 5.

Ioab percusso Iebuseo fortificauit arcem, & in ipsa situauit domum regiam; scilicet supra montem Syon. Et post paululum inspiratus fuit à DEO de domo DEI ædificanda, & sicut formam templi DEVS in monte suo ordinauerat, sic docuit filium suum Salamonem, quem DEVS elegerat ad templum ædificandum, & consecrandum. Attendatis, quòd sicut hi sunt reges, sic sunt duo, propter quæ CHRISTVS est in monte Syon figuratus. Nanque Dauid rex faciens in Syon domum regiam, & Salamon in eodem monte ædificans, & consecrans domum DEO. scilicet templũ, significabant CHRISTVM uenturum, & facturum regnum, atque sacerdotium, & hoc in sanguine suo iuxta illud Ioannes. Dilexit nos, & lauit nos in sanguine suo, & fecit nos regnum, & sacerdotes. Nanque sicut Dauid acquisiuit totum regnũ in persecutione, sic CHRISTVS in persecutione apostolorum, & martyrum acquisiuit totum mundi imperium. Vnde imperium, quod erat apud idolatras, translatum fuit ad Christianos, dum ipsum CHRISTVM, ut regem, & imperatorem adorant. Et hoc est, quòd Dauid orando petebat dicens: Da imperium tuum puero tuo, scilicet CHRISTO. Sacerdotium autem, quod erat apud Iudæos, translatum est ad Christianos. Vnde summus Pontifex, idest Papa est christianus; & inter christianos uicarius CHRISTI adoratur, creditur, & est. Ecce quomodò CHRISTVS figuratus fuit in monte Syon propter sanctum geminatum, quod in Syon factum est:

2.Reg.7. 1.par.li.2. vsque ad c.7.

Apoc.1.

Psal. 85.c.

quoniam per Dauid domus regia ibidem situatur, & per Salamonem templum ædificatur, & consecratur. Quartum sanctum geminatum est, quia in Syon sacrificium DEO acceptum per Dauid sacrificatur, & DEVS iratus placatur. Circa hoc est notandum, quod cum Dauid acquisiuisset totum regnum, ipse cōmisit duo magna peccata, quoniam Bersabé amore accensus tractauit eam cognoscere, eamque impregnauit, & uolens occultare eius graue peccatum tractauit mortem Vriæ uiri sui fidelißimi. Aliud autem peccatum commisit. Nam dæmone suggerente uolit, quod describeretur uniuersum regnum, & omnis populus numeraretur, quasi poneret spem suam in multitudine populi, & non in DEO. Cum autem Dyabolus sic temptasset eum, & perfecisset peccatum, temptauit eū de obliuione. Nam uiso numero octiugenta milia de Israel, & de Iuda quingenta milia, si superbé egit numerando populum, saltem debebat humiliter DEO gratias agere de tanto populo hominum, & armorum, & offerre DEO hostias pacificas pro gratiarum actione. Quod minime fecit. Propter quod DEVS misit ad eum prophetam Gad. Qui proposuit illi tria, scilicet uel septem annis famem, aut tribus mensibus fugere inimicos, uel habere in populo pestem tribus diebus. Qui confidens in misericordia DEI elegit pro minori malo pœnā pestis in populo. Vnde mortui sunt hominum ex Israel septuaginta milia. Angelus autem domini cedens populum gladio euaginato uenit uersus Hyerusalem, quem uidens Dauid sancté inter cœlum,

Quartum sanctū geminatū est sacrificiū factum in Syon.

2. Reg. 2.

2. Re. 24. a
1. par. 21. a

2. Reg. 24 b.

2. Reg. 24 c.

& terram, ipse cum maioribus natu populi uestiti cilicijs timuit ualde, & proijciens se ad terram clamauit ad dominum dicens. Ego sum, qui peccaui; ego sum, qui iußi populum numerari. Ego sum, qui iniquè egi. Isti oues gregis sunt, quid fecerunt? Et adiecit. Domine DEVS meus, uertatur obsecro manus tua in me, & in domum patris mei, populus autem tuus non percutiatur. Onde præcepto angeli, ore prophetæ Gad
2.Reg. 24 ascendit, scilicet montem Syon in area Areuna Iesubæi, & empta area à prædicto Areuna ibi ædificauit altare, ubi uiderat angelum, idest in loco, in quo Salamon erat ædificaturus templum: & oblato super altare sacrificio DEVS fuit reconciliatus. Quod per signa ostendit. Nam ignis de cœlo uenit Adnon, et combußit holocaustum, Dauid autem uidit angelum ponentem gladium in uaginam. Ecce quomodo in montem Syon per Dauid sacrificium DEO acceptum sanctificatur, & DEVS iratus reconciliatur. Ecce quomodo sanctum geminatum fit in Syon, propter quod probatur, quòd CHRISTVS in monte Syon figuratur, scilicet duplici figura prophetica. Primo nanque figurabatur, quòd templum, & altare in illo loco debebant cōstrui. Vnde inquit Dauid. Hæc est do-
1.par.22.a mus DEI, & hoc altare in holocaustum Israel. Vnde sequitur, quòd immediate Dauid incœpit præparare necessaria pro templo à Salamone ædificando. Quo ædificato per Salamonem, dum per Salamonem conse-
2.paral.6. craretur, inter cætera, quæ inuocauit Salamon, hoc est unum, scilicet reconciliatio. Vnde ait. Si peccaue-

rit quispiam (nec enim est homo, qui non peccet) et constrinxerit se coram altari in domo ista, tu exudies eum. Sic igitur habemus primam figuram propheticam. Est autem alia secunda figura. Quoniam sicut in monte Syon erat ædificandum templum, & altare, sic in eodem monte, scilicet in domo regali debebat ædificari sancta mater ecclesia, ut factum fuit in die Pentecostes, quando erant omnes apostoli congregati, & spiritus sanctus inuisibiliter uenit super eos; & ecclesiam catholicam ædificauit, sicut inuisibiliter MARIAM *impraegnauit. Sed sicut* DEVS *fuit peccatoribus in Syon reconciliatus exaudiendo præces, sic* DEVS *reconciliatur præcibus ecclesiæ, de qua inquit dominus, ubi fuerunt duo, uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Et si duo ex uobis, scilicet in nomine meo congregatis consenserint in unum, scilicet optimum desiderium, de omni re, quam petierint, fiet eis à patre meo. Sic igitur patet, quomodo* CHRISTVS DEI & *glorisissimæ uirginis* MARIAE *filius est uere* DEVS *in monte Syon absconditus propter quartum sanctum geminatum, dum acceptum sacrificium per Dauid in Syon significatur, &* DEVS *reconciliatur. Quintum sanctum geminatū in monte Syon factum, propter quod* CHRISTVS DEI, & *gloriosissimæ uirginis* MARIAE *filius, fuit in monte Syon absconditus tanquā figuratum in figura, est dum in Syon sacramentum eucharestiæ inchoatur, & in eodem figuratur. Circa hāc particulam est declarandum, quæ & quot sunt cerimo-*

Matt. 18. c

Quintum sanctū geminatū in monte est sacramentū eucharestiæ.

Ceremoniarū species sunt quinque.

niæ, quæ factæ fuerunt in monte Syon, & demum sunt adaptandæ ad propositum ceremoniarum factarũ in eodem per CHRISTVM. Fuerunt autem in antiqua lege quatuor species ceremoniarum sanctarum in Syon in antiqua lege, scilicet sacrificia, sacra, sacramenta, et obseruantiæ. Sacrificia fuerunt in triplici genere: ut holocaustum, quod totum cremabatur, hostia pro peccato, hostia pacifica, gratiarum actiones pro beneficijs susceptis, uel obtinendis. 1.2.q.102.art.3. arg.8. Sacra autem erant, quæ ad sacrificia præparabantur, ut templum, altare, & uasa. Sacramenta uerò erant res, quæ per quandam consecrationem ad diuinũ cultum deputabãtur, ut consecratio mynistrorum, templi, altaris, uasorum, & uestimentorum. Obseruantiæ autem erant in modo conuersandi, in indumentis, in cibis, in potu, & his semilibus. 1.2.q.101.ar.4.in.R. Ista sunt cerimonialia antiquæ legis, quæ fiebant in monte Syon, in quo figurabatur CHRISTVS, præcipuè, & principaliter propter sacramentum eucharestiæ. Omnia nanque sacrificia figurabant sacrificium CHRISTI se ipsum offerentis pro cunctis in sacrificium, ut simul sacerdos, & sacrificium sit. 1.2. q.101.arti.3. in fin. R. Sicut sacrificia figurabant CHRISTVM, sic & sacra. s. templum, & altare. ea.q.ar.4.arg.1.2.&.3. Sicut autem sacrificia, & sacra CHRISTVM figurabant, sic etiam sacramenta, ut ea.q.ar.5.arg.1.&.3. Consimili modo obseruantiæ in cibo, & potu, & uestitu ea.q.ar.6. per totũ. Omnes prædictæ cerimoniæ factæ in monte Syon

perfectius factæ sunt in CHRISTO figurato, quàm in figura. Nam ubi in ueteri lege prohibet esum sanguinis, hic in noua præcipit potū. In ueteri offertur sanguis animaliū, hic in noua offert sanguinē humanū. In ueteri grex animaliū occiditur, in noua caro hominis, & DEI crucifigitur. In ueteri sacrificium fuit templum, tabernaculum, & altare; in noua sanctificatum fuit CHRISTI corpus, CHRISTI spiritus, immo omnes apostoli eius mynistri, In ueteri sacramentum conuiuij, quod factum fuit in comestione pascalis agni fuit solemnius celebratum in monte Syon à CHRISTO, quàm ab alio; quoniā non solum dedit discipulis agni figuram, sed etiam se ipsum dedit qui erat ueritas figuræ par.3.q.73.ar.6. Vnde patet, quòd in monte Syon cum sacramentum eucharistiæ inchoauit, fuit in ipso monte absconditus propter figurarum prænuntiationem generalem. Sed audiamus modo prænuntiationem figurarum in specie. In specie autem hoc sacramentum supra montem Syon inchoatum figuratur per.xij. figuras. Primo dum corpus & sanguis separatim propinat, scilicet corpus extra calicem, & sanguis in calice. Hic actus in lege ueteri figurabatur tanquàm futurum, & in noua lege significatur tanquàm præteritum. Nanque cum omnia animalia offerenda in sacrificium deberent prius occidi separando sanguinem à corpore, figurabatur, quòd CHRISTVS non erat strangulandus, nec suffocandus, nec præcipitandus, neque lapidandus, sed eius sanguinis erat à corpore segregandus. 1.2.q.102.

arti. 3. arg. 5. & 6. post paßionem autem propinatur corpus de per se, & sanguis de per se. Significando, quòd in morte fuit sanguis separatus à corpore. Nam celebratur in memoriam paßionis eius par. 3. q. 8. ar. 12. arg. 3. Ad quod designandū sacerdos facit duas cruces ante consecrationem, unam supra hostiam, alteram super calicem. par. 3. q. 83. arti. 5. arg. 3. uers. tertio autem. Secundo dum extenditur. Nam ut figuraretur corporis extensio, ideo crucifigitur. Et ad extensionē significandam post eleuationem sacerdos leuat brachia, & per modum crucifixi extendit eod. arg. uer. quinto repræsentat. Tertio dum sanguis & aqua simul miscuitur. Vt enim hæc mixtura figuraretur, in nuptijs aqua conuersa fuit in uinum. Et quòd aqua non remaneat in specie sua, sed uinum ante consecrationem, & sanguis post consecrationē, figuratum fuit, quando in Aegypto aquæ fuerunt conuersæ in sanguinem. Significatur autem per hanc commixtionē unio populi christiani ad CHRISTVM. par. 3. q. 74. art. 6. in R. Quarto dum hostia frangitur, per quam fractionē significatur corporis CHRISTI mistici distinctio. Vna enim pars in calice mittitur significans sanctos, qui cum CHRISTO in hac uita CHRISTO compatiuntur, scilicet paßiones patientes: secunda pars magna in manu sacerdotis significat electos in purgatorio, tertia pars minor significat sanctos in Paradiso ea. par. q. 83. arti. 5. arg. 3. Demum huius figura præceßit, dum DEVS præcepit Noe, quòd in sumitate arcæ faceret mansiones tricameratas

Ioan. 2.

Exod. 7.

Gen. 6.

secundum

secundum Origenem *super* Gen. Homilia. 2. *Quinto dum trina crux ad pax domini in missa dicitur, ut per primam crucem significentur fideles in hac uita; per secundam significentur electi in sepulchro, per tertiam significentur uiui, & defuncti præstolantes resurrectionem. Et ideo quia isti cum* CHRISTO *uiuunt, ter dicimus agnus* DEI *miserere nobis.* Primo *nobis in hac uita laborantibus. Secundo nobis mortuis in sepulcro dormitantibus. Tertio nobis uiuis & defunctis resurrectionem præstolantibus.* Hoc *autem fuit figuratum per apostolum* Paulum *dicentem* CHRISTVM *adorari per omnem creaturam cœlestem, terrestrem, et infernalem. Quam distinctionem etiam dat* Ioannes *dicens.* Et *nemo poterat nec in cœlo, nec in terra, nec subtus terram aperire librũ. Sexto dum totus* CHRISTVS *manducatur. Est enim in hoc sacramento totus* CHRISTVS, *quo ad omnes & singulas eius partes secundum realem concomitantiam par. 3. q. 76. ar. 2. 3. & 4.* Hoc *autem sacramentum dum sumitur, & sacrificium dum imolatur, figuratum fuit in illo sacrificio, quod holocaustum dicebatur, de quo nihil remanebat, sed totum comburebatur. 1. 2. q. 102. arti. 3. arg. 8. in prin. Septimo dum in hoc sacramento remissio peccatorum datur.* Nanque *in hoc sacramento remittitur peccatum ueniale, et pœna pro mortali. par. 3. q. 102. ar. 3. arg. 8. & 5.* Hoc *autem fuit figuratum in sacrificio, quod fiebat ad peccati expiationem. 1. 2. q. 102. ar. 3. arg. 8. post prin. Octauo dum* DEO *fidelis gratias agit, quoniam per beneficium passionis*

Ad Phili. 2. b

Apoc. 5.

CHRISTI *suscipimus beneficium spei aperitionis ianuæ cœlestis.par.3.q.49.arti.5. Sic per hoc sacramentum aperitur nobis cœlestis ianua paradisi.e.par.q. 79.ar.2.Fuit autem figuratum in sacramento, siue sacrificio hostiæ pacificæ.1.2.q.102.art.3.arg.8.in fi.*

Leui.9.in fine. *In cuius signum dum* Moyses *cum populo sacrificaret, uenit ignis de cœlo,& accendit sacrificium.* Nono *dum homo à peccato præseruatur.* Nam *per hoc sacramentum à peccatis mortalibus præseruatur, par.3.q.79. articul.6.* Vnde *non debet esse ingratus:sed sacrificare* DEO *hostias pacificas,scilicet pro beneficijs futuris recipiendis.1.2.q.102.ar.3.argu.8.in fi.* Hoc *autem figuratum fuit per* Dauid,*qui cum accepisset à* DEO *beneficium remißionis peccati commißi in numeratione populi,uolens etiam obtinere à* DEO *aliud beneficium*

2.Reg.vl. *remißionem pestis obtulit sacrificium, quod* DEVS *ipsum acceptasse ostendit mittens ignem de cœlo, qui illud combußit.* Decimo *dum peccator à peccatis lauatur.* Quicunque *enim accedit ad hoc sacramentum cum conscientia peccati mortalis peccat mortaliter,par.3.q. 80.ar.4.ideo debet homo prius lauari à peccatis antequàm ad sacramentum accedat.* In *cuius figurã* Moyses *ædificando tabernaculum fecit labrum plenum specu-*

Exo.38.a *lis mulierum,ut antequàm sacerdotes irent ad tabernaculum se respiciebant in speculis, & si qua macula erat in eis, ipsam in aqua lauabant.* In *cuius documentum*

Ioan.13.a IESVS *antequàm communicaret suos discipulos primo lauit pedes discipulorum.* Vndecimo,*dum figuratur,& unitur.* Vbi *notandum,quòd per sacramenta*

insigniri CHRISTO, *& non uniri est bonum, sed imperfectum: uniri autem, & non insigniri est bonum, sed imperfectum: insigniri uero, & uniri* CHRISTO *est bonum perfectum, & perfectè bonum. Sicut insigniri signo capitanei exercitus est bonum, uniri autem capitaneo est melius. Sed insigniri, & uniri capitaneo est optimum: sic per sacramentum baptismi, et per sacramentum confirmationis, ac etiam sacri ordinis, in quibus imprimitur carater, est bonum insigniri caratere. par. 3. q. 63. artic. 6. Sed quoniam homo potest insigniri caratere, & non uniri per gratiam tam in sacramẽto baptismatis par. 3. q. 68. ar4. quàm in sacramento confirmationis. ea. par. q. 72. arti. 70. quàm etiam in sacramento sacri ordinis. ea. par. adic. q. 34. artic. 1. Et quoniam gratia habitualis communiter dicta exigitur ad superuenientem gratiam sacramentalem. Quoniam sicut positione animæ præsupponunt essentiam animæ, à qua effluunt, sic dona, & uirtutes præsupponunt gratiam habitualem communiter dictam, cui addunt quasdam perfectiones ad potentias animæ perficiendas: ita etiam gratia sacramentalis addit super gratiam communiter dictam, & super gratiam donorum & uirtutum quoddam diuinum auxilium ad finem sacramenti consequendum, ideo melius est uniri per gratiam communiter dictam & insigniri per gratiam sacramentalem, quàm solum uniri, uel solum insigniri. par. 3. q. 62. ar. 2. Et melius est uniri* CHRISTO *per sacramentum eucharistiæ, quod* CHRISTVM *coniungit homini, & hominem* DEO, *quàm insigniri quolibet*

sacramento imprimente caracterem. ea. par. q. 65. arti. 3. argu. 3. In cuius *figuram habemus, quòd filij Israel cum exissent Aegiptum fecerunt bis phase, idest festum*
Num. 9. *pascæ.* Et primo *fecerunt phase anno secundo egreßionis de Aegypto, & huic phase interfuerunt circuncisi in Aegypto, & nati in deserto incircuncisi.* Et hi om-
Iosu. 5. *nes mortui fuerunt in deserto.* Finitis *autem quadraginta annis & mortuo Aron & Moyse sub regimine Iosue fuerunt circuncisi omnes, qui nati sunt in deserto.* Et *facta circuncisione præcepto domini fecerunt phase in campestribus iericho.* Hæc *figura figurat tria genera hominum facientium phase, idest sumendo corpus* CHRISTI; *quoniam sicut fecerunt phase circuncisi in Aegypto, sic ad esum agni, idest* CHRISTI *accedunt quidam insigniti caractere baptismi, sed in peccato mortali.* Quidam *insigniti bino caractere, scilicet baptismi, & confirmationis similiter in peccato mortali.* Quidam *insigniti trino caractere, scilicet baptismi, & confirmationis, atque sacri ordinis, ut omnes electi in sacris constituti; & quia etiam sunt in peccato mortali dicuntur significari per circuncisos in Aegypto et in deserto huius uitæ mortuos, scilicet peccando mortaliter sacramentum sumendo in peccato mortali. par. 3. q. 80. artic. 4.* Qui *autem fuerunt paruuli nati infra hos duos annos, & incircuncisi significant cathecuminos, idest credentes, & nondum ex causa legitima baptizatos, qui celebrãt phase, idest sacramentum corporis* CHRISTI *suscipiendo spiritualiter uoto & desiderio, sicut uoto & desiderio suscipiunt baptismum.*

par. 3. q. 73. ar. 3. & hi non fuerunt mortui in deserto, quoniam fecerunt phase licet non fuerint insigniti aliquo caractere modo nati in deserto. Et qui erant infra uigesimum annum fuerantq; circuncisi in Aegypto, nec mortui in deserto iuxta sententiam DEI duos populos significant facientes phase secunda uice. Vnde qui interfuerunt primo phase, circuncisi tamen in Aegypto, & interfuerunt secundo phase, significant baptizatos, & confirmatos, & ad sacros ordines promotos, & per consequens caractere CHRISTI insignitos. Qui phase, idest sacramentum corporis CHRISTI celebrauerunt uno tempore in peccato mortali, & tandem in recessu de Aegypto deserto eo sine peccato celebrauerunt. Qui autem nati sunt in deserto & circuncisi phase celebrantes significant omnes clericos, omnes confirmatos, & omnes baptizatos, qui sunt sacro caractere insigniti, & per gratiam & fidem charitate formata sunt DEO uniti. Sic igitur CHRISTVS DEI & uirginis gloriosæ filius est in monte Syon figuratus, dum insignitur homo, & sacramento eucharistiæ unitur. Vndecimo hoc sacramentum in monte Syon inchoatum figuratur, dum manducatur & delectabiliter gustatur. Sæpe legimus, quòd unus & idem cibus quibusdam est sanus, quibusdam est mortalis immo uni & eidem pro uno tempore prodest, & pro alio nocet. Legimus etiam, quòd idem cibus multis est delectabilis sub uno & eodem sapore, sed nusquam legi, quòd unus atque idem cibus in diuersis haberet diuersos sapores, nisi de manna, quod DEVS pluit quadraginta annis

Num. 14.

Exod. 12.

in deserto, qui cibus in ore omnium secundum diuersitatem appetituum præbebat se delectabile iuxta sapientiæ dictum. Panem de cœlo præstitisti eis omne delectamentum in se habentem. Hæc fuit figura corporis CHRISTI, quod deuote sumptum continet in se omnem suauitatem spiritualis saporis. Manna enim est imago fœlicitatis æternæ, de qua inquit CHRISTVS. Apoc. 2. Vincenti dabo edere manna absconditum, & nomen nouum scriptum, quod nemo nouit, nisi qui accipit. Sic igitur hoc sacramentum in monte Syon figuratur, dum manducatur, & delectabiliter gustatur. Duodecimo hoc sacramentum figuratur, quia in ipso spiritualis uita consumatur, et manducans in manducatum transmutatur. Est notandum, quod sicut uita corporalis incipit in parentum generatione, & consumatur & perficitur in cibi comestione, sic uita spiritualis inchoatur in baptismate, & perficitur atque consumatur in eucharistia. par. 3. q. 73. ar. 3. in medio R. & sic dicimus baptismum esse sacramentum mortis, & passionis CHRISTI pro ut homo regeneratur in eo uirtute passionis CHRISTI. Sed eucharistia est sacramentum passionis CHRISTI, pro ut homo perficitur in unione ad CHRISTVM passum, & ideo sicut baptismus dicitur sacramentum fidei, quæ est fundamentum spiritualis uitæ, ita eucharistia dicitur sacramentum charitatis, quæ est uinculum perfectionis. eo. ar. arg. 2. Ecce quomodo uita spiritualis in hoc sacramento consumatur. Sed quomodo manducans transmutatur in manducatum, audite. Est enim de natura cibi

Sapi. 16. c

Apoc. 2. e

Colo. 3.

manducati, quòd conuertatur in substantiam manducantis. Cibus autem iste manducatur sub sacramento spiritualiter, & sic spiritualiter transmutat in se manducantem, scilicet in CHRISTVM. eo.ar.arg.2. Vnde fuit dictum August. Cibus sum grandium, cresce & manducabis me, nec tu me mutabis in te, sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. Sed est qui dicat, quomodo fit hæc mutatio, nunquid manducans corpus CHRISTI mutatur in diuinitatem CHRISTI, aut in animam CHRISTI, aut saltem in corpus, uel carnem CHRISTI? Respondens dico, quòd CHRISTVS accipitur hic pro suo corpore mistico, in quo manducans mutatur, dum ex membro dyaboli efficitur membrum CHRISTI. Sicut enim ex multis racemis fit uinum, & sicut ex multis granis fit unus panis, & sicut ex multis membris fit unum corpus, sic ex multis christianis fit unum corpus CHRISTI, & immutatur, qui in CHRISTVM mutatur. Sextum sanctum geminatum, propter quod CHRISTVS DEI, & gloriosissimæ uirginis MARIAE filius fuit in monte Syon absconditus, tanquàm figuratum in figura, est, quia spiritus sanctus uisibiliter condonatur, dum uerè adoratur. De quo dicetur in figura de igne. Septimum sanctum geminatum, propter quod CHRISTVS DEI & gloriosissimæ uirginis filius fuit in monte Syon abscõditus tanquàm figuratum in figura, est, quia mons Syon super omnes montes eleuatur, & à DEO inhabitatur. Circa hanc particulã est declarandum, quo-

modo mons Syon super omnes montes eleuatur, non enim eleuatur, ut quasi ab infimis ad alta conscendat, quia non est altior, quàm fuerit à DEO creatus, nec eleuatur quasi fuerit altior alijs montibus factis, sed est eleuatus primo dignitate. Vnde inquit Esaias. Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in uertice montium eleuabitur super, & fluent ad eum omnes gentes. Notandum, quòd omnes patriarchæ, & omnes prophetæ, Apostoli, & euangelistæ dicuntur montes respectu aliorum hominum: quoniam sicut per montes uidentur, quæ multum distant; sic per prophetas uidentur futura per multos annos distantia. Vnde prophetæ antiquitus uidentes dicebantur: ideo CHRISTVS propheta super excellens dicitur propheta prophetarum. Est igitur mons in uertice montium, idest super omnes prophetas, quem omnes prophetæ supra se extulerunt, dum ipsum prophetam prophetarū prænuntiauerunt. Et bene inquit Esaias quòd CHRISTVS est mons domus domini, idest templum: sic in CHRISTO ædificatum fuit templum non materiale, sed spirituale, idest ecclesiæ. Optimè uerò dicitur mons præparatus, scilicet ad gratiam communicandam, quoniam de eius plenitudine omnes accepimus. Ideo subiungit Esaias. Et fluent ad eum omnes gentes. Secundo est mons CHRISTVS eleuatus sanctitate, scilicet quia est sanctus sanctorum sine peccato, genitus spiritu sancto, conceptus de inuiolata uirgine, natus præ cunctis sanctificatis sanctificatus, ad alios sanctificandos præparatus. Vnde nō immerito est mons

Isa. 2. a. Mons altissimus dicit̃ Chr̃s propter quinque rõnes.

Isa. 2. a.

domini præparatus. Et propterea per Dauid uocatur Psal. 67.d
mons coagulatus, mons pinguis, scilicet sanctitate. Tertio est mons eleuatus instrumẽtali operatione. Sicut.n. aqua in baptismo nihil operatur ad spiritualem effectũ propter aquam, sed propter uirtutem spiritus sancti, & sicut species sacramentales panis & uini non efficiunt aliquid, nisi uirtute corporis CHRISTI. *par. 3.q.73.ar.1.arg.2. sic mons Syon, & templum aliquid non operabantur, nisi in quantum erant instrumenta* DEI *in eis operantis.* CHRISTVS *est mons eleuatus propter diuinam inhabitationẽ unde inquit Dauid. Mons, in quo beneplacitum est* DEO Psal. 67.d
habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem. In quibusdam enim DEVS *ut in templo habitat per gratiam non semper, sed tantum ad tempus ut in Iuda. In quibusdam* DEVS *habitat usque in finem sine interpollatione, sicut in sanctificatis in utero materno, ut in Ioanne Baptista. In quibusdam* DEVS *habitat cum interpollatione, ut in Dauid, ut in Petro, qui quandoque fuerunt iusti, quandoque peccatores. Sed in omnibus habitauit uel per gratiã gratis datam tantum, scilicet ad utilitatẽ ecclesiæ, uel per gratiam gratum facientem tantum, uel per gratiam gratis datam, & gratum facientem, sed in* CHRISTO *tanquã in monte beneplacito habitauit* DEVS *per gratiã gratis datam. par.3.q.7.art.7. & per gratiam gratum facientem.ea.q.ar.9.&.11.& per gratiã unionis, quam sequitur gratia habitualis.ead.q.articu.11. Similiter inhabitauit usque in finem, quia non fuit facta*

unio duarum naturarum in CHRISTO acciden-
Psal.67.d. taliter.ea.par.q. & ar.6.Bene igitur inquit psalmus
etenim dominus habitabit in finem. Quarto CHRI-
STVS dicitur mons eleuatus propter legis cõmunica-
Exod.19. tionẽ. Nanque sicut lex timoris data fuit in monte Sy-
nai cum tremore propter fulgurum corruscationem,
propter tonitruum intonationem. Propter terræmotus
conquassationem, propter nubis obfuscationem, pro-
pter caliginis palliationem, propter ignis inflamma-
tionem. Hæc enim ita lex amoris fuit data in monte
Syon. Omnia facta sunt ad terrorem, ut saltem timore
Exo.34.a populus esset obediens DEO, qui populus erat du-
ræ ceruicis, ad quod ostendendum dedit illi populo legẽ
in tabulis lapideis, quæ tabulæ facilius sunt fractæ,
Exo.32.d. quàm frangerentur populi duræ ceruicis. Tandem
DEVS uolens adimplere promißionem factam per
Ezec.11.d. Ezechielem dixit. Auferam cor lapideum de carne eo-
rum, & dabo eis cor carneum, ut in præceptis meis
Act.2.a. ambulent. In die Penthecostes orantibus apostolis in
cœnaculo, factus est repentè de cœlo sonus tanquàm
aduenientis spiritus uehementis, & repleuit totam do-
mum, ubi erant apostoli sedentes, & apparuerunt il-
lis dispartite linguæ tãquàm ignis stetitq; supra singu-
los eorum spiritus sanctus in flamma ignis.s.amoris.
Et sic sicut lex uetus data est in monte Synai, sic lex
amoris data est in monte Syon. Est ergo mons Syon
mons eleuatus propter legis cõmunicationem. Quin-
to CHRISTVS est mons eleuatus propter legis
diuulgationem, quoniam apostoli cum recepissent spi-

ritum sanctum, cœperunt loqui uarijs linguis pro ut spiritus sanctus dabat eloqui illis. Vnde legem amoris diuulgare cœperunt, in qua diuulgatione in eodem cœnaculo, quod est super eodem monte in prima prædicatione Petri conuersi fuerunt circa tria millia. Vnde CHRISTVS *fuit in illis, sicut mons eleuatus. Hoc autem fuit prophetatum per Dauid, quando dixit. A solis ortu usq; ad occasum, ex Syon species decoris eius.* CHRISTVS *enim, qui docuit euangelium in monte Syon, illud confirmauit per spiritum. Vnde fuit ibidem primo diuulgatum, ut inde diuulgaretur ab Oriente usq; ad Occidentem, ut sit species decoris eius, & CHRISTVS manifestaretur primo in Syon.* Act.2.a. Psal.49.a

Sexto CHRISTVS *dicitur mons altus propter suæ legis dilatationem, scilicet à monte Syon usq; per totum orbem iuxta prophetiam Esaiæ sic inquietis. De Syon exibit lex, & uerbum domini de Hyerusalem, scilicet per apostolos. Vnde in secunda prædicatione Petri factus est numerus credentium in* CHRISTO *fide quasi quinque millia, & sic patet septimũ sanctum geminatum, scilicet propter quod probatur quòd* CHRISTVS DEI *& gloriosissimæ uirginis* MARIAE *filius est in monte Syon absconditus, sicut figuratum in figura, dum mons Syon super omnes eleuatur, & ab eo inhabitatur. Octauum sanctum geminatum, propter quod* CHRISTVS DEI *& gloriosæ uirginis* MARIAE *est in monte Syon absconditus tanquàm figuratum in figura, est, quia dominium* CHRISTI *in eo* Isai.2.a. Act.4.

manifestatur, & inde per totum mundum dilatatur. Circa hunc sanctum geminatum est notandum, quod CHRISTVS dominari debebat per totum mundum. Vnde Dauid loquens homini CHRISTO
Psa. 109.a spiritu prophetico inquit: Virgam uirtutis tuæ emittet dominus ex Syon, dominare in medio inimicorum tuorum. Cõsueuerunt portare uirgam principes ut Moy-
Exod. 4. Num. 17. Gen. 37. a. 4. Reg. 4. Mar. 6. ses. Sacerdotes ut Aaron. Doctores siue prophetæ, ut Iacob, ut Helyseus, ut apostoli in signum auctoritatis pastoralis, regalis, prophetalis, & doctoralis, unde per uirgam describitur potestas regalis, de qua Dauid in-
Psa. 109.a quit. Virgam uirtutis tuæ emittet dominus ex Syon dominare in medio inimicorum tuorum, ut sicut ultimum dominium, quod acquisiuit Dauid, fuit mons Syon, in quo habitabat Iebus ita primum, quod CHRISTVS acquisiuit, fuit Syon, & quia hæc præuidit Dauid, & cum hoc præuidit, quòd à monte Syon debebat suum dominium dilatari etiam inter idolatras, ideo spiritu prophetico loquens CHRISTO sic inquit. Dominus .s. DEVS trinus & unus. Virgam, scilicet dominij uirtutis tuæ, idest dominium, quod per uirtutem tuam, scilicet in morte crucis acquisiuisti, emittet ex Syon, scilicet apostolos ad testificãdum per uniuersum tuam deitatem, gloriosam humanitatem, emittet quippe dominare in medio inimicorum tuorum, non tantum Iudæorum, sed etiam paganorum. Quod cum factum sit, sicut in omnem terram exiuit sonus eorum, idest prædicatio apostolorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Sic apparet, quomodo per octo sancta

geminata CHRISTVS DEI *gloriosæ uirginis* MARIAE *filius est in monte Syon absc͠oditus, tanquàm figuratũ in figura, dum ꝑ Abrahã, Isac ĩmolatur & ab Isaac tolleratur, dũ Iacob scalam diuinitatis, & humanitatis contemplatur, & ab eodem altare fabricatur, dum à Dauid in Syon domus regia sitúatur, & per eundem sacrificio* DEVS *reconciliatur, dum per Salomonem templum ædificatur, & ab eodẽ consecratur, dum per* CHRISTVM *sacramentum eucharistiæ inchoatur, & ab eodem figuratur, dũ in eodem spiritus sanctus uisibiliter condonatur, dum uerè oratur, dum super omnes montes Syon eleuatur, & à* DEO *inhabitatur, dum dominium* CHRISTI *in eo manifestatur, & inde per totum mundum dilatatur. Amen.*

DECIMA FIGVRA INANIMATA *est figura lapidis de qua in quæstionibus peregrinis satis dixi, hic non repeto.* Decima figura inanimata.

VNDECIMA FIGVRA INANIMATA *est figura ignis. Mirantur quamplures, quòd cum supra cœlum sint angeli in maximo numero, quòd nõ fuerit potius figuratus* CHRISTVS *per aliquẽ angelum, quàm per ignem? respondetur, quòd Moyses locutus fuit populo rudi, qui non erat capax ad intelligendum diuina altißima per intellectualia, ut sunt angeli: sed potius & melius per corporalia & uisibilia, ut ignis. Tunc mirantur etiam quàm plures, quòd cum inter corporalia habeantur multa corporalia nobiliora igne, ut sydera, & planetæ, nec non & cœli;* Vndecima figura inanimata ẽ ignis.

cur igitur non magis fuit figuratus CHRISTVS per aliquod istorum corporum cœlestium, quàm per ignem, qui est infra nos & cœlum? & respondens dico, quòd illa cœlestia corpora magis distant à uisione corporali, & minus, ac difficilius possunt cognosci cognitione sensitiua, per quam ascenditur ad intellectiuam; Ideo potius Moyses & alij prophetæ figurauerunt CHRISTVM per ignem uisibilem, et magis cognoscibilem, quàm per aliquod corpus cœleste. Mirantur adhuc quàm plures, cum hoc sit, quod populus, cui loquebantur prophetæ, esset rudis, & melius ducatur in cognitionem diuinorum per sensibilia, & corporalia magis familiaria, & faciliora ad cognoscendum, quàm sit ignis, cur non potius figuratur CHRISTVS per terram, uel per aquam, aut per aerem, quàm per ignem? Respondens dico, quòd sicut CHRISTVS propter multas eius perfectiones uno nomine solo non potest nominari, quia uno nomine eius perfectiones non possunt exprimi ut. par. 1.q.34.art.2.arg.3. & sicut indigemus pluribus nominibus ad nominandum CHRISTVM, ita indigemus pluribus rebus ad figurandum, uel saltem una, quæ habeat plures proprietates. Sed quia ignis habet plures proprietates significantes perfectiones CHRISTI, Ideo Moyses potius figurauit CHRISTVM per ignem, quàm per aliquam aliam creaturam igni superiorem, uel inferiorem. Vnde inquit propheta.
Deut.4.d. DEVS est ignis. Nam in prima uisione, qua DEVM
Exod.3.a. uidit, apparuit sibi DEVS in flamma ignis, Septem

autem sunt illa, propter quæ CHRISTUS dicitur per ignem figurari. Primo propter eius diuinitatem. Secundo propter eius humanitatem. Tertio propter eius charitatem. Quarto propter eius potestatem. Quinto propter eius ueritatem. Sexto propter eius humilitatem. Septimo propter eius pietatem. Circa primum, in quo dico, quòd CHRISTUS DEI et gloriosissimæ uirginis MARIAE filius est in igne DEUS uere absconditus propter eius CHRISTI diuinitatem ut figuratum in figura. Primo nanque sunt tres personæ diuinæ, quæ per ignem manifestantur, scilicet pater & filius & spiritus sanctus. Nam in igne est unum inuisibile, scilicet substantia ignis, qui est pura forma: est unum uisibile, scilicet lumen, & est unum sensibile, scilicet calor; sic in diuinitate est pater, & hic est inuisibilis: est filius, & hic est uisibilis; & est spiritus sanctus, & hic est sensiblis, quia ut calor, sic & amor. Sicut enim calor mittitur ab igne, & lumine, sic spiritus sanctus mittitur à patre & filio. Sicut splendor mittitur ab igne, sic filius mittitur à patre. Et sicut ignis mittit splendorem, & calorem, nec mittitur, sic pater mittit filium & spiritum sanctum, nec ab aliquo mittitur par. 1. q. 43. articu. 4. & 5. Sed sicut filius & spiritus sanctus cum patre habetur, scilicet per gratiam gratum facientem iuxta illud Ioannis. Ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus; attamen quia pater non est ab alio, non dicitur mitti. ea. q. arti. 4. argu. 2. Sicut ergo ignis habetur, & emittit splendorem, & ipse ignis cum splendore emittit calorem, sic pater mittit filium, fi-

VII. sunt illa, quibus Christus figuratur per ignem.

Christus figuratur per ignem propter eius diuinitatem.

Ioan. 14.

lius autem & pater emittunt spiritum sanctum. Sicut enim in baptismate CHRISTI apparuit filius uisibiliter, scilicet in specie humanitatis, spiritus uerò sanctus semel in specie columbæ, & semel in specie nubis lucidæ, pater autem in uoce utrobique apparuit, ut sicut uerbum procedit à uoce, & à uoce mittitur, & per uocem per aures ad cor subinfertur; sic pater, qui ut uox mittit uerbum, ut uox testificatur de uerbo, dum inquit in utroque loco. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Ecce quomodo has tres proprietates ignis adaptatur tribus personis diuinis. Vnde non immerito dixi quòd CHRISTVS est in igne absconditus, ut figuratum in figura propter eius diuinitatem. Cum autem pater semper continuè, & interpollatè sine aliqua uicißitudine producat filium, sicut ignis ubicunque fuerit semper & continue producit splēdorem; & cum hoc sit, quòd sicut ignis & splendor semper producant calorem, et similiter pater et filius producāt spiritum sanctum; sic istis tribus personis continuè agentibus ad intra à nobis debent per ignem honorari, ut sic per ignem corporeum ducamur in cognitionē diuinitatis, ideo inquit dominus per Moysem. Ignis in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subijciens ligna mane per singulos dies, ignis iste perpetuus, qui nunquàm deficiet in altari. Sed quare perpetuus? certe non tantum propter perpetuitatem actionum personarum diuinarum ad intra, sed etiam propter continuationem actionum diuinarū personarum ad extra: quæ operationes sicut fiunt indiuisè, sic indiuisè fiunt operationes

Lu,3,et,9.

Lect.6. Ignis in altari debet semper continuari.

perationes ignis: quoniam ſicut ad lignum igniendum, uel carbonem accendendum, uel uaporem inflammandum ſimul & indiuisè concurrunt ignis, ſplendor, & calor; ſic opera trinitatis ſunt indiuiſa ad extra. Quæ autem ſunt iſtæ operationes ad extra, ſic reſpondendo dico, quòd ſunt tria opera, ſcilicet creationis, gubernationis, redemptionis; quæ opera continuantur actu, uel uirtute. Nam continuè DEVS creat nouas animas, continuè unam creaturam per aliam regit, et conſeruat, continuè redemptos multiplicat, & perficit. Vnde quia nunquàm quieſcit à mundi gubernatione, nec à gubernatione eccleſiæ, nec à beatificatione ſanctorum, non immerito in altari debet ignis continuare. Nos autem chriſtiani ſanctos patres ueteris teſtamenti imitantes in eccleſijs continuamus ignem in altari. Primo coram tabernaculo, ubi ſeruatur CHRISTVS in ſacramento lampades accenſas tenemus, & coram crucifixo, imagine glorioſiſſimæ uirginis MARIAE tenentis filium in gremio. Secundo continuamus ignem in altari, quando ſeptem horæ canonicæ decantãtur, uel orationes pro uiuis & defunctis deuotè exhibentur. Tertio continuamus ignem, dum celebrantur miſſæ, accendimus enim cereos uel candelas, donec fuerit completa miſſa ſuper altare. Quarto continuamus ignem in altari, quando accendimus dupplerium, dum perficitur in altari ſacroſanctum ſacrificium. Quinto continuamus ignẽ in altari, quando accendimus dupplerium, quando per conuicinatum portatur ad aliquem infirmum corporis CHRISTI ſacramentum. Sexto continua-

mus ignem in altare mortuos cum candelis & dupplerijs accensis associando, dum pro animabus eorum prædictæ candelæ & prædicta duppleria in prædictos sanctos usus conuertuntur, maximè, quando ecclesiæ sunt ita pauperes, quòd prædictas expensas olei & candelarum facere nequeunt. Sic enim honoramus CHRISTVM DEI *& gloriosißimæ uirginis* MARIAE *filium in igne absconditum, sicut figuratum in figura propter eius diuinitatem. Circa secundum, in quo dixi, quòd* CHRISTVS DEI *& gloriosißimæ uirginis* MARIAE *filius fuit uerè* DEVS *in igne absconditus, sicut figuratum in figura propter ipsius* CHRISTI *humanitatem. Hæc humanitas igni aßimilatur propter triginta rationes.*

Christus asßimilatur igni per triginta rationes.

Prima rõ.

Primo quia sicut ignis omnibus elementis est nobilior, ita CHRISTVS *omnibus regibus, ducibus, marchionibus, comitibus est nobilior, quoniam ascendendo sua geneologia protrahitur à uirgine* MARIA *usque ad Adam; quod de nullo alio potest dici.*

Lucæ.3. Secũda ratio.

Secundo quoniam sicut ignis est præ cæteris elemẽtis purior, sic CHRISTVS *cunctis sanctis est purior, scilicet omni peccato mortali & ueniali, atque originali. par. 3. q. 15. art. 1.*

Tertia ratio.

Tertio sicut ignis est cæteris elementis altior, sic CHRISTVS *præ cæteris filijs* DEI *fuit altior. Alij nanque sunt filij adoptiui, ipse autẽ fuit filius naturalis. par. 3. q. 24. ar. 4. in fine. R.*

Quarta ratio.

Quarto sicut ignis est omnibus elementis nitidior, sic CHRISTVS *est omnibus sanctis sanctior. Nanque alij sanctificati fuerunt primo peccatores, & postmodum de peccatoribus fuerunt facti per*

gratiam sancti, sed CHRISTVS *simul fuit conceptus, et sanctificatus. par. 3. q. 34. artic. 1.* Quinto *quia sicut ignis in sua operatione est cæteris elementis uelocior, sic* CHRISTVS *in operatione miraculorum fuit uelocior.* Nanque *in instanti sanauit infirmos & suscitauit mortuos. par. 3. q. 43. ar. 4.* Sexto *quia sicut ignis est sine sui diminutione communicabilior, sic* CHRISTVS, *dum communicauit panem & saciatis turbis plus superfluit, quàm suppositus fuerat. par. 3. q. 43. ar. 2. argu. 2.* Septimo *quia sicut ignis est præ cunctis elementis transformatiuus, sic* CHRISTVS *est substantiatiuus, dum substantiam panis & substantiam uini transmutat in substantiam sui corporis & sanguinis. par. 3. q. 75. articu. 4.* Octauo *quia sicut ignis est cunctis elementis impermixtibilior, quia nullo promiscetur, sic* CHRISTVS *in sacramento non capit permixtionem.* Nam *facta consecratione aliquis liquor potest misceri accidentibus uini, sed non sanguini, quinimmo potius desineret esse sanguis, si tanta esset quantitas alterius liquoris, quæ totaliter transmutaret accidentia. par. 3. q. 77. ar. 8. quibus accidentibus resolutis potius desinet ibi esse sanguis.* Nono *quia sicut ignis non est corruptibilis, inmo est omnibus elementis incorruptibilior, ita* CHRISTVS *in sacramento est incorruptibilis, licet accidentia corrumpantur. par. 3. q. 77. ar. 4.* Decimo *quia sicut ignis est infrangibilis, immo cunctis elementis infrangibilior, sic* CHRISTVS *est infrangibilis, licet accidentia frangantur. par. 3. q. 77. ar. 7.* Vndecimo *quia sicut in igne, nihil generatur,*

Quinta ratio. Sexta ratio. Septima ratio. Octaua ratio. Nona ratio. Decima ratio. Vndecima ratio.

ſic in corpore & ſanguine CHRISTI *nihil generatur, licet ex accidentibus poßit aliquid generari. par. 3. q. 77. art. 5.* Duodecimo *quia ſicut in igne nihil nutritur, ſic in hoc ſacramento nemo corporaliter nutritur, licet accidentia nutriant. par. 3. q. 77. arti. 6.* Tertiodecimo *quia ſicut idem ignis prodeſt, & nocet, dum urit, & calefacit, ſic idem* CHRISTVS *in ſacramento quibuſdam prodeſt ad uitam, & quibuſdam nocet ad gehenam. par. 3. q. 80. ar. 4. & q. 79. articu. 6.*

Duodecima ratio.

Tertiadecima ratio.

Quartadecima ratio. Quartodecimo *quia ſicut ignis immunda mundificat, ſic* CHRISTVS *quos reperit per culpam, mundificat per paßionem. Vnde apoſtolus.* Dilexit nos & lauit nos ſanguine ſuo. (Apoc. 1.) Quintodecimo, *quia ſicut ignis fragilia fortificat, ut uaſa terrea, ſic* CHRISTVS *per ſpiritum ſanctum uiros timidos facit conſtantes & fortes. Vnde Petrus, qui ad uocem unius mulierculæ ancillæ hoſtiariæ* CHRISTVM *negauit, eundem timore* Neronis *imperatoris confiteri non timuit, & puellas ſexu fragiles fecit ſuperare uiros mortem ſuperando.* Sextodecimo *quia ſicut ignis dura mollificat, ut ferrum, ut metallum, ſic* CHRISTVS *corda dura peccatorum obſtinatorum mollificat pœnitentia.* Nonne *fuit cor durum cor latronis in cruce, qui quaſi prope mortem manſit induratus, attamen propter orationem* CHRISTI *in cruce orantis illud cor fuit mollificatum, fuitq́; latro conuerſus?* Decimoſeptimo, *quia ſicut ignis fluida coagulat, ut patet de lacte, ſic* CHRISTVS *corda fluida carnalium, fluentium per oblectamenta carnalium uitiorum coagulat per ca-*

Quintadecima ratio.

Sextadecima ratio.

Decimaſeptima ratio.

stitatem. Nonne *fluxibilis fuit depræhensa in adulterio, quæ ad præsentiam* CHRISTI *conuersa, & ab ipso à culpa, & à pœna absoluta, fuit sic coagulata, quòd de cætero seruauit illud præceptum* CHRISTI? *Vade & noli amplius peccare.* Decimooctauo *sicut ignis congelata liquefacit, ut patet de niue, & glacie, sic* CHRISTVS *corda peccatorum congelata frigiditate peccatorum calore diuini amoris per gratiam, quam infundit, liquefacit & resoluit in lachrymis, ut patet de* Magdalena *tota in lachrymis resoluta.* Decimonono *sicut ignis humida siccat, ut patet ad sensum, sic* CHRISTVS *corda humida per dolorem peccatorum sine spe ueniæ siccat per spem.* Cor *humidum erat illud Anselmi cupientis exsiccari, quando orabat dicens. Vtinam exsiccarentur medullæ corporis mei, ut impinguerentur uiscera animæ meæ.* Non ne *erant corda humida ciuium* Hyerosolimitarum *clamantium contra* CHRISTVM *crucifigatur, crucifigatur, non sperantium in ipso resurrectionem, neque peccatorum remißionem? Sed cum* CHRISTVS *expirasset, ipsi uidentes signa, quæ fiebant, egerunt pœnitentiam percutientes pectora sua reuertendo in* Hyerusalem. Vigesimo *sicut ignis frigida calefacit, ut patet per experientiam, sic* CHRISTVS *corda priuata gratia charitatis & amoris ardore calefacit suo calore. Nanque totus mundus gratia & charitate ac amoris calore priuatus per ipsum fuit calefactus, dum per apostolos uerbum suum ignitum seminauit. Cor frigidum fuit cor Pauli, quando Stephanus lapidabatur, sed sic fuit cale-*

Decimaoctaua ratio.

Decimanona ratio.

Lucæ. 23.

Vigesima ratio.

factus, charitatis ignem per totum mundum seminauit:
Luc.12.g Ignem dico illum, de quo inquit dominus in euangelio dicens. Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo, nisi quòd ardeat? Vigesimoprimo quia sicut ignis diuisa unit, ut patet de multis petijs plumbi, quæ liquefactæ in unam petiam rediguntur, sic CHRISTVS diuisos animos unit. Nam de duobus populis male diuisis, scilicet Iudæorum & paganorum fecit unum populum, scilicet christianorum. Vigesimosecundo, quia sicut medicinæ ad ignem condiuntur, ut patet de medicinis comestibilibus, & potabilibus, ac etiam de unguentis, sic etiam in CHRISTO condiuntur medicinæ spirituales, scilicet sacramenta, quoniam illa sumunt uirtutem à paßione CHRISTI.par.3.q.62.ar.5. Nanque baptismus est contra carentiam uitæ spiritualis, cõtra peccatum originale, & contra omne aliud peccatum mortale & ueniale. Confirmatio contra infirmitatem animæ, quæ in nuper natis inuenitur. Eucharistia contra labilitatem animi ad peccandum. Pœnitentia contra actuale peccatum post baptismum. Extrema unctio contra reliquias peccatorum. Sacer ordo contra dissolutionem multitudinis. Matrimonium contra carnis concupiscentiam.par.3.q.65.ar.1.in fi.R. Vigesimotertio, quia sicut ad ignem cibaria coquũtur, unde homines nutriuntur, sic à CHRISTO cibus sacramentalis præparatur ad nutriendum animas.eo.R. Vigesimo quarto quia sicut ignis intrat combustibile, et ipsum sibi aßimilat, sic CHRISTVS DEI filius intrat mentes hominum, & illas sibi aßimilat, scilicet per

Vigesima prima ratio.

Vigesima secũda rõ.

Vigesima tertia rõ.

Vigesima quarta rõ.

mutationem uitæ, ut cum homo peccator mutatur ad iustitiam per pœnitentiam, & de pœnitente fit studiosus præceptorum obseruator, et capit uitam spiritualem relinquendo mundum. par. 1. q. 43. arti. 3. in R. Vigesimoquinto quia sicut ignis accenditur in combustibili, & in eodem extinguitur, & iterum accenditur, & toties potest accendi, quoties potest extingui, sic CHRISTVS in suis electis sæpe accenditur, & sæpe extinguitur, dum de sanctis efficiuntur peccatores & de peccatoribus efficiuntur iusti, tamen finaliter si sunt electi. ipsi in fine uiuunt in CHRISTO, & CHRISTVS in eis, quoniam prædestinatio certißime & infallibiliter suum consequitur effectum. par. 1. q. 23. art. 6. in prin. R. Vigesimosexto quia sicut ignis combustibile sic sibi aßimilat, et sic in se conuertit quòd combustibile dicitur ignis, ut patet de tictione, pruna, & flamma, quæ tria sic ignita ita participant de natura ignis, quòd quilibet uocatur ignis, & est, non tamen per naturam, sed participatione naturæ, sic etiam DEVS cum intrat animam, eam sic sibi in tãtum aßimilat, quòd homo uocatur DEVS, & DEVS est non per naturam, sed tantum per participationem Ioanne sic dicente, DEVS charitas est, & qui manet in charitate in DEO manet, & DEVS in eo. Vnde & tales dicuntur dij iuxta illud psal. Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. Vigesimosexto quia sicut ignis combustibile urit & resoluit, incinerat atque annihilat, sic CHRISTVS per gratiam gratum facientem, & igne charitatis ita accendit, & inflammat, quòd in amo-

Vigesima quinta rõ.

1. Ioã. 4. c

Psal. 81. b

Vigesima sexta rõ.

re cœlestium sic firmatur & dilatatur, quòd in amore creaturarum annihilatur, cupiens cum Paulo dissolui, & esse cum CHRISTO. 2.2.q.24.artic.9.in R.

Vigesima-septima ratio. Vigesimoseptimo quia sicut ignis est omnibus elementis clarior (nam est in sua flamma clarior terra, clarior aqua, clarior aere) sic CHRISTVS in resurrectione erit quantum ad gloriam corporis cunctis sanctis clarior. Cum enim gloria corporis sequatur gloriam animæ, sic illud corpus erit clarius, cuius anima erit gloriosior. Cum autem anima CHRISTI sit omnibus animabus magis gloriosa, sequitur, quòd corpus eius erit magis clarum, cuius comparationẽ uolens ostendere dominus in transfiguratione. Facies eius resplenduit, sicut sol, & uestimenta eius facta sunt alba, sicut nix. Vnde cum claritas uestium significet claritatem ecclesiæ futuram, quantum claritas faciei CHRISTI excedit candorem uestimentorum, tantum gloria coporis CHRISTI excellit gloriam ecclesiæ. Quantum autem excedat, ponitur exemplum, scilicet claritas solis, & candor niuis. Vnde sicut in uase uitreo uidetur color uini, & sicut in lanterna de osso uidetur lumen candelæ in ipsa ardentis, sic in corpore glorioso manifestabitur gloria animæ & magis in corpore CHRISTI quàm in aliquo alio.

Mat.17.a

Vigesima octaua rõ. Vigesimooctauo sicut ignis est cæteris elementis impaßibilior, quia non patitur, sic corpus CHRISTI super omnia alia corpora gloriosa erit impaßibile.

Vigesima nona rõ. Vigesimonono sicut ignis super omnia elementa est subtilior, sic præ cunctis sanctis corporibus & gloriosis corpus CHRISTI

erit subtile & penetratiuum. Trigesimo sicut ignis cunctis elementis est leuior, sic corpus CHRISTI gloriosum erit omnibus gloriosis agile. Vnde per has triginta proprietates est satis declaratum, CHRISTVM DEI & gloriosæ uirginis MARIAE filium fuisse in igne absconditum tanquàm figuratum in figura propter eius humanitatem. Circa tertium, ubi dixi, quòd CHRISTVS DEI & gloriosissimæ uirginis MARIAE filius fuit in igne absconditus tanquàm figuratum in figura propter eius charitatem, & obedientiæ humilitatem. Sicut ignis alta humiliat, ut magnas et altas arbores, ut magnam et altam struem lignorum, ut magna & alta ædificia, & quanto plura combustibilia igni apponuntur, tãto magis ardet, sic amor charitatis sic inflammauit filium DEI, quòd cum esset æqualis DEO patri se ipsum exinaniuit formam serui accipiens, habitu inuentus ut homo, scilicet factus uisibilis, & obediens usque ad mortem, scilicet crucis, qui quanto plures præsciebat in merito suæ passionis saluandos, tanto amplius diligebat, & suum amorem dilatabat. Vnde nunquàm fuit quis tanto amore succensus, sicut ipse. Ita nunquàm fuit mors, quæ in aliquo tantum manifestauerit amorẽ, in cuius figuram DEVS uolens ostendere Moysi, quanto amore diligebat populum suum, qui figurabat totum genus humanum, apparens Moysi primitus in prima uisione apparuit in una magna flãma ignis ardentis super morum: quæ arbor fructum facit plenum liquore sanguineo. Arbor ista figurabat CHRI-

Trigesima ratio.

Ad Phil. 2.b.

STVM in humanitate suo precioso sanguine redemptururum genus humanum. Flamma ignis figurabat sanctißimæ trinitatis charitatem hunc CHRISTVM hominem eligentem, sufficiens instrumentũ humanæ redemptionis supra crucẽ, quæ tunc erat mors turpißima, mors humilißima, mors uilißima, mors acerbißima, cui morti nunquàm fuit, nec est, nec erit similis ut declarabo per uiginti rationes. Primo enim mors est magis pœnosa, quando uita est magis perfecta. Vnde per modum loquendi, cum lapis quantuncunque præciosus frangitur, comburitur, & incineratur paruam, imo nullam pœnam habet, quoniam non habet uitam perfectam, sed tantum habet esse, quod est uia ad uitam eo quòd uiuere uiuentibus est esse. Et per modum loquendi maiorem pœnam habet arbor, dum uritur, quàm habeat lapis, & hoc propter uitam perfectiorem. Nanque arbor non solum habet esse cum lapidibus, sed habet etiam uitam uegetatiuam, unde nutritur, & crescit, floret frõdet, & fructificat. Sed cũ bos, et aliquod aliud animal occiditur maiorẽ pœnam patitur, quoniam habet perfectiorem uitam. Nanque habet esse cum lapide, & uegetatiuam cum arbore, & sensitiuam cum alijs animalibus, quibus uiuentibus est sentire. Cum uero homo occiditur sentit maiorem pœnam propter uitam perfectiorem. Homo nanque habet esse cum lapide, animam uegetatiuam cum arbore, sensitiuam cum boue, & intellectiuam corpus informantem. Inter homines autem illa mors est plus pœnosa, cuius uita est perfectior, ut cum actu considerat uitam,

Morte Christi nulla vnq̃ fluit acerbior xx. rationibus.

Prima rõ.

& actu considerat mortem, cognoscitq́; quantum bonum est uita, & quantum malum sit mors. Sed quia uita CHRISTI fuit omni uita perfectior, ideo sua mors fuit magis pœnosa propter uitæ perfectionem, quam habebat. Cum autē nec propter pœnam CHRISTVS renuerit mortē, signum est maioris ignis charitatis. Secundo mors est magis pœnosa propter delicatiorē cōplexionē. Ille est nanque magis delicatus cōplexione, qui magis sensibilis, ut sunt carne molles bene apti mente, qui cū sint multū sensibiles magis sentiūt dolorem. Cū autem corpus CHRISTI fuerit delicatè complexionatum, quia conceptus per uirginem, conceptus de spiritu sancto, nutritus lacte uirgineo, sic magis sensibilis maiorem sustinuit pœnam, quam cū ferre nō recusauerit, sic manifestauit maioritatem ignis sui charitatiui amoris. Tertio mors est magis pœnosa propter innocentiam, & sanctitatem. Cum quis iuste occiditur, habet unam pœnam, sed dum quis iniustè, & sine causa moritur, habet duas pœnas, scilicet mortis, & innocentiæ. Cum autem CHRISTVS fuerit in supremo gradu innocentiæ, sanctus sanctorū omnium sanctificator, isto respectu mors eius super omnes pœnosa, quam cum patienter tollerauerit, suam charitatem manifestauit. Quarto mors CHRISTI super omnes fuit pœnosa, quia propter inimicorum liberationem. Sicut enim gratus amicus inuitat benefactorem ad benefaciendum libenter, sic ingratus inimicus retrahit benefactorem à beneficijs dandis. Cum autem CHRISTVS communicaret inimicis suis

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

beneficium redemptionis in cruce, inimicitia & odium Iudæorum quantum erat ex parte eorum eum retrahebant à communicatione tanti beneficij. Sed quanto magis retrahebatur eorum ingratitudine, tanto magis eius mors fiebat pœnosa, & tanto amplius charitas eum impellebat ad communicandum beneficium, Ideo quanto pœnosius patiebatur, tanto amplius magnitudo charitatis manifestabatur. Quinto mors CHRISTI fuit pœnosa propter consolationum priuationē. Tanto mors est minus pœnosa, quanto moriens habet plures causas consolationis mitigantis pœnam, ut cum multi patiuntur, & unà multi exhortantur, multi se offerunt ad conseruationē familiæ, adest præsentia parentum & amicorū: sed CHRISTVS in cruce patiens cōsolantem non inuenit. Nemo.n.ei cōpatiebatur, nemo eum consolabatur. Nemo erat, qui exhortaretur, præsentia discipulorū carebat, beneficiati silebant, maledici improperabant, maledicebant, blasphemabant, nec quisquā cōsolabatur, nisi solus latro cōuersus. Hæc omnia pœnosa præsciuit CHRISTVS, et quanto fuerunt pœnosiora, tanto sua charitas se magis manifestauit. Sexto mors CHRISTI fuit pœnosa propter parentum & amicorum afflictionem. Quando homo moritur; & præcogitat, aut uidet parentes, & amicos afflictos, deiectos, flentes, & lachrymantes, ultra dolorem mortis, quam patitur, est ei ad augmentū pœnæ parentum & amicorum pœna, sic CRHISTVS cum pateretur, fletibus, & lachrymis filiarum Hyerusalem torquebatur, unde exiens Hyeru-

Quinta ratio.

Sexta rō.

salem ipsas fuit consolatus dicens. Filiæ Hyerusalem nolite flere super me. Et stans in cruce uidens matrem cum alijs parentibus flentem, consolatus est eam, dando ei Ioannem in filium dicens. Mulier ecce filius tuus. Quanto autem maior erat afflictio CHRISTI *morientis, tanto maior eius humilis charitas manifestatur. Septimo mors* CHRISTI *fuit pœnosa propter inimicorum congratulationem; quoniam qui patitur sententiam mortis, patitur unum malum, sed hoc malum augetur, cum eius inimici in suo conspectu gaudent, ludunt, cantant, & tripudiant. Cum autem* CHRISTVS *duceretur ad mortē, stabant principes sedentes in porta cum gaudio contra* CHRISTVM *loquentes improperia, serui autem eorum stantes in tabernis uinum bibebant, eum deridendo. Hæc autem cedebant ad augmentum pœnæ, quam cum pateretur maiorem, sic maiorem manifestabat suam humilem charitatem. Octauo mors* CHRISTI *fuit pœnosa propter sanguinis nobilitatem. Cum enim quis est nobilis, descendens ex multis parentibus per longa tempora, & habens multas uirtutes & honorata officia, sentit moriens dolorem, si suæ parentelæ facit uerecundiam. Cum autem* CHRISTVS *moreretur cum infamia totius populi, cum clamore eius mortem in cruce postulantis, sic pœnæ mortis pœnam pœna addebat considerando, quomodo per septuaginta quinq; generationes descendisset ex nobilibus patriarchis, prophetis, ducibus, principibus sanctis & regibus. sed quo magis hæc pœna augebatur, eo ma-*

Luc.23.d.
Ioan.19.e
Septima ratio.
Octaua ratio.

Nona ro. gis eius humilis charitas manifestabatur, quæ tantam pœnam non recusabat. Nono mors CHRISTI fuit pœnosa propter sinceram sanitatem. Cum enim homo moritur ex infirmitate, paulatim natura debilitatur, & propter longam ægritudinem amor uitæ diminuitur in tantum, quòd infirmus mortem appetit, maximè si magnos dolores patitur; unde mors non est illi pœnosa, sed grata & accepta. Si autem homo moritur sanitate existente in suo robore, ut est tempore pestis, quando per diem & noctem homo attenuatur, tunc mors est pœnosa propter uigorem uirtutis: cum autem CHRISTVS moreretur sincera sanitate morte præuenta, sic eius paßio mortis fuit ualdè pœnosa, quam cum ferre non recusauerit, sic eius humilis charitas manifestatur. Decimo fuit mors CHRISTI pœnosa propter iuuentutis ætatem.

Decima ratio. Semper & omni ætate mors, quæ inflicta fuit in pœnam peccati, est pœnosa, sed magis in una ætate, quàm in alia. Vnde in ætate infantiæ non est ualde pœnosa, quoniam infans non cognoscit, quantùm bonum sit uita, & sic uitã parum amat. In ætate uero senili etiam parum amat uitã, quia licet bene cognoscat, quantum bonum sit uita, cognoscit etiam quot mala accumulentur uitæ in senectute, ideo senex in amore uitæ multum debilitatur, & per consequens mors non est multum pœnosa: Sed quia iuuenis per experientiam cognoscit quantum bonum est uita, & quia in iuuentute non habuit experientiã multorum malorum, ideo in hac ætate homini multum amanti uitam mors est ualde pœnosa. Sic igitur mors

CHRISTI *fuit pœnosa, quoniam mortuus fuit in iuuenili ætate, quam non renuens in illa ætate.* 33. *annorum & sex mensium sic manifestauit suam humilem charitatem.* Vndecimo *mors* CHRISTI *fuit pœnosa propter loci indecētiam. Est laudabilis consuetudo non occidere nobiles quantuncunque culpabiles in loco communi aliorum latronū et homicidiariorum. Sed sicut in occisione habetur consideratio ad reum mortis, ita habetur quantum ad locum, ad parentelam, ex qua multi probi uiri nati fuerunt, sed mors* CHRISTI *illata fuit sine hac consideratione, quia fuit crucifixus in loco communi, scilicet montis Caluariæ, ergo per hāc pœnam, quam nō recusauit pati, manifestauit eius charitatem.* Duodecimo *mors* CHRISTI *fuit pœnosa propter uirtutis irreuerentiam. Virtuosus ob uirtutis splendorem debet haberi in reuerentia, sicut uitiosus habetur in contemptu. Dum autem uirtuosus occiditur, & per aliqua signa habetur in reuerentia, eius pœna mitigatur, ut cum per signa perpendit multos non credere eum tale nephas commisisse, econtra autem aggrauatur pœna, si percipit, quod reus credatur, & amplius in reuerentia non habetur. Cum autem* CHRISTVS *haberetur in contemptu ab omnibus eum blasphemantibus, & deridentibus, & eius mortem tanquam de reo postulantibus, sic pœna mortis augebatur propter mortis irreuerentiam. Sed quanto magis contemnebatur, & propter contemptum mortem non recusabat, sic eius humilis charitas manifestabatur.* Tertiodecimo *mors* CHRISTI *fuit pœnosa pro-*

Vndecima ratio.

Duodecima ratio.

Decima tertia rō.

pter resistendi sufficientiam. Magna patientia est tollerare mortem patienter, quando homo resistere non potest, sed quando homo potest resistere, & non resistit, est maior pacientia. Vnde magna fuit pacientia in latrone, qui pacienter mortem tollerauit, cum non posset resistere. Sed maior fuit in CHRISTO, qui poterat resistere, & non resistit. Quare autem mors unius sit magis pœnosa, quam mors alterius; hoc est ratione finis. Latro enim tollerat mortem patienter, scilicet propter pacificum statum ciuitatis, quem perturbauit furando, unde sic patiens inquit socio. Nos digna factis patimur, sed CHRSTVS, qui potuit uitare mortem, & uoluit ipsam propter nostram culpam remouendam, & pœnam, ut par. 3. q. 49. ar. 1. & 3. et ideo tantum dolorem uoluntarie assumpsit, quantus proportionabatur fini, propter quem uoluntarie moriebatur. ead. par. q. 46. ar. 6. in fi. R. quam pœnam cum uoluntarie assumpsit, sic humilem charitatem manifestauit.

Luc. 23c.

Quintadecima rō.

Quartodecimo mors CHRISTI fuit pœnosa propter utilitatis condecentias. Nam inter causam & effectum debet esse proportio, ut causa sit talis, & tanta, quod sit sufficiens ad effectum producendum. Cum autem CHRISTVS in cruce pateretur, sic non solum dolebat de amißione uitæ corporalis, sed etiam dolebat de peccatis omnium aliorum, qui dolor excessit omnem dolorem cuiuscunque contriti propter maiorem sapientiam, innocentiam, utilitatem uitæ & unionem duarum naturarum. eod. artic. arg. 4. & 5. Cum autem mortem tam pœnosam tollerare non recusauerit,

cusauerit, sic suam humilem charitatem manifestauit. Quintodecimo mors CHRISTI fuit pœnosa propter pulchritudinis decorem. Quidam, & quædam reperiuntur subterfugere mortem propter eorum pulchritudinem, quæ pœna aggrauatur in pulchris, qui mirantes proprij corporis formositatem, membrorum integritatem, proportionatam quantitatem, coloris uenustatem, cogitant, quàm magnum malum sit mors, per quam talis compago dissoluitur, albedo in paliditatem conuertitur, rubigo in nigredinem, splendor in obscuritatem, caro in uermes, ossa in cineres, o suspirando dicunt debent ne tot signa decoris deuenire ad tantam turpitudinem & mors, quæ de se est pœna ratione pulchritudinis, fit pœnosior. Cum autem CHRISTVS fuerit homo superans omnium hominum pulchritudinem, sic mors debuit esse multum pœnosa, quam cum tollerare non renuerit, sic suam humilem charitatem manifestauit. Sextodecimo mors CHRISTI fuit pœnosa propter reuerentiæ honorem, inter reuerentiam & honorem est una differentia, quoniam reuerentia consistit in actu interiori, honor autem consistit in actu exteriori. Reuerentia mouet ad honorandum, & honor mouet ad reuerendum. 2.2.q.103.ar.1.arg.1. honor consistit in exterioribus signis capitis, manuum, & similibus, laus autem est honor, qui consistit solum in uerbis, gloria uerò est effectus honoris & laudis. Est enim clara cum laude noticia. eo. arti. 3. per totum. Cum autem homo moritur, & honoratur, laudatur, & glorificatur, & habetur in reuerentia, eius pœna mitiga-

Quintadecima ratio.

Sextadecima ratio. Reuerentia, & honor differunt.

VV

tur: cum uerò infamatur, & despicitur, pœna eius multum crescit, sed quia Iudæi occidendo CHRISTVM, *eum non honorauerunt, sed uilipenderunt, & infamauerunt, ideo eius paßio fuit pœnosior, quàm alia. Verum quia non renuit tollerare eam, eius humilem charitatem manifestauit.* Decimoseptino *mors* CHRISTI *fuit pœnosa propter dominij dignitatem. Cum enim homo moriens sit dominus multarum diuitiarum, complurium ciuitatum & castrorum, & cogitat nihil se posse ad aliam uitam secum portare, nisi peccata, quæ comisit acquirendo illa, si mors propter se est illi ad pœnam grauis, fit sibi ad pœnam grauior, quando considerat illa, quæ ipse relinquit. Fuit autem mors pœnosa propter hæreditatem magnarum dominationum, quam dimisit. Primo dimittit matrem cum collegio deuotarum mulierum. Secundo dimittit Petrum. Tertio dimittit Iudam. Quarto dimittit omnes apostolos. Quinto dimittit uestes. Sexto dimittit Iudæos in ipsum peccantes. Septimo dimittit ciuitatem Hyerusalem, in qua non debet remanere lapis super lapidem, qui non destruatur. Octauo dimittit animas in inferno damnatas. Nono dimittit omnes in hoc mundo obstinatos. His & similibus* CHRISTVS *moriens expoliatus aggrauat suam mortem pœnosam, quam non recusans suferre, sic manifestat suam humilem charitatem. Decimooctauo mors* CHRISTI *fuit pœnosa propter temporis sollemnitatem. Quando spectaculum est de honestis & honorabilibus, quanto plures conueniunt ad illud, tanto magis honoratur ille, cuius nomine fit specta-*

Decimaseptima ratio.

Decimaoctaua ratio.

culum, ut patet de hastiludio, de nuptijs, choreis, & similibus: & ita per oppositum quando spectaculum fit ad uerecundiam alicuius, ille, in cuius persona fit, tanto magis contemnitur, quanto plures ad suum spectaculum concurrunt, ut patet de iustitiandis, qui ut plurimum iustitiantur in die sabbati, in quo conueniunt non solum ciues, sed etiam agricolæ. Cum autem CHRISTVS fuerit crucifixus tempore pascæ, in quo concurrebant ad festum non solum terrigenæ, sed etiam alienigenæ: ideo mors eius fuit pœnosa propter temporis solemnitatem, quam cum propter ignominiam non recusauerit tollerare, sic manifestauit eius humilem charitatem. Decimonono mors CHRISTI fuit pœnosa propter passionum acerbitatem. Tanto enim mors est pœnosior, quanto causatur pluribus pœnalitatibus, ut patet de his, qui comburuntur; ut patet de his, qui rotis tormentantur; ut patet de his, qui inter equos laniantur, ut patet de his, qui ad ignem assantur. Mors autē CHRISTI fuit pœnosa propter genus mortis, scilicet crucis turpissimum; propter loca, in quibus torquebatur, scilicet in manibus, & pedibus, locis & membris sensibilibus, propter diuturnitatem doloris, qui continuè augebatur, sicut continuè uulnera clauorum magis dilatabantur. Sed cum propter hoc mortem tollerare non recusauerit, sic suam humilem charitatem manifestauit. Vigesimo mors CHRISTI fuit pœnosa propter omnimodam nuditatem, fuit enim denudatus ornamento discipulorum, quia omnes eum reliquerunt, collegio secretorum, fauore beneficiatorum, indumento uestimen-

Decimanona ratio.

Vigesima ratio.

torum, sanitate membrorum, refrigerio potatorum, pœnitentia peccatorum, fide deuotorum. Apostoli *fugerunt, secretarij reliquerunt, beneficiati tacuerunt, uestem diuiserunt, super tunicam sortes miserunt, membra debilitauerunt, aceto potauerunt, aures blasphemijs repleuerunt, uisui actus impudicos præsentauerunt, fœtore nares contaminauerunt, pœnitentes scandalizauerunt, credentes ad infidelitatem reduxerunt, potum aceto & felle composuerunt, sanguini non supponitur pannus auri, non serici, non lanei, non scorium, sed terra imbibit eum, corpusq; emittit spiritum, nec per hæc omnia mortem tollerare fugit, unde sic suam charitatē ostendit.* Vnde *p has uiginti rationes patet, quòd mors* CHRISTI *præ omnibus fuit pœnosa, ergò apparet, quomodo in igne fuit absconditus propter eius charitatem et obedientiæ humilitatē.* Circa *quartū ubi dixi, quòd* CHRISTVS DEI *et gloriosissimæ uirginis* MARIAE *filius fuit in igne absconditus tanquàm figuratū in figura propter eius potestatē.* Nanque *in igne considero.* Primo *nobilissimā formam, & tamen habita consideratione ad bonum uniuersale, est melius, quòd alia elementa sint sub suis formis, quàm quòd sint sub forma ignis. par. 3. q. 72. ar. 5. arg. 4.* Secundo *considero ignem esse elementum nobilissimum tantæ actiuitatis & formæ nobilissimæ, quòd nullo modo inficitur, nec capit corruptionem; sic* CHRISTVS *est nobilissimæ formæ, scilicet quantum ad animam rationalem plenam gratijs, donis, uirtutibus, & meritis, quibus meruit sui corporis gloriam ascensam super omnem creaturam sedere ad dex-*

teram patris & iuditiariam potestatem habere. par. 3. q. 49. ar. 6. in R. & *licet anima illa sit nobilissima, & multa gratia, et gloria prædotata, attamen non esset bonum, quòd omnes animæ essent nobiles tanta nobilitate, quia sicut quodlibet indiuiduum participat suam speciem, & quælibet species participat in suo genere, sic quælibet anima participat in gratia donis, & gloria cum* CHRISTO. *In ipso enim est hæc nobilitas excellentissima tanquàm in quodam principio, in quodam fonte, unde omnes bibant*. par. 3. q. 19. ar. 4. in R. & q. 7. artic. 10. *Sicut autem omnes electi participant cum* CHRISTO *in merito, sic etiam participant in præmio, scilicet in iudiciaria potestate. Vnde sicut ignis secundum sui naturam tendit sursum, et in materia combustibili graui tendit deorsum, ut* par. 1. adic. q. 72. art. 3. arg. 3. *Sic* CHRISTVS, *qui secundum propriam uirtutem diuinitatis ascendit in cœlum, secundum humilem naturam humanam descendet ad iudicandum, scilicet in forma, in qua fuit in cruce passus, & in qua gloriosè suscitatus*. par. 3. adic. q. 88. art. 2. in R. *Hanc autem iudicandi potestatem cum* CHRISTO *participabunt. Primo igitur quidam cum* CHRISTO *iudicabunt comparatiuè, ut minus habentes magis habentes, & sic Niniuitæ iudicabunt Iudæos, quia illi ad solam prædicationem unius prophetæ egerunt pœnitentiam: Iudæi autem non egerunt pœnitentiam ad prædicationes* CHRISTI *adiunctis infinitis miraculis. Sic etiam multi tentati, & non peccantes iudicabunt parum tentatos peccantes. Vnde iuuenes casti iu-*

Quatuor sunt species hominum iudicantium cum Christo.

Matt. 12. d.

Primi iudicantes cum Christo.

dicabunt antiquos luxuriosos. Pauperes ieiunantes iudicabunt diuites non ieiunantes. Qui maximas iniurias remiserunt iudicabunt eos, quod paruas indulgere noluerunt. Pauperes elemosynas largientes iudicabunt diuites tenaces diuites ecclesias expoliantes, diuites aliena rapientes, diuites alios defraudantes, diuites ad usuram fœnerantes. Hi omnes & similes iudicabunt cum CHRISTO comparatiue. Hoc modo etiam publicani & meretrices præcedentes scribas & phariseos in regno DEI ipsos iudicabunt. Similiter filij & discipuli pœnitentes iudicabunt patres & doctores impœnitentes, similiter iusti subditi iniustos rectores.

Secūdi iudicātes cū Christo. Secundo quidam iudicabunt cum CHRISTO interpretatiue, scilicet consentiendo & approbando, & Sapi. 3.b hoc modo omnes electi approbabunt sententiam latam per CHRISTVM, & sic iudicabunt cum CHRISTO nationes.

Tertii iudicātes cū Christo. Tertio quidam iudicabunt cum CHRISTO honoratiue. Nam assessores, qui simul sedent cum prætore ad tribunal, dicuntur honorati, & per quandam similitudinem dicuntur iudicare. & hoc modo promisit CHRISTVS dignitatem iudiciariæ potestatis suis discipulis & cæteris suis sequacibus in uia perfectionis dicens. Mat. 19.d Vos, qui reliquistis omnia, & sequuti estis me, sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.

Quarti iudicātes cū Christo. Quarto quidam iudicabunt cum CHRISTO pronuntiatiue. Lex enim adaptat pœnas peccatis & hoc dupliciter, scilicet per scripturam, & per exemplar. Vnde sancti homines obseruantes leges sua uita pronunciant, qui & qua-

liter debeant iudicari. Vnde Ioannes. Et uidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu troni, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est uitæ, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum, & dedit mare mortuos suos, qui in eo erant; et mors & infernus dederunt mortuos, qui in ipsis erant, & iudicatum est de singulis secundum opera eorum, & infernus & mors missi sunt in stagnum ignis, & qui non est inuentus in libro uitæ, missus est in stagnum ignis. Sunt autem quatuor genera hominum suum infernum in hoc mundo incipientes. Primi sunt sodomitæ ordinem naturæ peruertentes, hoc autem agunt tripliciter. Primo DEO non obedientes. Omnia enim animalia, omnes aues, quibus præcepit DEVS dicens. Crescite & multiplicamini, & replete terram, seruant diuinum præceptum, sodomita excepto ordinem naturæ peruertente, siue solus coeat, siue sociatus bestia, siue sociatus sit homine masculo, quoniam peccans per mollitiem non potest generare, quia solus, peccans autem bestialiter non potest generare, quia bestia non est eiusdem speciei, peccans autem cum masculo non potest generare, quia tale adiutorium non dedit illi DEVS, unde tales peccant contra DEVM non obedientes. Secundo sodomitæ peccant contra corpus proprium. Nam semen excisum à proprio corpore sine fructu dispergunt. Tertio peccant contra speciem suam humanam, quam per multiplicationem indiuiduorum non conseruant, merito igitur puniuntur igne, quoniam sicut in igne nihil nascitur, sic

Apo, 20, d

Quatuor genera hominū suū infernum in hoc mūdo icipientes.

Sodomitę peccāt tripliciter.

Gen. 19. e *non nascitur aliquid ex ipsis. Incœperunt autem suum infernum in hac uita, quoniam igne de cœlo consumpti fuerunt.*

Secũdi incipienter infernum ĩ hac uita. *Secundi suum infernum in hac uita incipientes sunt scismatici ecclesiam* DEI *diuidentes, hoc uocabulo largo modo sumpto; quoniam ecclesia habet statum corporale & spirituale, & uterque status diuiditur, scilicet per scisma uocabulo proprie sumpto, similiter & temporalis per seditionem, quod est scisma sumpto uocabulo largo modo. Quoniam uero scismaticus peccat contra naturam, ideo igne punitur. Nam natura dat membra eiusdem corporis uniri capiti, similiter natura docet, omnia membra uniri inter se, scismaticus autem diuidit corpus à capite, scilicet populum ab uno pastore; & similiter per seditionem diuidit populum inter se. Vnde non immerito incipiens hic suum infernum punitur pœna ignis, ut patet de Chore, Dathan et Abiron,* Num. 16. e *quorum pars seditiosa descendit uiua in infernum et altera pars consumpta fuit igne à domino.*

Tertii incipientes infernum ĩ hac uita. *Tertij suum infernum in hac uita incipientes sunt præsumptuosi se contra* DEVM *eleuantes. Qui* DEVS *deposuit potentes de sede & exaltauit humiles. Sic enim præsumpserunt illi duo quinquagenarij euntes, & dicentes* 4. Reg. c *Helyæ: Homo* DEI *rex præcipit, ut descendas festinè ad ipsum, qui ambo hic suum infernum incipientes, igne de cœlo per Helyam inuocato uterque cum suis consumptus fuit.*

Quarti incipientes infernũ in hac uita. *Quarti suum infernum hic incipientes sunt uiri impœnitentes. Ad huius declarationem noto, quòd ignis præcedens iuditium tripliciter aget secundum quòd inueniet tres differentias hominum.*

Inueniet namque quosdam iustos, quos secundum suam uirtutem naturalem comburet, & incinerabit, sed secundum quòd erit instrumentum diuinæ prouidentiæ eosdem iustos non cruciabit. Quosdam autem iustos inueniet, sed non plenè purgatos propter neglectam pœnitentiam, & istos uirtute naturali incinerabit, sed ut instrumentum diuinæ iustitiæ ipsos purgabit plus, uel minus inferendo pœnam prout in eis purganda restabant. Quosdam autem inueniet sine pœnitentia in peccatis obstinatos, quos uirtute naturali incinerabit, sed ut instrumentum iustitiæ diuinæ eos cruciabit secundum gradum pœne, quam sunt passuri in inferno; & isti hic incipient suum infernum. par.3.adiect.q.72.ar.8.in.R. cū ar.5. Sic igitur apparet quomodo CHRISTVS figuratur in igne propter suam potestatem. Circa quintum ubi dixi, quòd CHRISTVS DEI et gloriosæ uirginis MARIAE filius fuit in igne absconditus tanquàm figuratum in figura propter testificatam ueritatem. Est notandum, quòd ad testificandam ueritatem de CHRISTO dantur tria testimonia, & ita est triplex ignis. Primus est naturalis testificans supernaturaliter. Secundus est spiritualis testificans corporaliter. Tertius est diuinalis testificans spiritualiter. Dico primo, quòd est primus ignis, scilicet naturalis testificans de CHRISTO supernaturaliter, & si apud intelligentes ignis naturalis est sufficiēs testis CHRISTI agendo naturaliter, attamen, quia agendo supernaturaliter, idest inconsueto modo naturæ creatæ agit mirabi-

Nota tria testimonia de Christo per triplicē ignem.

lius, ut satisfiat pluribus, dignatur DEVS uti ignẽ naturali faciendo agere supernaturaliter, & sic mentes hominum magis inclinantur ad credendum. Cum enim Moyses custodiret oues soceris sui, & uidisset rubrum flamma ignea circundatum propter hoc non fuisset miratus multum: sed uidens rubrum igne naturali ardentem, nec naturaliter consumptum & sic agere supernaturaliter, sic miratus ait. Vadam & uidebo uisionem hanc magnam, quare non comburatur rubrus. Sic autẽ DEVS ostendit gloriam suam eius populo in deserto, quando apparuit in uertice montis Synai pro ut scriptura attestatur. Erat autem species gloriæ domini quasi ignis ardens in uertice montis. Vnde ignis ille duplici clarebat miraculo, dupliciter agens supernaturaliter, scilicet continuando incendium, & hoc sine materia. Hic ignis sic agens supernaturaliter testificabatur populo inuisibilem præsentiam DEI per creaturam uisibilem. Cum enim ex flamma huius ignis prodiret uox humana, quid per illam uocem præsentabatur populo, nisi persona patris testificantis personam filij apparentis in splendore intendens calefacere populum in amorem inuisibilium per inuisibilem ignẽ significantem calorem charitatis increatæ spiritus sancti. Sic etiam DEVS testificabatur populo habere grata populi sacrificia. Vnde cum Moyses extendisset tabernaculum in deserto, ipseque cum populo fecisset solemne sacrificium, DEVS testificatus fuit sibi placere tabernaculum & sacrificium. Apparuit enim gloria domini super tabernaculum, unde nubes per

Exod. 3.a.

Exo. 24.d

diem incumbebat super tabernaculum, & flamma ignis per noctem, qui ignis suo splendore, & luce ostendens uiam itinerantibus populis, testificabatur præsentiã CHRISTI, qui est lux uera illuminans omnem hominem uenientem in hunc mundum. Cum autem zelator Helyas torqueretur in se ipso zelo domini succensus, quia populus præcepto regis Achab instigati per maledictam uxorem suam Yesabel altaria DEI uiuentis destruxerat, erexeratq; altaria idolo Baal, & tandem cum idem Helyas se astrinxisset promittendo se adoraturum Baal, si ignem de cœlo plueret super suum sacrificium uespertinum, & cum coram populo sacerdotes Baal parassent sacrificium, altißimisq; uocibus inuocassent DEVM suum surdastrem, finaliter parauit Helyas sacrificium DEO uiuo suoq; nomine per Helyam, ipse DEVS cœli testificatus fuit Helyam prædicare ueritatem. Nam ignis copiosus cunctis uidentibus de cœlo descendit, & totum sacrificium deuorauit. Et sic habemus primum testimonium, quòd CHRISTVS fuit in igne absconditus, sicut figuratum in figura propter testificatam ueritatem. s. dũ ignis naturalis apparuit, egit supernaturaliter. Dico secundo, quòd secundus ignis est spiritualis testificans de CHRISTO corporaliter. Hic ignis est ignis charitatis, & uerè spiritualis, quia subiectum charitatis est uoluntas merè spiritualis, & quia charitas infunditur à DEO, qui est spiritus, & quia pro suo exercitio assumit spiritualia, uel corporalia spiritualiter, scilicet mortem, ut Martyr per martyrium, quod

Ioan. 1.
Exo. ult. in fi.
3. Reg. 18.

quidem martyrium licet sit actus fortitudinis, ut uirtutis elicientis, est etiam actus charitatis, ut uirtutis imperatis. 2.2.q.124.ar.2.arg.2. Est etiã ignis spiritualis testificans corporaliter, quia, scilicet homo per martyrium testificatur ueritatem fidei, pro qua mortem patitur. ead.q.ar.5.in R. est enim martyr testis CHRISTI, dum mortem patitur propter CHRISTVM. Huius autem martyrij causa, cum sit ueritas fidei CHRISTI, quam testificatur martyr, duo sunt tempora, scilicet tempus antiquæ legis, in quo prophetæ, qui credebant in CHRISTVM uenturũ pro eiusdem fidei ueritate moriebantur, ut Esaias sectus, & Ieremias incarceratus, & tandem lapidatus. Qui sic moriebantur propter ueritatem fidei CHRISTI qui iam uenit. Vnde uirtus mouens ad testificandũ est spiritualis, actus autem martyrij est corporalis. Dixi, q secundus ignis est spiritualis testificãs de CHRISTO corporaliter. Sed quomodo corpus poßit exercere actum uirtutis spiritualis, & quomodo poßit consequi effectum spiritualem, audite. Conceptus doctoris docentis, uel prædicatoris prædicantis est quoddam spirituale, uox & uerbum exprimens hunc conceptum est quoddam corporale, & quanuis sit corporale, habet tamen in se quandam uim ad excitandum intellectum hominis, in quantum procedit ab intellectu hominis docentis, uel prædicantis uerbum primo in mente concipientis. Sicut ergo uirtus spiritualis est in corporali sacramento in quantũ ipsum sacramentũ ordinatur à DEO ad effectũ spiritualem, sic martyriũ

corporale testificans ueritatẽ fidei CHRISTI habet effectum spiritualem, scilicet ueritatem fidei imprimens in mentibus auditorum par.3.q.62.ar.4.arg.1. Vt autem de hac testificatione clarius loquar, descendã ad aliquas particularitates ostendens duodecim species martyrum. Primi igitur martyres sunt confirmati in fide CHRISTI nolentes oppositum fidei asserere, & hoc est tam necessarium, quòd sine hac societate nemo potest saluari, quoniam & si confeßio fidei non est necessaria ad salutem, nisi pro loco & tempore, cum non pertineat ad præceptum affirmatiuum, quòd non obligat pro omni loco et tempore.2.2.q.3.ar.2.in R. Oppositum tamen fidei cum pertineat ad præceptum negatiuum, quod non capit dispensationem, obligat pro omni tempore, & omni loco, ut.1.2.q.100.art.8.in R. sed clarius ar.2. Sic isti benedicti sunt ueré testes CHRISTI nullo modo uolentes asserere aliquod oppositum ueritati fidei. Nemo enim firmus in fide debet credere oppositum fidei. & ita similiter nõ debet uerbo concedere, nec affirmare ore, immo neque signo. Vnde Marcellinus Papa peccauit mortaliter, quia tria grana thuris obtulit idolo, qui accusatus in generali Concilio & sui ipsius pœnitentia sibi commissa se ipsum condemnauit ire ad Imperatorem Romanum, seq; culpabilem confiteri sacrificium offerendo paratus in pœnam peccati mortem tollerare. Cũque esset condemnatus ad mortem, mandauit Christianis, quòd corpus suum nullo modo sepelliretur, se indignum reputans ecclesiastica sepultura, quemcunque excommuni-

Nota.12. spẽs martyrum.

Prima species martyrũ ꝓ Christo testificantium.

cando, qui hoc præceptum nõ adimpleret. Habetur hoc *in legendis immediate post sanctum Marcum. Quicunque igitur asserit uerbo contrarium fidei, peccat, ut qui asserit duos deos contra articulum illum. Credo in unum* Deum. *Quicunque asserit cũ Manicheis duo principia unum uisibilium, & aliud inuisibilium, facit contra articulum illum. Creatorem cœli & terræ uisibilium omnium, & inuisibilium. Qui uolunt oppositũ alicuius articuli fidei asserere, uel concedere, sunt in pœnis illatis martyres, idest* CHRISTI *testes.*

Secunda spẽs martyrũ pro Christo te stificantiũ. *Secundi sunt per apostasiam uolentes à fide* CHRISTI *recedere. Sic fuerunt apostatæ multi ex discipulis* IESV, *quia abierunt audito præcepto de manducatione corporis* CHRISTI. Ioan. 6. b *Vt autem clarius intelligar noto, quòd sicut tribus modis* DEO *coniungimur, ita tribus modis à* CHRISTO *apostatamus. Primo coniungimur* DEO *per obedientiam, uel pœnitentiàm, & ab eo apostatamus in peccatis reciduando. Secuudo coniungimur* DEO *per sacros ordines & sacram religionem, & ab eo apostatamus dimittendo habitum, & uitam religiosam, habitum secularem induendo. Tertio unimur* DEO *per fidem, & ab eo apostatamus corde, uel ore, uel opere,* Mat. 26. g *fidem negando. Verbo.n.Petrus apostatauit* CHRISTVM *negando. Facto autem apostatauit populus in* Exod. 32. *deserto idolum adorando dicens. Isti sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de Aegypto. 2.2.q.12.ar.1. Sed fortes in fide nec uerbo, nec facto apostatant. Vnde quidam apostatant à fide simulatè. Sunt enim inter tur-*

chat & sarracenos, & tormenta non ferentes negant CHRISTVM *ore, uel opere, & se excusantes dicunt quòd non negant corde, sed uerbo tantum, uel opere simulant. Sed non sic ille* Eleazarus*, qui inductus ab inimicis, ut secundum præceptum principis, uel comederet carnes porcinas contra legem* DEI*, uel saltem simularet comedere, ipse præelegit tollerare duos corporis dolores moriendo, quàm per simulatam comestionem à fide apostatare.* Nec sic *egit illa in fide constans septem filiorum mater quæ præelegit omnes septem filios mori crudeliter, quàm delicatè uiuere apostatando à fido opere.* Tertij *martyres* CHRISTI CHRISTVM *testificantes sunt firmati in fide nolentes* CHRISTI *fidem diuidere. Sicut.n. omnia præcepta decalogi, quibus regulamur in obedientia, continentur in duabus talibus, & sicut duo tantum sunt præcepta charitatis, quibus regulamur in dilectione. 2.2.q.44.ar.2. Sic sunt duo generaliter credibilia de* DEO *unum, quod pertinet ad diuinitatem, alterum ad perfectiones intrinsecas sine aliquo respectu ad extra, & unum secundum perfectiones cum respectu ad extra. Vnde propter primum credimus unum* DEVM*, unum patrem, unum filium, unum spiritũ sanctum: & per secũdum credimus, unum creatorem, unum redemptorem, unum inspiratorem.* In CHRISTO *autem sunt duo credenda, unum quod pertinet ad suam diuinitatem, & unum quod pertinet ad suam humaninatem. Quidam autem diuidũt hanc fidem credendo* DEVM*, sed non credendo patrem, nec fi-*

2. Macha. 6.d.

2. Mach. 7

Tertia species martyrũ pro Christo testificantium.

lium, ut Iudæi quidam fidem diuidunt credentes unum DEVM creatorem bonorum, & unum creatorem malorum. Quidam diuidunt fidem credentes CHRISTVM uerum DEVM, sed non credentes ipsum uerum hominem. Quidam fidem diuidunt credentis spiritum procedere à patre, & non à filio. Qui autem sunt sic fidem diuidentes? dico esse hæreticos, de quibus inquit Federicus Imperator in constitutionibus per eum factis ad inquisitores, ubi ait. Inconsutilem DEI nostri disuere conantur hæretici, quam diuidere noluerunt milites Pilati. Nolẽtes autem fideles apostoli, & martyres has fidei diuisiones tanquàm testes fidelißimi non solum testificati sunt uerbis prædicando, ac signis miracula faciendo, sed etiam testificati sunt sanguine, membris, & uita, et sic habemus tertios martyres, qui fidem noluerunt diuidere. Quarti martyres testificantes sunt in fide CHRISTI stabiles nolentes fidem minuere. Vt poßimus melius declarare diminutionem fidei, oportet nos primo ostendere fidei magnitudinem & maioritatem. Maioritas autem fidei potest considerari quatuor modis. Primo formaliter, & obiectiuè, et sic obiectum fidei est ueritas prima secundum quòd manifestatur in scripturis sacris, & doctorina ecclesiæ, & isto primo modo non est maior fides in uno, quàm in alio sed est in omnibus una, scilicet eiusdem speciei. 2. 2. q. 5. arti. 3. & 4. in. R. Secundo consideratur fides materialiter & extensiuè, scilicet quantum ad credibilia explicitè. Et sicut maior est fides credentis explicitè credenda, quàm fides credentis

Quarta spẽs martyrum pro Christo testificantiũ.

Maioritas fidei quatuor modis cõsideratur.

tantum

tantum implicitè, & ita maior est fides credentis explicitè decem credenda actu, uel habitu, quàm fides illius, qui non credit, nisi quinque. Tertio consideratur fides subiectiuè, & radicaliter, scilicet prout est in intellectu firmius & certius in uno, quàm in alio. Quarto consideratur fides imperatiuè, scilicet prout est in uoluntate cum maiori, uel minori promptitudine, et feruore uoluntatis imperantis intellectui, et captiuantis intellectum ad credenda sine formidine cogitando. ea. q. art. 4. Modo sic declarata fidei maioritate, facilius declarabitur fidei diminutio. Vnde fides diminuitur sex modis. Primo obiectiuè, ut cum homo habet obiectum formale fidei, scilicet ueritatem primam manifestatam in scripturis secundum doctrinam ecclesiæ, & hoc obiectum perdit & mutat in obiectum falsitatis, scilicet conuertendo se ad idola, & credendo creaturam esse creatorem, & opus propriarum manuum esse suum opificem, & hoc modo diminuta fuit fides Iudæorum adorantium in deserto uitulum aureum: & similiter diminuta fuit in eisdem decies tempore iudicum, ut patet in libro iudicum quasi per totum. Consimili modo diminuta fuit in Salomone, quando adorauit idola, et tempore Regũ in populo Israel, & in populo Iuda, ut patet in quatuor libris Regum quasi per totum. Secundo minuitur materialiter et extensiuè, dum scilicet homo credit explicitè duodecim credenda, & per hæreticos peruertitur, et discredit unum, uel plura, ut patet discurrendo omnes hæreses incipiendo à principio ecclesiæ usque in præsentem diẽ. Fides talium credentium omnia credendo, & discreden-

Fides diminuitur sex modis.

do unum, uel plura, non est amplius fides, sed opinio. 2. 2. q. 5. ar. 3. Tertio minuitur fides subiectiuè, scilicet quando homo habitum fidei in intellectu radicatum & formatum sine formidine, & alio tempore uel per falsam doctrinam, uel aliquam aliam tentationem quasi semen super lapidem seminatum arescit formidans in fide, dubitans credenda, uel discredens credibilia. Quarto minuitur fides imperatiuè, scilicet dum uoluntas feruens ad captiuandum intellectum credendis tepescit, uel certe frigescit, ut patet de principibus populi D E I *adorantibus idola propter carnalem amorem Madyanitarum iuxta consilium* Balaam. *Sed propter istos quatuor modos adduntur etiam duo alij modi, quorum primus ponitur loco quinti. Quintus igitur modus est per deformationem, scilicet per deperditionem charitatis, quae est forma fidei. 2. 2. q. 23. ar. 8. Sicut minuitur homo, quando anima separatur à corpore, & corpus remanet cadauer, sic minuitur fides sine charitate. Vnde inquit apostolus* Iacobus. *Fides sine operibus ociosa est. Non enim operatur opera fidei peccator sine charitate meritoriè iuxta illud apostoli* Pauli. *Si habuero omnem fidem ita, ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Sextus modus minuendi fidem est indiuidualiter, scilicet dum mille hodie credit & cras quingenti discredunt. Et hoc modo sic diminuta erat fides tempore* Helye, *quòd erat solus apertè credens, & tantum septem millia ex omni populo Israel credentium occultè. Et hoc modo diminuta est fides per seductionem* Maumethi, *cuius perfidam*

Num. 25.

Iacob. 2. d

Ad Cor. 13. a

3. Re. 19. b

fidem sequuntur omnes turchi, & omnes sarraceni. Hanc autem diminutionem non ferentes CHRISTI *fideles testes igne amoris diuini succensi facti sunt testes, &* CHRISTI *martyres, uerbo, exemplo, cruore, & morte fidem* CHRISTI *dilatauerunt, ut sanctißimus patriarcha* Dominicus *sitiens martyrium, sicut sitit ceruus ad aquæ fluuium, ut sanctißimus* Petrus *martyr miles inclytus, & propugnator strenuus ultima rosarij* CHRISTI *rosa natus in spinis hæreticorum uoce confitendo, & suo sanguine scribendo fidem, propter cuius dilatationem meruit palmam martyrij obtinere, & ultimus martyr canonizari, ut* Thomas *doctor egregius inter modernos doctores solus doctor sanctus realiter nominatus, atque canonizatus.* Quinti *martyres* CHRISTI *fidem testificantes sunt martyres nolentes contra fidem operari, huius speciei sunt species subalternæ septem.* Prima *est species obedientium, scilicet usque ad mortem inclusiue.* In *hac specie fuerunt* Petrus *&* Ioannes, *quorum constantiam cognoscentes principes sacerdotum dixerunt eis comminando, quòd non doceret, nec prædicaret amplius in nomine* IESV, *quibus* Petrus *&* Ioannes *responderunt.* Si *iustum est in conspectu* DEI *uos potius audire, quàm* DEVM *iudicate, non enim poßumus, quæ uidimus & audiuimus, non loqui, sic habetur.* Obedire DEO *oportet magis, quàm hominibus.* Si *enim* CHRISTVS *factus est obediens usque ad mortem, ita & sui sequaces debent usque ad mortem obedire, operando secundum fidem, & non operando contra fidem.* Secunda

Quīta species martyrū pro Christo testificantiū. Martyrū feptē species nolentium contra fidem operari. Prima species.

Actu. 4. d

Actu. 5. f

Secunda spēs martyrum. Ad Titũ. 1.d Iacob. 2.d Tertia species martyrum. Mar. 6.c Quarta martyrũ species. Gal. 5.d Quinta martyrũ species. Sexta species martyrum. Septima spēs martyrum. Sexta species martyrũ pro Christo testificantiũ.

species est peccata fugientium usque ad mortem inclusiue, sed de multis contrarium dicitur. Confitentur enim se nosse DEVM uerbis, factis autem negant. Ego autem inquit Iacobus ex operibus meis ostendam tibi fidem meam. Tertia species est peccata corripientium usque ad mortem inclusiuè, & in hac specie fuit martyr Ioannes baptista corripiens Herodem & dicens. Non licet tibi tenere uxorem Philippi fratris tui. Quarta species est carnem macerantium usque ad mortem inclusiuè. Qui CHRISTI sunt carnem suam crucifixerunt con uitijs & concupiscentijs. Quinta species est pro fide dimicantium usque ad mortem inclusiue, ut CHRISTI milites stantes semper parati ad prælium pro defensione christianorum, ut crucifigeri. Nota 2.2.q.124.art.5.per totum. Sexta species est idolis sacrificare renuentium usque ad mortem inclusiuè, ut sancti & sanctæ uirgines nolentes idolis sacrificare. Septima species est uirginum suam uirginitatem conseruantium usque ad mortem inclusiuè. Hi sunt sancti martyres CHRISTVM testificantes, dum nolunt contra fidem CHRISTI operari. Sexta species martyrum pro CHRISTO testificantium est martyrum nolentium fidem scandalizari. Hi sunt sancti discreti, sapientia pleni, qui tacent, quando expedit, & loquuntur quando oportet, ut sanctus Sebastianus, qui CHRISTVM sub clamide militari portauit, ut sic posset confortare sanctos, qui in tormentis deficiebant, & tandem, quando oportuit, uestem militarem abiecit, & CHRISTVM induens se publicè christianum

fuit confessus, ac pro CHRISTI *fide mortuus est*. *Septima species est sanctorum martyrum fidem propter* Septima
honorem DEI, *& utilitatem animæ proximi fidem* spēs martyrū pro
confitentium. Cum enim homo non sperat de fidei con- Christo te
fessione promouere honorem DEI, *sed potius perspi-* stificantiū.
cit scandalum futurum, debet tacere, sed si tacendo perspicit scandalum fidei, & proximi, tunc tacendo peccat, ideo sancti propter honorem DEI *non tacent, sed confitentur. 2.2.q.3.articu.2.per totum. Octaua species* Octaua
martyrum est sanctorum uolentium tempus præstolari. spēs martyrū pro
Homo *quanto tempore potest, debet proficere proximo,* Christo te
& quantum potest, debet expectare tempus suæ mortis. stificantiū.
Vnde *sicut* CHRISTVS, *dum Iudæi uellent ipsum lapidare se abscondit, quia tempus suum adhuc non uenerat, nec ad talem mortem factus erat obediens, sed ad mortem crucis, sic quilibet, quantum potest, debet fugere, ne quis in ipsum peccet. Et sicut habemus exemplum de* CHRISTO, *ita etiam habemus de* Ioan-
ne, Petro, *&* Paulo. *Cum enim* Petrus *&* Ioannes *es-* Actu.5.d
sent incarcerati iussu principum sacerdotum, ab angelo
sunt soluti, & ad prædicandum in templum missi. Pe- Actu.12.a
trus autem per Herodem *incarceratus & uinctus cathenis duabus, ut post pasca eum reduceret populo oc-*
cidendum, per angelum fuit solutus. Paulus *in sporta* 2.ad. Cor. 11.g
per murum ciuitatis Damascenorum *fuit emissus.* Pau- Actu. 16.d
lus & Sila flagellantur, incarcerantur, ponuntur in
compedibus, fitq; terremotus, & liberantur. Præterea Actu. 23.
euasit Paulus *mortem se dicendo ciuem* Romanum.
Idem *seditionem suscitauit inter phariseos, et Saducæos*

Actu. 25.c & sic de ipsorum manibus exiuit, immo etiam Cæsarem appellauit. Vbi autem perfecerunt opus sui ministerij, Petrus uoluntariè fuit resupine crucifixus, Paulus autem capite obtruncatus. Vnde sunt martyres, & fidei CHRISTI testes testificantes & mortem ad tempus præstolantes. Nona species martyrum est sanctorum testificantium fidem CHRISTI in martyrio morientium & per mortem suum martyrium perficientium, ut Stephanus, ut Laurentius, & omnes similes. Decima species est martyrum, post martyrium morientium, ut Vincentius post multa tormenta in delicato lecto mortuus. Vndecima species est martyrum mortem superantium ut Ioannes euangelista. Duodecima species est sanctorum opere actum uoluntatis imperatum præuenientes ut innocentes. Ecce quomodo igne spirituali charitatis testificante de CHRISTO spiritualiter sunt succensæ duodecim species martyrum.

Nona species martyrũ pro Christo testificantiũ.

Decima spẽs martyrũ pro Christo testificantiũ.

Vndecima species martyrum.

Duodecima species martyrum.

Tertio dixi, tertium ignem esse diuinalem testificantem de CHRISTO spiritualiter. Circa hanc particulam est primo notandum, quòd hic ignis est ille, de quo inquit Moyses. Erat autem species gloriæ domini quasi ignis ardens. Sicut in illo igne figurabantur pater & spiritus sanctus, sic etiam figurabatur CHRISTVS DEI & gloriosissimæ uirginis MARIAE filius. Quomodo iste ignis testificetur, quòd hic homo CHRISTVS sit DEI filius, probo per euangelistam Ioannem sic dicentem. Tres sunt qui testimonium dant in terra spiritus, sanguis, & aqua, & tres sunt, qui testimonium dant in cœlo pater, uerbum et spiritus san-

Exo. 24.d

Nota duo de quibus redditur testimoniũ de Christo.

1. Ioan. 5.b

ctus & hi tres sunt unum. In quibus uerbis Ioannes de duobus ponit testimoniū .s. de CHRISTI humanitate, et de CHRISTI diuinitate. Primum testimonium est de CHRISTI humanitate, quòd fuerit uerus homo, ad quā humanitatem duo concurrunt .s. uerus spiritus, uerum corpus ex quatuor humoribus. Cum enim futurum esset collegium hæreticorum dogmatizaturum CHRISTVM non habuisse animam rationalem, sed habuisse diuinitatem loco animæ, hoc præuidens dominus DEVS contra istos ponit testimonium spiritus dicens. Tres sunt, qui testimonium dant in terra, scilicet spiritus. Sed est qui dicat, quando testificatus fuit spiritus, scilicet suam præsentiam in corpore? certè dum lacte pascebatur, dum complerentur dies purgationis MARIAE, scilicet quadraginta, dum puer crescebat, scilicet ætate, dum factus esset annorum duodecim, dum fuit baptizatus annorum quasi triginta, dum in deserto esurijt. Per hæc testificatur in terra spiritus in ueram humanitatem CHRISTI quantum ad animæ potentiam uegetatiuam, quoniam si præsentia animæ non fuisset in illo corpore, ibi non fuisset principium uegetatiuum, nec nutritiuum. Vnde per supradicta opera spiritus rationalis ostendit suam præsentiam, & sic testificatur. Qui quidem spiritus ostendit suam præsentiam per principium sensitiuum, dum transeundo uidit Matthæum in Theloneo, dum uidit Iacobum, & Ioannem reficientes retia sua, dum uidit hominem cœcum à natiuitate, dum audiuit fidem Centurionis & miratus fuit, dum gustauit cibum in domo Symonis leprosi, dum

Primū testimoniū est Christi humanitas.

comedit in nuptijs, dum comedit et bibit in ultima cœnâ, dum in cruce gustauit acetum. Ecce quomodo *testificatur spiritus ueram humanitatem per principium uegetatiuũ & sensitiuum.* Quomodo *autem testificatus fuerit per principium intellectiuum audite.* Duodenis *repertus est in templo in medio doctorum interrogans & respondens, cum Iudæis sæpe disputauit in synagogis, sæpe legit in tẽplo, sæpe prædicauit.* Hæc *enim sunt opera uitæ intellectiuæ, per quæ spiritus rationalis probat suam præsentiam, & testificatur ueram* CHRISTI *humanitatem.* Hæc *autem tria testimonia in cruce panduntur, dum clamat, & sitit, orat, & paradisum promittit, matrem discipulo, &* Spiritum *patri commendat, & spiritum emittit.* Quod *autem habuerit uerum corpus terrenum & non cœleste, carneum & nõ fantasticum, testificantur, qui dabãt alapas, qui colaphizabant, qui caput decapillabant, qui barbã depillabant, qui nudum flagellabant, qui arundine coronam in cutim comprimebant, qui clauos in manibus, & pedibus configebant, miles, qui lancea latus aperuit,* Ioseph & Nicodemus, *qui corpus uoluentes in syndone cũ mirrha & aloe condientes in monumento nouo clauserunt.* Sed & Ioannes, *qui uidit, & cuius testimonium sacrum concilium primum apostolorum approbauit sanguinem uidisse & aquam, testificarunt ueritatem humanitatis quantum ad corpus.* Quod *autem fuerit concreatũ ex quatuor humoribus, hoc testificatur sanguis contractus ex purißimo sanguine* Virginis MARIAE, *& quod fuit compositum & organizatum*

ex quatuor elementis & hoc testificatur aqua, unde habemus primam testificationem, scilicet in terra & hanc facit spiritus sanguis & aqua. Secundum autem testimonium quod pandit Ioonnes est de CHRSITI diuinitate, unde inquit. Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo, scilicet Pater, filius, et spiritus sanctus. Bis facta fuit testificatio ista, & non sine magno misterio scilicet in baptismate, & in transfiguratione. Quando autem facta fuerit, qualiter, qua de causa, dicam quo ut breuius potero. Est enim duplex filiatio electorum DEI, una per gratiam, quæ fit in baptismate per nouam generationem, altera per gloriam, quæ fiet, quando natura totaliter glorificabitur quantum ad hominem interiorem & exteriorem, scilicet in generali resurrectione. Cum autem istæ duæ filiationes debeant fieri per CHRISTVM filium DEI naturalem, ideo (ut mens nostra sit firmior in fide & spe) factæ fuerunt de humanitate, et de diuinitate, ut in una habeatur splẽdor gratiæ, & in altera fulgor gloriæ. Cum igitur CHRISTVS fuisset baptizatus, apparuit ipse filius DEI in humanitate, spiritus sanctus in specie columbæ, pater in uoce, Hæ autem apparitiones testificantur, quòd hic homo est filius DEI per gratiam unionis diuinitatis ad humanitatem, assumptionis humanitatis ad diuinitatem. Vnde inquit pater. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Qui sicut est filius meus naturalis, sic quicunque rectè baptizatur, est filius meus per splendorem gratiæ. Sed cum iam pluribus mensibus predicasset, & in monte

Secũdum testimoniũ est deitas Christi.

Filiatio ẽ duplex.

Mat. 3. 4.

Thabor fuisset transfiguratus, iterum apparuit Spiritus sanctus in specie nubis lucidæ & filius in humanitate, & pater in specie uocis testificando dicens. Hic
Matt.17.a est filius meus, scilicet naturalis in quo mihi bene complacui. Vnde & filij adoptiui debent sibi aßimilari per nitorem gloriæ corporalis glorificationis: & sic facta est testificatio humanitatis, & diuinitatis CHRISTI filij DEI naturalis, & cuiuscunque filij adoptiui secundum splendorem gratiæ, & secundum nitorem gloriæ, unde habemus ignem naturalem testificantem de CHRISTO supernaturaliter, ignem spiritualem testificantem de CHRISTO corporaliter, ignem diuinalem testificantem de CHRISTO spiritualiter. Et ita patet hoc quintum, in quo dixi CHRISTVM DEI et gloriosißimæ uirginis MARIAE filium fuisse in igne absconditum tanquàm figuratum in figura propter testificatam ueritatem. Circa sextum, in quo dixi, quòd CHRISTVS DEI, & gloriosißimæ uirginis MARIAE fuit in igne absconditus tanquàm figuratum in figura propter ipsius humilitatem, & quoniam satis dixi de ipsius humilitate in quæstionibus peregrinis, & in isto, ubi agitur de ipsius pœnosa morte, ideo sufficit. Circa septimum ubi dixi, quòd CHRISTVS DEI & gloriosißimæ uirginis MARIAE filius fuit in igne absconditus tanquàm figuratum in figura propter ipsius pietatem. Ad hanc particulam declarandã noto, quòd CHRISTVS misericors & pius aßimilatur igni propter suam pie-

tatem propter septem rationes. Primo quia sicut ignis sæpe eodem ligno, ferro, lucerna, candela accenditur, & extinguitur: sic CHRISTVS, qui iustè toties extinguitur in peccatore, quoties peccator peccat, ita pie & misericorditer accēditur toties, quoties peccatorem pœnitet. Vnde cū Petrus quæreret à CHRISTO an deberet remittere peccatori usque septies. Respondit ei, quòd non solum usque septies, sed usque septuagies septies, ponendo numerum determinatū pro indeterminato, idest toties, quoties ipse peccabit, & pœnitebit, toties dimittas illi. Quod autem capiatur numerus determinatus pro indeterminato, & æquiualeat ille numerus septuagies septies huic propositioni toties, quoties & cæt. Sic declaratur in geneologia CHRISTI non descendendo cum Mattheo.ca.1. Sed ascendendo cum Luca.c.3. in qua geneologia exceptis extremis sunt septuaginta quinq; generationes, sed cū his deductis extremis ut inferius Ioseph, & superius DEI fiunt septuaginta septem. Vnde sicut illa generatio ultima.s. DEI non habeat finem, sic intelligitur iste numerus, quòd si peccator peccaret ab Adam usq; ad CHRISTVM, & ab Adam usq; ad DEVM, & in fine ultimæ generationis pœnitebat, unlt CHRISTVS Petrum sic dimittere, sicut ipse dimittit. Vnde CHRISTVS toties accenditur ad parcendum, quoties peccatorē pœnitet. par. 3. q. 33. art. 3. arg. 3. Secundo quia sicut ignis conseruatur in minima scintilla, & accenditur, ut patet ad sensum per eos, qui ignem educūt de lapide, sic CHRI-

Septem rationibus pietas Christi assimilatur igni.

Matt.18.c.

STVS absconditus in lapide, & sallius accenditur, miseretur, & reconciliatur in contritione minima. par. 3. adiect. q. 5. art. 3. Tertio quia sicut ignis immunda mundificat, ut patet de omnibus immundicijs, & immundis ad ignem positis, quorum ignis nullum abhominatur, & à nullo contaminatur, & omnia purgat, mundificat, omnemque immunditiam consumit, sic CHRISTVS quantũcunque peccata sint turpia, & inhonesta, & abhominabilia, nullum tamen peccatorem abhominatur, sed omnes ut ignis, in se suscipit, purgat, & mundificat, nec mirum, quoniam etiam in sua geneologia non solum ponuntur patriarchæ sancti,
Gen. 49. a & Reges, sed etiam ponuntur inhonesti, & sunt mũdificati, ut Rubem, qui ascendit cubile Iacob patris, &
Gen. 38. d maculauit stratum eius Iuda, qui impregnauit Thamar
Gen. 38. b. bis nurum sicam. Vt Her, qui abutebatur uasculo uxoris. Vt Onam, qui semen seminabat in terram, ne
Gen. 37. a. Reg. 12. filij nascerentur. Vt fratres Ioseph coeuntes cum bestijs. Vt Dauid cum Bersabee uxore fidelißimi sui
3. Reg. 12. serui Vriæ. Vt Salomon in senectute captus amore mu-
3. Reg. 12. lierum usque ad idolatriam. Vt Roboam superbus, & populus, qui decies peccauit in deserto enormiter. Exo.
4. Reg. 12. Leuit. & Num. in suis locis. Vt Manasses peßimus. Vnde CHRISTVS ut ignis à nemine fuit contaminatus, & neminem quanuis abhominabilem fuit abhominatus sua uiscerosa pietate. Quarto quia fuit ignis, agit in materia supposita diuersimode scilicet ferrum inflammando, & lignum consumendo, paleam comburendo, & aurum finando, sic CHRISTVS,

qui per ignem elementa purgabit, & nõ consumet. par. 3. adiect. q. 72. arti. 5. argu. 3. quosdam impœnitentes comburit, ut Iudam, & quosdam pœnitentes purgat, ut Petrum, ut latronem ad dexteram. Quinto quia sicut ignis purgat cameram ab infectione aeris pestiferi ut ars medicinæ docet, sic CHRISTVS ante suum iudicium purgabit elementa ab indecẽtia gratiæ et gloriæ. par. 3. adiect. q. 72. arti. 1. arg. 2. & hoc dupliciter. s. purgando totum orbem, uel expellendo nephandos sicut purgauit terrestrem paradisum & cœlestem, ex uno expellendo supremum angelum cum suis, & ex altero expellendo primos parentes. ead. q. art. 5. argu. 3. Sexto quia sicut ignis uaporem grossum & grauem extenuat, & sursum extollit, sic CHRISTVS peccatores habentes conscientiam grossam tenues facit, existentes graues per concupiscientiam facit agiles per dilectionem cælestium, & sursum leuat per cõtemplationem & conuersationem iuxta illud Pauli. Nostra conuersatio in cœlis est. Septimo quia sicut ignis naturaliter ascendit, & contra naturam in motu ligni cõbustibilis descendit, sic CHRISTVS naturaliter miseretur & contra suam naturam descendit peccatores damnando: & sic patet quomodo CHRISTVS fuit in igne absconditus propter pietatem. Quinto & Sexto pro complemento huius quarti libri declarandũ est, quomodo CHRISTVS DEI & gloriosissimæ uirginis MARIAE filius est in cunctis electis spiritualiter & sub accidentibus sacramentaliter. Circa primum noto, quòd sub accidentibus latet natura

Ad Phili. 3.d.

rerum substantialis, latent sub uerbis significata uerborum, latent effectus in suis causis, latent fructus in arboribus, latent aues in ouis, latent animalia in semine, latent filij in parentibus, latet nouum testamentum in ueteri, latet sub similitudinibus & figuris res figuratæ, latent amati in amantibus, latent habitus uirtutũ in mentibus uirtuosorum eliciuntur. 2. 2. q. 8. art. 1. in R. *sic latet* CHRISTVS *in electis spiritualiter, dum creditur, dum diligitur, dum in eo speratur, dum autem hostia consecratur, sic latet sub accidentibus panis & uini.* De *his autem duobus cum fuerim loquutus in isto & amplius in questionibus peregrinis non amplius me dilato.*

DE CHRISTO FILIO DEI ABSCONDITO PRO SOLEMNITATE CORPORIS CHRISTI.



LIBER QVINTVS.



N HOC *quinto libro tractaturus sum, quomodo* CHRISTVS DEI *& gloriosißimæ uirginis* MARIAE *filius fuit inter iniquos absconditus, & in paßionibus humiliter. Circa hoc est notandum, quòd cum uir innocens incarceratur, cum ut reus condemnatur, præsumitur nocens, & eius innocentia absconditur, sic abscondebatur innocẽtia Ioseph, cum inculpatus ab uxore Pharaonis fuit incarceratus.* Gen. 39.a. *Sic abscondebatur Ieremiæ innocentia, cum non semel tantum, sed pluries fuit incarceratus, sic enim* CHRISTVS *abscondebat eius sanctitatem, qui cum publicanis, et peccatoribus manducabat, sic & diuinitatem suã abscondebat, cum flagellabatur, & crucifigebatur, ut ergo sua sanctitas absconderetur, & reputaretur pec-* Ierem. per totum.

ctator, Iudæi eum crucifixerunt in medio duorum latronũ. Quis enim reputasset ipsum DEVM, dum crucifigeretur? quis eum dixisset sanctum, cum latronibus sociaretur, nisi, qui cum uirgine gloriosa & cum Esaia firmus in fide diceret? Tu es uere DEVS absconditus Redemptor Israel: Sed quis hominum credidisset, & cognouisset CHRISTVM sanctũ DEI filium, DEVM uerum regem cœlestem cum uirgine MARIA in tanto supplicio, in tanto scandalo, in tanto uituperio, in tanto obprobrio? certe nullus repertus fuit, nisi solus latro ad dexteram. Hic enim cum dixisset. Memento mei domine, dum ueneris in regnũ tuum, cum MARIA uirgine et cũ Esaia mente clamauit dicens, tu es uere DEVS absconditus DEVS saluator Israel. Quis autem reuelauit latroni hunc CHRISTVM DEVM absconditum? certe ipse CHRISTVS, qui in cruce positus latronibus mirũ sermonẽ proposuit uerbo nõ uocali, sed uerbo imperatiuo. Ait.n. Ecce ego CHRISTVS mediator DEI & hominum sto in medio terræ faciens salutem, sursum clamans ad patrem dicens, Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Deorsum clamans ad matrem Ioannem filium sibi dimittens his uerbis. Mulier ecce filius tuus, antrorsum clamans ad Iudæos dicens. DEVS meus, DEVS meus, ut quid dereliquisti me? scilicet subiectum passionibus pro Iudæis, qui sunt filij regni, & sui culpa eiciuntur foras. Retrorsum clamans ad gentiles, idest paganos dicens. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt, sinistrorsum clamans dicens latroni in blasphemijs

Isai. 45. c

Mat. 23. f

Ioan. 19. e

Luc. 23. e

sphemijs perseueranti. Consumatum est. s. quicquid pro te facturus eram. Dextrorsum ad latronem ad dexteram clamans dicens. Hodie mecum eris in paradiso. Circum circa clamans ad omnes circunstantes dixit. Sitio, idest omnium salutem, ideo nanque in medio omnium sto sitiens omnium salutem. Cum autem ut mediator DEI & hominum sic stans in medio latronum ad omnes clamasset, & suum erecta facie inchoasset sermonem, sic fuit allocutus latrones ipsum cum scribis blasphemantes. Nolite putare quia ego accusaturus sum uos apud patrem, est qui accuset uos Moyses, in quo uos speratis. Si enim crederitis Moysi, crederitis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit. Si autem eius litteris non creditis, quomodo meis uerbis credetis? Qui Moyses licet multa scripserit de CHRISTO, quæ non faciunt ad præsens propositum, attamen scripsit. s. in psalmo. Domine refugium usque ad psalmum centesimum de CHRISTO quomodo erat crucifigendus inter duos iniquos, ex sic ut uerus redemptor erat DEVS absconditus scilicet in figuris, & in ueritate. Vnde primo figuratus in Adam, qui mortuo Abel cognouit uxorem suam, & genuit filium Seth Qui Adam cum staret in medio Cayn reprobi & in medio Seth electi figurabat CHRISTVM stantem in medio unius latronis reprobi ad sinistram, ex in medio unius latronis electi ad dexteram. Secundo figuratus fuit in Abraham, qui cũ genuisset ex ancilla Ysmaelem genuit ex uxore sua Sara Isaac. Cum autem Abraham staret in medio istorum duorum filiorum, quorum

Ioan.19.f. Luc.23.e. Ioan.19.f. Ioan.5.g. Gen. 4. Gen. 16. Gen.21.

unus erat eijciendus ab hæreditate scilicet, Ysmael, alter erat hæres, figurabat CHRISTVM mansurũ inter duos latrones, quorum unus erat electus alter, autem erat reprobus, scilicet in sinistra. Tertio fuit figuratus in Isaac, qui cum cognouisset Rebeccam, genuit uno partu duos filios, scilicet Esau reprobum, & Iacob electum. Cum autem staret Isaac in medio istorum duorum filiorum figurabat CHRISTVM crucifixum in medio duorum, quorum alter erat cum Iacob dilectus, alter autem erat cum Esau reprobatus. Quarto figuratus fuit in Iacob, qui habuit filium castum; scilicet Ioseph. & etiam habuit filium lasciuum, qui non erubuit cognoscere concubinam patris eiusdem patris cubile ascendendo. Cum autem Iacob moreretur in medio Rubẽ et Ioseph figurabat CHRISTVM crucifigendum in medio duorum; quorum unus erat castus fide, alter autem lasciuus perfidia, sic igitur CRISTVS fuit DEVS & redemptor absconditus, idest uelatus in figuris ad propositum adductis, sic idem redemptor in cruce & in medio duorum latronum erat uerus DEVS absconditus, idest palliatus mentibus hominum. Sed sic stando in medio duorum latronum quid dicat audite. Ego autem in medio uestrum sum, sicut qui ministrat. Ministro quippe non arbores paradisi terestris; sed cœlestis. Ego enim sum panis uiuus, qui de cœlo descendi. Non ministrando prohibeo lignum uitæ, sed me ipsum do in cibum, qui sum cibus & arbor uitæ. Ministro in medio uestrum duorum cupiens uos collocare inter hierarchias angelorum. Ministro

Gen. 25.

Gen. 39.

Gen. 35. & 49.

Luc. 22. c.

Ioan. 6. e.

nudus in medio uestrum duorum, ut in duamini uestibus beatorum. Ministro brachijs apertis ad amplexandũ. Ministro pedibus affixis ad expectandum. Ministro capite inclinato ad osculandum. Ministro totum corpus cruentatum ad redimendum; Ministro cum dolore omnium membrorũ, ut uos latrones liberem à cruciatibus inferorum. Ministro sanguinem nõ accusantem, sed excusantem cum dico. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Ministro sanguinem non maculantem, sed lauantem. Ministro sanguinem non incarcerantem, sed redimentem. Ministro sanguinem inebriantem, & non inhonestantem. Ministro sanguinem non petentem uindictam, sed gratiam. Ministro sanguinem non petentẽ iustitiam, sed misericordiam. Ministro sanguinem non petentẽ indignationem, sed reconciliationem. Ministro sanguinem, cuius potus, cuius esus non prohibetur, sed præcipitur. Ministro sanguinem in potum uerum sitim extinguentem, ex non accendentem. Sanguis enim meus uere est potus, quem qui biberit, non sitiet in æternum. Ministro uobis sanguinem sanctum, & sacrum, non prophanum. Ministro sanguinem humanum, & non animalium, non uitulorum, non arietum, non hircorum, non agnorum, non taurorum, ut olim in lege sub figura. Ministro uobis sanguinem non pollutum, sed uirgineum, non uoluntate carnis, neque uiri præparatum, sed spiritu sancto uiuificatum. Ministro uobis sanguinem non degenerantem, sed nobilitantem, in quo fiunt homines regum & sacerdotes. Ministro uobis sanguinem nõ ex aqua ĩ uinum conuersum, sed simul cum aqua

Ioan. 6.

Ioan. 6. c.

Apoc. 1.

Exod. 7. effusum, quoniam ille ad Aegyptiorum punitionem,
Ioan. 15. iste ad electorum lotionem. Ministro uobis sanguinem
Exo. 12. non super liminare linientem. Sed mentem carectere
Exod. 24. consignantem par. 3. q. 63. ar. 1. Ministro uobis sanguinem non confirmantem uetus testamentum, sed confirmantem nouum, quoniam ille est sanguis uituli. Iste
Math. 26. autem est sanguis hominis, & ueri DEI Ministro uobis sanguinem non Achab, quem lamberunt canes,
3. Rog. 21. Sed sanguinem meum, quem biberunt iusti et peccato-
Math. 26. res cum dixit. Bibite ex eo omnes. Ministro sanguinem
3. Reg. 18. non sacerdotum Baal effusum cũ lanziolis, & oblatum idolo, sed sanguinem effusum clauis spinis & flagellis & lancea oblatum DEO uiuo & uero Ministro non
Hæb. 9. sanguinem filiorum & filiarum innocentium, ut psalmus. 105. Sed proprium, intrando sancta sanctorum.
Gen. 4. Ministro sanguinem non Abel de terra clamantem, sed sanguinem meum ad cœlum uociferantem. Ministro sanguinem non Abel, quia ille fuit sanguis puri hominis, sed meus est sanguis hominis & DEI, quia ille fuit sanguis hominis peccato subditi, meus autem est sanguis hominis peccati nescij, quia ille fuit sanguis fœminæ pollutæ, meus autem est sanguis Virginis inuiolatæ, quia ille fuit sanguis contractus à muliere & ab homine, meus autem est sanguis contractus à muliere sine homine, quia ille fuit sanguis cõiunctus uirili semini, meus autem est sanguis coniunctus mistico spiramini, quia ille fuit sanguis hominis DEO gratificati cœlesti radio acceptati, meus autem est sanguis hominis in utero sanctificati et nunquam maculati paterno & cœlesti splen

store demonstrati, quia ille fuit sanguis hominis occisi inuoluntarie, & uiolenter: meus autem est sanguis hominis morientis uoluntarie & libenter; quia ille fuit sanguis meum figurans; meus autem sanguis est figuratus; quia ille fuit sanguis doloris, meus autem amoris; quia ille fuit sanguis replens terram, & terram inebrians, meus autem est sanguis replens cœlum, & cœlum lætificans, & clamans de cœlo: ille maledictos expellit in infernũ, meus autem introducit in paradisum: sanguis enim CHRISTI *clauis est paradisi, quia est sanguis effusus educens de limbo ad paradisum. Ille fuit sanguis ad pœnam obligantis, meus autem est sanguis omnem pœnam remittentis. Audiuistis quomodo in suo sermone* CHRISTVS *crucifixus dixit se ut mediatorem stare in medio. Audiuistis, quomodo fuit figuratus in medio latronum crucifixus. Audiuistis, quo modo stat in medio, non ut maior recumbens, sed ut minor ministrans. Audite modo quid respondeant latrones, audito sermone, & quid replicet* CHRISTVS. *Latro infelix positus ad synistram synistræ credens oculo intellectus, excæcatus non intelligens* CHRISTI *sermonẽ nõ credit* CHRISTVM *esse uerum redemptorem, neq;* DEVM *uerum absconditum in figuris: sed cum principibus sacerdotum, cum scribis, & phariseis ore polluto incepit* CHRISTVM *blasphemare, primo negando* CHRISTI *diuinitatem dicens. Dixisti. Filius* DEI *sum. Si filius* DEI *es, saluum te fac & nos descendens de cruce. Secũdo blasphemauit negãdo* CHRISTVM.

Christus a latrõe blasphematꝰ quinque modis.

Mar.15.c. Mat.27.d

Ioan. 2. c. Mat. 27. d. DEI uerbum causasse omnem causatam entitatem dicens. Tu dixisti. Possum destruere templum DEI, & in triduo ædificare illud. Si igitur hoc potes, salua
Mat. 27. e. te met ipsum. Tertio blasphemauit CHRISTI felicitatem dicens. Alios saluos fecit, se ipsum non potest
Mat. 27. e. saluum facere. Quarto blasfemauit CHRISTI regalem dignitatem dicens. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. Quinto blasphemauit
Mat. 27. e. CHRISTI confidentiæ firmitatem dicens. Confidit in DEO, liberet eum nunc, si uult. Cui CHRISTVS. O infelix latro non uides tu diuinitatem absconditam sub humanitate, dum sol obscuratur? Non uides diuinitatem absconditam sub pœnalitate, dum uelum templi scinditur? Non uides diuinitatem absconditam sub mortalitate, dum monumenta aperiuntur? Non uides diuinitatem absconditam sub humanitate, dum fit terræmotus magnus? An forte te decipit Dæmon, quia uides me à cunctis delusum, cruci affixum, spinis coronatum, in toto corpore cruentatum, felle & aceto potatum. O infelix non te obstinatum, & induratum faciant ista, quoniam si non essem passus ut culpabilis, semper esses culpabilis. Si nō essem mortalis, nunquam esses immortalis. Si non essem paßibilis, nunquam esses impaßibilis. Nam quia inculpor, omnis culpa tibi remittitur, quia morior, omnis homo à morte eripitur; quia patior, omnis resurgens electus impaßibilis efficitur. Audi ergo Centurionem meam deitatem confitentem, et
Mat. 27. g. meam sanctitatem asserentem. Verè hic homo iustus erat, uerè filius DEI erat iste. Ergo crede me tuum

Christi responsio cōtra latronē temētem.

creatorem, crede me tuum gubernatorem, crede me tuum redemptorem. At ille in blasphemia perseuerans quasi uellet dicere. In recitatis figuris sum figuratus, ut reprobus, saluari non possum, quia apud DEVM sum præscitus ad ignem æternum. Sicut enim Cayn, sicut Ismael, sicut Esau fuerunt præsciti, sic ego, qui per eos fui figuratus. Cui CHRISTVS. Ego in medio uestrum duorum sum, sicut qui utrunque uult saluare. Sic nanque tibi causaui animam bonam, sicut animam crucifixi ad dexteram. Sic illam creaui ad imaginem sanctißimæ trinitatis, sicut & istam. Sic dedi tibi liberum arbitrium, sicut & illi. Sic te guberno in ultimum finem, sicut & istum. Sic dedi tibi præcepta affirmatiua de uirtutibus, sicut & illi. Sic dedi tibi præcepta negatiua prohibentia peccata, sicut & illi. Sic dedi tibi consilia, sicut & illi. Sic permisi illum cadere in peccatum, sicut & te. Sic condemnatus est ad mortem, ut tu. Sic uolo tibi remittere culpam, sicut & illi. Sic uolo pati pœnam pro te, sicut pro ipso. Sicut porrigo sibi unam manum sanguine plenam, ita tibi porrigo alteram. Sicut sanguinis prætium soluo patri pro ipso, ita soluo pro te. Cum enim uidens solem obscuratum, uelum templi scissum, lapides confractos, monumenta aperta, cum Centurione confitere meam sanctitatem, confitere meam diuinitatem. Sis contritus tuis peccatis, & ego tibi remitto culpam, & omnem pœnam. At ille noluit confiteri fidem cum Centurione, sed potius perseuerauit in blasphemijs cum iniquis. Tunc CHRISTVS conuertit faciem ad dexteram, & ait ad latro

Latronis cõtinuatio in blasphemiam.

Christus excusatio contra latronẽ blasphemantem.

Christi cõuersio ad latronē ad dexteram existentē.

Latronis cõfessio ad dexteram existentis.

nem dexterum. Tu autem quid credis? quid dicis? quid speras? Iam enim appropinquat hora mortis meæ, & tuæ. Ille autem audito CHRISTI sermone, & uisis, quæ fiebant, sic loquutus est. primo increpauit latronem synistrum de sua iniquitate dicens. Neque tu times Deum. secundo se & socium accusauit de culpabilitate dicens. Nos digna factis patimur: Tertio confessus est CHRISTI sanctitatem dicens. Hic autem quid mali fecit. Quarto confessus est CHRISTI deitatem dicens: Memento mei Domine. Quinto confessus est CHRISTI regalem maiestatem dicens, Dum ueneris in regnum tuum: Sexto credidit, & petiit æternam felicitatem dicens CHRISTO. Memento mei domine, dum ueneris in regnum tuum. Tu enim redemptor Israel es uere Deus absconditus. Cœlum enim per solē obscuratum, terra per terræmotum, uelum templi scissum à summo usque ad deorsum; monumenta aperta, petræ scisæ confitentur tuam deitatem, & rumor blasphemantium illam abscondit. Corpus totum cruentatum illam celat, uulnera illam occultant: sanguis palliat, dolor uelamine tegit. Tu es ergo uere DEVS absconditus redemptor Israel. Cui respondit CHRISTVS. Amen dico tibi, hodie meum eris in paradiso, & inclinato capite emisit spiritum. Audiuistis CHRISTI exhortationem ad latronem blasphemantem ad synistram. Audiuistis confeßionem plenam latronis ad dexteram. Audiuistis liberalem CHRISTI responsionem promittentis latroni paradisum. Superest, ut pacifice, & sine tædio audiatis, huius la-

Luc. 23. e. (beside "tate dicens. Nos digna factis patimur")

Luc. 23. e. (beside "DEVS absconditus redemptor Israel")

Christi responsio ad latronē cū audita promissione.

tronis confeßio quæ meruerit. Nusquam *legiſtis in ſacro eloquio ueteris teſtamenti talem promißionem datam alicui patrum ueteris teſtamenti.* De hoc *mirantur quamplures, quòd unus latro nouiter conuerſus habuerit promißionem de paradiſo, quàm non habuit* Noe *iuſtus, non* Abraham *fidelis, non* Iſaac, *non* Iacob, *non ipſe* Dauid *peccator conuerſus, nec ipſe* Moyſes *omnium prophetarum eximius in ductu populi uſque ad ſenectutem laborans: ſed neq; ipſe* Ioannes, *qui* CHRISTVM *baptizauit, digito eum oſtẽdit, & paternam uocem audiuit.* Audite *(ſi placet) prærogatiuas huius conuerſionis, & clarè intelligetis, quomodo ſua conuerſio, &* CHRISTI *promißio ſimul adaptantur, quoniam ſicut conuerſio fuit excellens ſupra omnem conuerſionem, ita* CHRISTI *promißio fuit excellentißima.* Quem *mihi dabis conuerſum, cuius conuerſio excellat conuerſionem huius ſanctißimi latronis.* O *fur, ò latro, ò raptor paradiſi glorioſe.* O *ſumme latronum doctor, raptorũ magiſter: longo tempore, longo itinere, auxilio, labore cæteri uix peruenerunt ad limbum, & tu per methodum unius confeßionis uendicas tibi paradiſum, ueſtiens longitudinem dierum, cum tibi dicat ſumma ueritas* CHRISTI, *dictumq; ſuum iuramento confirmet dicens.* Hodie *mecum eris in paradiſo.* Nunc *duas lego mirabiles conuerſiones, ſcilicet conuerſionẽ* Pauli, *& conuerſionem latronis, quarum excellentiam ut intelligamus, audiamus cuiuslibet prærogatiuas.* Et *primo dicamus prærogatiuas cõuerſionis* Pauli. Primo

Excellentia cõuerſionis latronis ad dexterã.

Cõuerſionis Pauli, & latronis comparatio.

nanque Paulus peccauit per ignorantiam putans bene-
1. ad Tim. 1. c. facere motus zelo legis. Vnde inquit misericordiã sum
consecutus, quoniam ignorans feci iniquitatem. Secun-
do peccauit indirectè contra CHRISTVM pro-
sequendo membra CHRISTI. Tertio uocatus
fuit de cœlo. Quarto fuit prostratus in terram. Quin-
to fuit lumine excæcatus. Sexto fuit uocatus à CHRI-
STO cum maiestate. Septimo fuit correctus minarũ
Act. 9. a. arduitate. Vnde dicitur in actibus apostolorum. Qui
cum iter faceret ad prosequendam suam persecutio-
nem, subito circunfluxit eum lux de cœlo, & cadens
in terram, apertisq; oculis nihil uidebat. Audiuit au-
tem uocem dicentem. Saule, Saule quid me persequeris?
Cui Saulus. Quis es tu domine. At ille. Ego sum IE-
SVS Nazarenus, quem tu persequeris: durum est
tibi contra stimulum calcitrare. Cui Saulus. Quid me
iubes facere? Quem IESVS misit ad Ananiam
discipulum, à quo fuit baptizatus, & lumen recepit,
fuitque ad tertium cœlum raptus, ubi uidit archana
Dei. Habuistis per hunc textum puncta conuersionis
Pauli: sed priusquam comparemus has duas conuer-
siones adinuicem, primo dicamus puncta conuersionis
sanctißimi latronis. Primo nanque latro peccauit per
malitiam; sciebat enim legem naturæ, etiam si ignoras-
set legem scripture, quòd erat peccatum furto accipere
Deut. 5. c aliena. Vnde scienter contra fecit præcepto DEI di-
centis. Non furtum facias. Hoc enim lex positiua pu-
nit, & ideo fuit crucifixus. Secundo iste latro peccauit
directè contra CHRISTVM, dum in cruce posi-

tus CHRISTVM cũ scribis blasphemauit. Tertio fuit uocatus à CHRISTO de cruce. Quarto sine quacunque specie uiolentiæ fuit uocatus. Quinto tenebrarum dempsitate fuit despositus. Sexto CHRISTVS eidem apparuit in humili humanitate, scilicet in cruce. Septimo non audiuit CHRISTVM cominantem, sed pro peccatoribus depræcantem. Modo adaptemus has duas conuersiones comparando unam alteri. Primo Paulus peccat per ignorantiam, latro uero per malitiam. Cum autem grauius sit peccare per malitiam, quàm per ignorantiam, quia plus participat de uoluntario, & per consequens magis contemnitur DEVS, sic latro grauius peccauit, quàm Paulus: cũ autem uterq; fuerit conuersus à CHRISTO, & in utroq; fulgeat misericordia DEI, in utroque resplẽdeat bonitas DEI, in utroque manifestetur omnipotentia, & eo amplius, quo peccatum remissum fuit grauius, sequitur, quòd conuersio latronis fuerit excellentior cõuersione Pauli, quia in ipsa maior apparet gratia, misericordia, & bonitas DEI cum sua omnipotentia. Secundo Paulus peccauit contra CHRISTVM indirectè, scilicet persequendo membra CHRISTI, idest ecclesiam: latro autem peccauit contra CHRISTVM directè, scilicet in cruce blasphemando CHRISTVM in faciem, & hoc cum latrone ad synistram, & cum impijs existentibus circa crucem. Cum autem sit grauius offendere CHRISTVM directè, quàm indirectè; & cum grauius sit offendere caput: quàm membra; & cum

grauius sit offendere in propria persona, quàm in persona coniuncta, sequitur quòd grauius peccauerit latro blasphemans CHRISTVM, *quàm Paulus persequendo membra. Sed quia ubi abundauit delictum, ibi abundauit & gratia, ideo excellentior fuit conuersio latronis, quàm conuersio Pauli. Tertio Paulus fuit uocatus de cœlo, scilicet à* CHRISTO *iam suscitato, iam super omnes cœlos eleuato, iam ad dexteram patris collocato, iam in corpore glorificato: sed latro fuit uocatus à* CHRISTO *nõ de cœlo, sed de cruce, non à* CHRISTO *suscitato, sed à* CHRISTO *moriente, non à* CHRISTO *super cœlos eleuato, sed à* CRRISTO *super crucem confixo, non à* CHRISTO *ad dexteram patris collocato, sed à* CHRISTO *à* DEO *patre in tormentis derelicto, non à* CHRISTO *glorificato, sed à* CHRISTO *in manibus, & pedibus uulnerato, in toto corpore flagellato, in capite cruentato. Vnde ubi Paulus mouebatur ad conuersionem, scilicet à* CHRISTI *maiestate, latro mouebatur à* CHRISTI *humilitate. Præterea latro poterat credere difficulter, sed Paulus poterat credere faciliter. Vterque igitur credidit, & conuersus fuit celeriter, sed excellentior fuit conuersio latronis, qui uidebat in* CHRISTO *repellentia, quàm conuersio Pauli, qui sentiebat in* CHRISTO *attrahentia. Et quis est ille, qui citius non crederet* CHRISTVM *esse* DEVM, *quẽ uidet in cœlo, quàm qui uidet ipsum in crucis patibulo? Quarto Paulus à* CHRISTO *de cœlo uocatus fuit*

In terram prostratus, & lumine oculorum præ nimio splendore priuatus (nam apertis oculis nihil uidebat) Vnde per quandam quasi uiolentiam fuit conuersus tenebrarum densitate, & prostrantis potestate. Sed latro uisu oculorum non fuit priuatus, neque terribili uoce concussus, nihilque uiolentiæ passus, sed suauiter cõmotus. Vnde uidens in CHRISTO *signa amoris* CHRISTVM *amauit, nihil præter* CHRISTVM *quæsiuit, ad* CHRISTVM *conuersus petiuit esse cũ* CHRSITO *dicens.* Memẽto mei. *dum ueneris in regnum tuum; unde huius conuersio fuit excellentißima.* Quinto Paulus *fuit conuersus* CHRISTI *maiestate, & minarum arduitate, unde audiuit, durum est tibi contra stimulum calcitrare: latro uero uidit* CHRISTVM *in humilitate loquentem, & cum suauitate dicentem.* Pater *ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt.* Non *igitur mirum, si à* CHRISTO *audiuit sublimem responsionem.* Hodie *mecum eris in paradiso.* Nam *si* Paulus *conuersus fuit raptus usque ad tertium cœlum, & uidit diuinam essentiam per modum paßionis trãseuntis. 2. 2. q. 75. Latro autem uidit extra corpus diuinam essentiam per modum habitus permanentis iuxta promißionem à* CHRISTO *factam,* Hodie *mecum eris in paradiso.* Audiuistis *conuersionis excellentiam, modo audite conuersionis perseuerantiam, quæ præcedit omnem aliam cuiuscunque peccatoris conuersi.* Paulus.n. CHRISTVM *non uidit pacientem, non uidit eũ morientem: sed latro, qui uidit dolentem, qui audiuit* Cõuersionis & cõfessionis laironis pseuerãtia.

clamantem, uidit caput inclinantem, & spiritum emittentem, eundemq; credidit morientem, quem crediderat uiuẽtem. Vnde qui habuit donum perseuerantiæ, habuit etiam perseuerantiam: & sic habetis suæ conuersationis excellentiam. O' latro fidelis, ò latro constans, ò latro perseuerãs, CHRISTVM *adorans mortuũ, quem adorasti uiuentẽ. Quid maius uidisti in mortuo, quàm in uiuo, dum moritur in cruce, & uiuit in te, nisi quia in te operatur opera uitæ, qui est uita. Audiant omnes, stupeant omnes. Beneficus fuit* CHRI-

Mar.14.f. STVS, *beneficiati beneficia tacent, latro confitetur, magister, & dominus fuit* CHRISTVS. *Sui & discipuli fugiũt, latro morientem* CHRISTVM

Mar.14.f. *miratur. Ioannes fugit nudus relicta sindone, latro brachijs mentis, & intellectu, & affectu eum ample-*

Mar.14.g *ctitur. Petrus negat, latro constanter affirmat, quòd iu-*

Mat.26.g *stus est, quòd sanctus est, quòd dominus &* DEVS *est, quòd rex est. Vnde inquit in uita. Memẽto mei domine, dum ueneris in regnum tuum: & in morte clamat. O' redemptor Israel, tu es uerè* DEVS *absconditus. Est forte qui dicat. Cur hic latro tantum super alios extollitur, cum Centurio non minorem confeßionem fecerit, ipsum* CHRISTVM *confitendo iustum, confitendo* DEI *filium. Nam inquit iuxta euãgelistam. Verè hic homo iustus erat, uerè filius* DEI *erat homo iste. Verè hic amplè clamauit, sed parũ credidit: dixit enim quòd erat homo iustus, &* DEI *filius, antequàm moriretur, sed non credidit ipsum iustũ,*

Mat.27.g *&* DEI *filium mortuum: latro autem credidit*

CHRISTVM iustum, ac DEI filium in uita, & post mortem, dum nō petit ab ipso paradisum in uita, sed, post mortem. Inquit enim cum uiueret. Memento mei, dum ueneris in regnum tuum, scilicet moriens. Si igitur extollitur tantum super omnes, non est mirū, cum eandem continuauerit fidem post CHRISTI mortem, quam confessus fuerit ante mortem. Quid autem egerit iste sanctißimus latro confitendo fidem, et quod beneficium largitus fuerit mundo, audite. Sæpe audistis, quæ fecerunt apostoli per totum orbē, CHRISTVM prædicando, et ad CHRISTVM totum mundum conuertendo; quod fuit maximum, & inextimabile donum. Sed dilatata fide CHRISTI & eius ecclesia per totum orbem, & refrigerata charitate, obscurata fide, debilitata spe, multiplicatis peccatis, neglecta pœnitētia in iuuētute, in senectute, in sanitate, in infirmitate, morte aggrediēte, uita deficiēte, Dyabolo sollicitante ad contrictionē infelicem. i. ad cōpunctionem de peccatis sine spe remißionis, quia nō restat tempus satisfactionis. Quis iuuat illas animas, ne desperent etiam in ianuis mortis, nisi iste sanctißimus latro, qui est à DEO speculum spei peccatoribus impositum. Quot enim sunt, qui non agunt pœnitentiam, nisi in articulo mortis? Quot sunt, qui & si agunt pœnitentiam in uita, non tamen communicant, nisi in puncto mortis, nec restituūt, nisi in fine, male acquisita? Quot sunt, qui demerguntur? quot qui improuisè occiduntur? quot qui suffocantur? quot qui beneficio linguæ priuantur? quot qui morte repentina puniun-

Vtilitas cōuersionis latronis.

tur? Qui omnes exemplo huius latronis sperantes agunt pœnitentiam in fine uitæ. Ecce quomodo hæc latronis conuersio fuit utilis, propter quam utilitatem dico, quòd fuit eccellentißima conuersio. Est enim conformis DEO *dicenti. In quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor.*

Ezec.18.c

Cōfesionis latronis pseuerātia post Chri mortem.

Habetis igitur latronis conuersionis perseuerantiam cum spei utilitate: nunc autem qualiter perseuerauerit in sua fidei confeßione post mortem CHRISTI *dicamus, & firmo corde sequamur.* CUM CHRISTUS *in cruce inclinato capite emisisset spiritum, omnes officia sua exercuerunt, uirgo* MARIA *cum lachrymis, & eiulatu, cum fletu, & singultibus, cum plātu pio stabat iuxta crucem tanquàm testis ueritatis humanitatis* CHRISTI, *ne quis dubitaret* CHRISTUM *non habuisse uerum corpus, sed cœleste, uel fantasticum.* Vnde *iuxta mores aliarum matrum plorabat.* Aliæ *autem mulieres eam associantes cum ipsa lamentabantur.* Nicodemus *iuit ad* Pylatum, *& petijt corpus eius,* Ioseph *præparauit syndonem, mirrham, & aloes.* Emuli CHRISTI *petierunt custodiri sepulchrum.* Quidam *uero reuertentes* Hierusalem *percutiebant pectora sua.* Longinus *lancea perforauit latus.* Ioannes *scripturus omnia gesta stans intentus uidit, & sic testificatus fuit, quòd exiuit de uulnere sanguis & aqua.* Ministri Pylati *cum instrumentis ferreis fregerunt latronibus crura, ut sic præ nimio dolore citius morirentur.* Sanctißimus *autem latro, & idem fidelis perseuerans,* CHRISTO *mortuo sicut fuit*

Mat.27.g

Ioan.19.g

fidelis

fidelis ante mortem, ictus ferreos patienter tollerans, uoces suæ fidelißimæ confeßionis ad CHRISTVM *emittebat, & quæ de* CHRISTO *sentiebat implicitè, explicitè confitebatur. Quasi quot ictus mortales recipiebat, tot confeßiones faciebat.* Primo igitur *eleuans oculos ad faciem* CHRISTI *ait:* Redem*ptor Israel tu es uerus* DEVS *absconditus in patre cœlesti æternaliter, in matre uirgine temporaliter, in sanctis patribus sempiternaliter, in electis spiritualiter.* Sicut *enim in omnibus electis ueteris, ac noui testamenti* CHRISTVS *fuit creditus, sic spiritualiter fuit absconditus.* Et *sicut in sanctis patribus, scilicet ab* Adam *usque ad* MARIAM *uirginem fuit seminaliter, idest in ipsorum semine absconditus, & sicut in* MARIA *fuit temporaliter, scilicet nouem mensibus absconditus, sic secundum naturam diuinam fuit absconditus æternaliter. Secundo eleuans oculos latro ad faciem* CHRISTI *sic confitetur.* O' *redemptor Israel, tu es uerè* DEVS *absconditus in eucharistiæ uelamine, in mortis uoragine, in monumenti solitudine, & in limbi caligine. Sicut enim est* DEVS *absconditus oculo corporali, dum in sacramento accidentibus panis, & uini circunuelatur, sic uiuentibus dum est secundum animam, & diuinitatem in tenebris limbi absconditus quasi in caligine. Sed sicut fuit solitarius in monumento, in quo nondum quisquam positus fuerat, (unde nec in tali solitudine corporali oculo uideri poterat) sic in cruce deuoratus à morte, corporali abscondebatur oculo: quoniam à latrone uidebatur homo uerè*

Quot ictus latro sustinebat, tot cōfessiones fideles faciebat.

Prima cōfessio.

Secunda cōfessio.

Tertia cõfeſsio. *mortuus, & à latrone credebatur* DEVS. *Tertiò latro eleuans oculos ad crucem* CHRISTI *fideliter confitetur dicens. O redemptor Iſrael, tu es uerè* DEVS *abſconditus, omnium rerum uiſibilium, & inuiſibilium creator, & factor, omnium creaturarum gubernator & rector, omnium hominum ſaluator & redemptor, omnium electorum præmiator & protector. Nam omnes electos protegis in uia gratiæ, qui debent præmiari finaliter in termino gloriæ. Et ſicut es gubernator, & rector omnium creaturarum, ſic tu es factor, & creator omnium rerum uiſibilium & inuiſibilium.* Quarta cõfeſsio. *Quarto latro eleuans oculos ad faciem* CHRISTI *fideliter confitetur dicens. O redemptor Iſrael, tu es uerè* DEVS *abſconditus, miſericors per naturam, & miſerator per longam conſuetudinem, longanimis, diu peccatores ad pœnitentiam expectando, & ualde miſericors neminem à tua miſericordia expellendo. Sicut mater plenis uberibus nunquàm repellit à ſuo pectore famelicum filium, ſic* DEVS *plenus pietate & miſericordia nunquàm repellit à ſe aliquem ad ipſum pro miſericordia accedentem, quinimmo ſicut neminem repellit, ſic quemlibet diu expectat etiam uſque prope mortem, ut expertus fuit iſte latro. Et ſicut es miſericors per naturam ab æterno in ſæculum ſæculi, ſic es per longam conſuetudinem, ſcilicet à principio mundi uſque in finem.* Quinta cõfeſsio. *Quinto latro leuat oculos ad faciem* CHRISTI, *& fideliter confitetur dicens. O redemptor Iſrael, tu es uerè* DEVS *abſconditus, qui omnipotentiam tuam parcendo maximè, & miſerando*

manifestas; qui uiuificas in spiritu, & non uis mortem peccatorum, cui proprium est misereri semper, & parcere, qui culpa offenderis, & pœnitentia placaris. Sicut propriè proprium est homini ratiocinari, igne calefieri, & lumine illuminari: sic proprium est DEO misereri & parcere. Vnde sicut per culpam peccati offenditur, & merito turbatur, ita per pœnitentiam peccantis reconciliatur, unde misericorditer ipsum pœnitentem iustificat, quia non uult mortem peccatoris. Cum autem mortuum per peccatum, iustificando uiuificat, sic suam maximè patefacit omnipotentiam misericorditer parcendo peccatori pœnitenti. Sexto eleuat latro oculos ad faciem CHRISTI, et fideliter confitetur dicens. Sexta cõfessio.
O redemptor Israel, tu es uerè DEVS absconditus, iudex fortis, & patiens, dum punis peccatores impœnitentes, quia misericordiam noluerunt, dum uisitas iniquitates patrum in filios iustè, & misericorditer dum remittis culpam, quod tibi soli licet, dum indulges pœnam, quia hoc te summè decet. Sicut sæuerus delectatur in pœnis aliorum, unde occupat summum crudelitatis gradum, sic clemens, pius, & misericors abhorret pœnam. Et sicut decet quencunque iudicem humanum abhorrere pœnam, ita decet pœnam uel minuere, uel totaliter indulgere. Cum enim DEVS teneat summum pietatis gradum, ideo eum summè decet pœnas indulgere. Sicut ipsi soli licet culpam remittere, sicut est iustus et pius, dum uisitat in filios iniquitates patrum iustè puniendo filios usque in tertiam, & quartam generationem; sic pius & fortis est differendo punitionem usque

ad quartam generationem, & sic est patiens expectando, ita est fortis, & iustus puniendo, quia sic meruerunt.

Septima cōfessio. Septimo latro leuat oculos ad faciem CHRISTI, & fideliter confitetur dicens. O' redemptor Israel. Tu es uerè DEVS absconditus, cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur, sapientia attingens à fine usque ad finem fortiter, & disponens omnia suauiter, Qui non permittis malum, nisi propter bonum. Qui non sinis aliquod malum impunitum, nec aliquod bonum irremuneratum. Hæc est fidelis confeßio, quæ clamat DEVM esse summam prouidentiam omnium uniuersalium, & omnium particularium usque ad minima. Hæc est fidelis confeßio, quæ clamat ad DEVM esse prouidentiam iustam, & prudentißimum gubernatorem, quoniam prudenter permittit paruum malum propter maius bonum. Hæc est fidelis confeßio, quæ clamat DEVM in sui prouidentia inuincibilem, unde inquit ecclesia. DEVS, cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur. Hæc est fidelis confeßio, quæ clamat DEVM sapientem, quæ sua sapientia dat unicuique rei formam intrinsecam, per quam naturaliter mouetur sine uiolentia in suum finem, unde inquit. Tu es sapientia attingens à fine usque ad finem, disponens omnia suauiter.

Octaua cōfessio. Octauo latro leuat oculos in faciem CHRISTI dicens. O' redemptor Israel, tu es uerè DEVS absconditus, qui electos tuos prædestinasti, & quos prædestinasti, hos & uocasti, & quos uocasti, hos tu iustificasti, & quos iustificasti, illos magnificasti. (Ad Rom. 8, f) Cum enim prædestinatio sit actiuè, & æternaliter in

DEO prædestinante, sic suos eligit: & cum prædestinatio paßiuè sit in prædestinato, quos eligit & seggregat à reprobis, illos prædestinat, idest dat gratiam prædestinationis. Quos autem hac gratia prædestinat, hos ad se uocat, scilicet effectualiter. Quos uero effectualiter uocat, hos iustificat à peccatis finaliter. Quos autem iustificat finaliter, illos magnificat in charitate, qua in tantum DEVM diligunt, quòd ab ipso finaliter non seperantur. Vnde semper redemptor est in illis DEVS uerè absconditus. Nono latro leuat oculos ad faciem CHRISTI, dicens. Redemptor Israel, tu es uerè DEVS absconditus, qui diligis omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti dißimulans peccata hominum propter pœnitentiam. Qui dedisti Petro apostolo claues cœlestis regni ligandi, atque soluendi, cum lege dimittendi non solum septies, sed usque septuagies septies. Sicut DEVS conseruat omnia in suo esse, sic diligit omnia, quæ sunt. Sic autem diligit, quòd non odit, scilicet dum res ab eo factas non adnichilat, redigens in non esse: & sicut hoc facit in esse naturale, sic etiam facit in esse spirituale. Cum enim quis peccat, cadit ab esse spirituali, scilicet gratiæ, ad quòd esse spirituale potest reddire per gratiam ex parte DEI, & per pœnitentiam ex parte peccantis. Quod quidem facit DEVS, dum dißimulat peccata hominum propter pœnitentiam, scilicet quàm à peccatore expectat. Vt autem appareat, quòd sic diligat homines peccatores ad esse gratiæ per pœnitentiam dimisit Petro claues ligandi, & absoluendi. Et ne alicui præcludatur

Nona confesio.

uia ad hoc esse gratiæ perueniendi per pœnitentiam non solum uult, Petrum parcere pœnitenti septies, sed & usque septuagies septies, idest toties, quoties peccauerit, & pœnituerit. Decimo latro leuat oculos ad faciem CHRISTI, dicens. Redemptor Israel, tu es uere DEVS absconditus, ueritas infallibilis, charitas inextinguibilis, bonitas incontaminabilis, potestas insuperabilis. Si quis cum latrone uidisset CHRISTVM in cruce mortuum, quomodo putasset, quomodo credidisset eum esse potestatem insuperabilem, cum superetur à morte, & à ministris mortis? Quomodo credidisset eum esse bonitatem incontaminabilem, cum accusaretur, & tanquàm reus iudicaretur? Quis credidisset CHRISTVM habere charitatem inextinguibilem in tot iniurijs contra eum illatis? Quis eum credidisset ueridicum, & ueritatem infallibilem, dum annunciaret resurrectionem suam, suorumq; electorum, & in cruce mortuum pendere? Hæc enim sunt adeò adinuicem contraria, quòd quicquid diuinitatis creditur, id totum latens dicitur, nec nisi cum latrone credens CHRISTVM DEVM absconditum confitetur. Vndecimo latro respicit in faciem CHRISTI dicens. Redemptor Israel. Tu es uere DEVS absconditus, qui pepercisti decies populo tuo in deserto propter Moysi charitatem, qui pepercisti principibus populi tui tuo præcepto suspendendis in ligno propter finem zelantem, qui præseruasti ciuitatem Hyerusalem à peste propter Dauid humilitatem, qui non delesti populum tuum pro suis peccatis delendum propter Abraham,

Decima cõfessio.

Vndecima confessio.

Isac, & Iacob promissionis ueritatem. Cum enim populus peccaret contra DEVM in deserto, Moyses, qui diligebat populum propter DEVM, intrabat tabernaculum, & orando placabat DEVM, & hoc fecit decies, in tantum autem ardebat charitate, quòd cum DEVS temptando mandaret, quòd pro populo non oraret, dicebat ipse Moyses DEO. Aut parce populo isti, aut dele me de libro tuo, in quo me scripsisti. Cum autem Moyses figuraret CHRISTVM placaturum DEVM sua oratione, & acceptando deleri de libro uitæ quantum ad famam per infamiam, & quantum ad mortem corporalem, quā acceptauit ad DEVM placandum. Sicut in Moyse fuit figuratus, sic in eo fuit absconditus. Cum uero propter peccatum commissum per principes populi cum Madianitis DEVS mandasset, quòd ipsi principes suspenderentur in ligno contra solem, Finees filius Eleazari filij Aaron uidens unū principem coeuntem cum una illarum zelo DEI commotus utrunque interfecit. Ob quem zelum DEVS fuit placatus, & pepercit cæteris. Et hic Finees DEI zelator figurabat CHRISTVM, quem iuxta psa. Zelus domus tuæ comedit, sed neminem occidit, quinimmo ab alijs fuit occisus. Vnde in ipso Finee tanquàm in uelamine figuræ fuit redemptor DEVS absconditus. Cumque DEVS misisset pestem supra regnum Israel, & magna multitudine per angelum interfecta, Dauid uidens angelum uenientem contra Hyerusalem clamauit humiliter dicens. Ego sum, qui peccaui, isti oues sunt, quid fecerunt? Vnde propter hanc humilitatem

Exo, 32, g

Psal, 68, b

lium, ut Iudæi quidam fidem diuidunt credentes unum DEVM creatorem bonorum, & unum creatorem malorum. Quidam diuidunt fidem credentes CHRISTVM uerum DEVM, sed non credentes ipsum uerum hominem. Quidam fidem diuidunt credentes spiritum procedere à patre, & non à filio. Qui autem sunt sic fidem diuidentes? dico esse hæreticos, de quibus inquit Federicus Imperator in constitutionibus per eum factis ad inquisitores, ubi ait. Inconsutilem DEI nostri disuere conantur hæretici, quam diuidere noluerunt milites Pilati. Nolētes autem fideles apostoli, & martyres has fidei diuisiones tanquàm testes fidelißimi non solum testificati sunt uerbis prædicando, ac signis miracula faciendo, sed etiam testificati sunt sanguine, membris, & uita, et sic habemus tertios martyres, qui fidem noluerunt diuidere. Quarti martyres testificantes sunt in fide CHRISTI stabiles nolentes fidem minuere. Vt poßimus melius declarare diminutionem fidei, oportet nos primo ostendere fidei magnitudinem & maioritatem. Maioritas autem fidei potest considerari quatuor modis. Primo formaliter, & obiectiuè, et sic obiectum fidei est ueritas prima secundum quòd manifestatur in scripturis sacris, & doctorina ecclesiæ, & isto primo modo non est maior fides in uno, quàm in alio sed est in omnibus una, scilicet eiusdem speciei. 2. 2. q. 5. arti. 3. & . 4. in. R. Secundo consideratur fides materialiter & extensiuè, scilicet quantum ad credibilia explicitè. Et sicut maior est fides credentis explicitè credenda, quàm fides credentis tantum

Quarta spēs martyrum pro Christo testificantiū.

Maioritas fidei quatuor modis cōsideratur.

tantum implicitè, & ita maior est fides credentis explicitè decem credenda actu, uel habitu, quam fides illius, qui non credit, nisi quinque. Tertio consideratur fides subiectiuè, & radicaliter, scilicet prout est in intellectu firmius & certius in uno, quam in alio. Quarto consideratur fides imperatiuè, scilicet prout est in uoluntate cum maiori, uel minori promptitudine, et feruore uoluntatis imperantis intellectui, et captiuantis intellectum ad credenda sine formidine cogitando ea. q. art. 4. Modo sic declarata fidei maioritate, facilius declarabitur fidei diminutio. Vnde fides diminuitur sex modis. Primo obiectiuè, ut cum homo habet obiectum formale fidei, scilicet ueritatem primam manifestatam in scripturis secundum doctrinam ecclesiæ, & hoc obiectum perdit & mutat in obiectum falsitatis, scilicet conuertendo se ad idola, & credendo creaturam esse creatorem, & opus propriarum manuum esse suum opificem, & hoc modo diminuta fuit fides Iudæorum adorantium in deserto uitulum aureum: & similiter diminuta fuit in eisdem decies tempore iudicum, ut patet in libro Iudicum quasi per totum. Consimili modo diminuta fuit in Salomone, quando adorauit idola, et tempore Regum in populo Israel, & in populo Iuda, ut patet in quatuor libris Regum quasi per totum. Secundo minuitur materialiter et extensiuè, dum scilicet homo credit explicitè duodecim credenda, & per hæreticos peruertitur, et discredit unum, uel plura, ut patet discurrendo omnes hæreses incipiendo à principio ecclesiæ usque in præsentem diem. Fides talium credentium omnia credendo, & discreden-

Fides diminuitur sex modis.

clamantem, uidit caput inclinantem, & spiritum emittentem, eundemq; credidit morientem, quem crediderat uiuētem. Vnde qui habuit donum perseuerantiæ, habuit etiam perseuerantiam: & sic habetis suæ conuersationis excellentiam. O' latro fidelis, ò latro constans, ò latro perseuerãs, CHRISTVM adorans mortuū, quem adorasti uiuentē. Quid maius uidisti in mortuo, quàm in uiuo, dum moritur in cruce, & uiuit in te, nisi quia in te operatur opera uitæ, qui est uita. Audiant omnes, stupeant omnes. Beneficus fuit CHRI-

Mar.14.f. STVS, beneficiati beneficia tacent, latro confitetur magister, & dominus fuit CHRISTVS. Sui & discipuli fugiūt, latro morientem CHRISTVM

Mar.14.f. miratur. Ioannes fugit nudus relicta sindone, latro brachijs mentis, & intellectu, & affectu eum ample-

Mar.14.g. ctitur. Petrus negat, latro constanter affirmat, quòd iu-

Mat.26.g stus est, quòd sanctus est, quòd dominus & DEVS est, quòd rex est. Vnde inquit in uita. Memēto mei domine, dum ueneris in regnum tuum: & in morte clamat. O' redemptor Israel, tu es uerè DEVS absconditus. Est forte qui dicat. Cur hic latro tantum super alios extollitur, cum Centurio non minorem confeßionem fecerit, ipsum CHRISTVM confitendo iustum, confitendo DEI filium. Nam inquit iuxta euãgelistam. Verè hic homo iustus erat, uerè filius DEI erat homo iste. Verè hic amplè clamauit, sed parū credidit: dixit enim quòd erat homo iustus, & DEI filius, antequàm moriretur, sed non credidit ipsum iustū,

Mat.27.g & DEI filium mortuum: latro autem credidit

CHRISTVM *iustum, ac* DEI *filium in uita, & post mortem, dum nō petit ab ipso paradisum in uita, sed, post mortem. Inquit enim cum uiueret. Memento mei, dum ueneris in regnum tuum, scilicet moriens. Si igitur extollitur tantum super omnes, non est mirū, cum eandem continuauerit fidem post* CHRISTI *mortem, quam confessus fuerit ante mortem. Quid autem egerit iste sanctißimus latro confitendo fidem, et quod beneficium largitus fuerit mundo, audite. Sæpe audistis, quæ fecerunt apostoli per totum orbē,* CHRISTVM *prædicando, et ad* CHRISTVM *totum mundum conuertendo, quod fuit maximum, & inextimabile donum. Sed dilatata fide* CHRISTI *& eius ecclesia per totum orbem, & refrigerata charitate, obscurata fide, debilitata spe, multiplicatis peccatis, neglecta pœnitētia in iuuētute, in senectute, in sanitate, in infirmitate, morte aggrediēte, uita deficiēte, Dyabolo sollicitante ad contrictionē infelicem. i. ad cōpunctionem de peccatis sine spe remißionis, quia nō restat tempus satisfactionis. Quis iuuat illas animas, ne desperent etiam in ianuis mortis, nisi iste sanctißimus latro, qui est à* DEO *speculum spei peccatoribus impositum. Quot enim sunt, qui non agunt pœnitentiam, nisi in articulo mortis? Quot sunt, qui & si agunt pœnitentiam in uita, non tamen communicant, nisi in puncto mortis, nec restituūt, nisi in fine, male acquisita? Quot sunt, qui demerguntur? quot qui improvisè occiduntur? quot qui suffocantur? quot qui beneficio linguæ priuantur? quot qui morte repentina puniun-*

Vtilitas conuersionis latronis.

tur? Qui omnes exemplo huius latronis sperantes agunt pœnitentiam in fine uitæ. Ecce quomodo hæc latronis conuersio fuit utilis, propter quam utilitatem dico, quòd fuit eccellentißima conuersio. Est enim conformis DEO *dicenti.* Ezec.18.e *In quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor.*

Cõfesio-nis latro-nis pseue-rãtia post Chri mortem.

Habetis igitur latronis conuersionis perseuerantiam cum spei utilitate: nunc autem qualiter perseuerauerit in sua fidei confeßione post mortem CHRISTI *dicamus, & firmo corde sequamur. Cum* CHRISTVS *in cruce inclinato capite emisisset spiritum, omnes officia sua exercuerunt, uirgo* MARIA *cum lachrymis, & eiulatu, cum fletu, & singultibus, cum plãtu pio stabat iuxta crucem tanquàm testis ueritatis humanitatis* CHRISTI, *ne quis dubitaret* CHRISTVM *non habuisse uerum corpus, sed cœleste, uel fantasticum. Vnde iuxta mores aliarum matrum plorabat. Aliæ autem mulieres eam associantes cum ipsa lamentabantur. Nicodemus iuit ad Pylatum, & petijt corpus eius, Ioseph præparauit syndonem, mirrham,* Mat.27.g *& aloes. Emuli* CHRISTI *petierunt custodiri sepulchrum. Quidam uero reuertentes Hierusalem percutiebant pectora sua. Longinus lancea perforauit latus.* Ioan.19.g *Ioannes scripturus omnia gesta stans intentus uidit, & sic testificatus fuit, quòd exiuit de uulnere sanguis & aqua. Ministri Pylati cum instrumentis ferreis fregerunt latronibus crura, ut sic præ nimia dolore citius morirentur. Sanctißimus autem latro, & idem fidelis perseuerans,* CHRISTO *mortuo sicut fuit*

fidelis ante mortem; ictus ferreos patienter tollerans, uoces suæ fidelißimæ confeßionis ad CHRISTVM emittebat, & quæ de CHRISTO sentiebat implicitè, explicitè confitebatur. Quasi quot ictus mortales recipiebat, tot confeßiones faciebat. Primo igitur eleuans oculos ad faciem CHRISTI ait. Redemptor Israel tu es uerus DEVS absconditus in patre cœlesti æternaliter, in matre uirgine temporaliter, in sanctis patribus sempiternaliter, in electis spiritualiter. Sicut enim in omnibus electis ueteris, ac noui testamenti CHRISTVS fuit creditus, sic spiritualiter fuit absconditus. Et sicut in sanctis patribus, scilicet ab Adam usque ad MARIAM uirginem fuit seminaliter, idest in ipsorum semine absconditus, & sicut in MARIA fuit temporaliter, scilicet nouem mensibus absconditus, sic secundum naturam diuinam fuit absconditus æternaliter. Secundo eleuans oculos latro ad faciem CHRISTI sic confitetur. O redemptor Israel, tu es uerè DEVS absconditus in eucharistiæ uelamine, in mortis uoragine, in monumenti solitudine, & in limbi caligine. Sicut enim est DEVS absconditus oculo corporali, dum in sacramento accidentibus panis, & uini circunuelatur, sic uiuentibus dum est secundum animam, & diuinitatem in tenebris limbi absconditus quasi in caligine. Sed sicut fuit solitarius in monumento, in quo nondum quisquam positus fuerat, (unde nec in tali solitudine corporali oculo uideri poterat) sic in cruce deuoratus à morte, corporali abscondebatur oculo: quoniam à latrone uidebatur homo uerè

Quot ictus latro substinebat, tot cōfeßiones fideles faciebat.

Prima cōfeßio.

Secunda cōfeßio.

Tertia cõfessio. *mortuus, & à latrone credebatur* DEVS. *Tertiò latro eleuans oculos ad crucem* CHRISTI *fideliter confitetur dicens. O' redemptor Israel, tu es uerè* DEVS *absconditus, omnium rerum uisibilium, & inuisibilium creator, & factor, omnium creaturarum gubernator & rector, omnium hominum saluator & redemptor, omnium electorum præmiator & protector. Nam omnes electos protegis in uia gratiæ, qui debent præmiari finaliter in termino gloriæ. Et sicut es gubernator, & rector omnium creaturarum, sic tu es factor, & creator omnium rerum uisibilium & inuisibilium.*

Quarta cõfessio. *Quarto latro eleuans oculos ad faciem* CHRISTI *fideliter confitetur dicens. O' redemptor Israel, tu es uerè* DEVS *absconditus, misericors per naturam, & miserator per longam consuetudinem, longanimis, diu peccatores ad pœnitentiam expectando, & ualde misericors neminem à tua misericordia expellendo. Sicut mater plenis uberibus nunquàm repellit à suo pectore famelicum filium, sic* DEVS *plenus pietate & misericordia nunquàm repellit à se aliquem ad ipsum pro misericordia accedentem, quinimmo sicut neminem repellit, sic quemlibet diu expectat etiam usque prope mortem, ut expertus fuit iste latro. Et sicut es misericors per naturam ab æterno in sæculum sæculi, sic es per longam consuetudinem, scilicet à principio mundi usque in finem.*

Quinta cõfessio. *Quinto latro leuat oculos ad faciem* CHRISTI, *& fideliter confitetur dicens. O' redemptor Israel, tu es uerè* DEVS *absconditus, qui omnipotentiam tuam parcendo maximè, & miserando*

manifestas; qui uiuificas in spiritu, & non uis mortem peccatorum, cui proprium est misereri semper, & parcere, qui culpa offenderis, & pœnitentia placaris. Sicut propriè proprium est homini ratiocinari, igne calefieri, & lumine illuminari: sic proprium est DEO misereri & parcere. Unde sicut per culpam peccati offenditur, & merito turbatur, ita per pœnitentiam peccantis reconciliatur, unde misericorditer ipsum pœnitentem iustificat, quia non uult mortem peccatoris. Cum autem mortuum per peccatum, iustificando uiuificat, sic suam maximè patefacit omnipotentiam misericorditer parcendo peccatori pœnitenti. Sexto eleuat latro oculos ad faciem CHRISTI, et fideliter confitetur dicens. Sexta cõfessio. O redemptor Israel, tu es uerè DEUS absconditus, iudex fortis, & patiens, dum punis peccatores impœnitentes, quia misericordiam noluerunt, dum uisitas iniquitates patrum in filios iustè, & misericorditer dum remittis culpam, quod tibi soli licet, dum indulges pœnam, quia hoc te summè decet. Sicut sæuerus delectatur in pœnis aliorum, unde occupat summum crudelitatis gradum, sic clemens, pius, & misericors abhorret pœnam. Et sicut decet quencunque iudicem humanum abhorrere pœnam, ita decet pœnam uel minuere, uel totaliter indulgere. Cum enim DEUS teneat summum pietatis gradum, ideo eum summè decet pœnas indulgere. Sicut ipsi soli licet culpam remittere, sicut est iustus et pius, dum uisitat in filios iniquitates patrum iustè puniendo filios usque in tertiam, & quartam generationem; sic pius & fortis est differendo punitionem usque

ad quartam generationem, & sic est patiens expectando, ita est fortis, & iustus puniendo, quia sic meruerunt.

Septima cōfessio.

Septimo latro leuat oculos ad faciem CHRISTI, *& fideliter confitetur dicens. O' redemptor Israel. Tu es uerè* DEVS *absconditus, cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur, sapientia attingens à fine usque ad finem fortiter, & disponens omnia suauiter, Qui non permittis malum, nisi propter bonum. Qui non sinis aliquod malum impunitum, nec aliquod bonum irremuneratum. Hæc est fidelis confeßio, quæ clamat* DEVM *esse summam prouidentiam omnium uniuersalium, & omnium particularium usque ad minima. Hæc est fidelis confeßio, quæ clamat ad* DEVM *esse prouidentiam iustam, & prudentißimum gubernatorem, quoniam prudenter permittit paruum malum propter maius bonum. Hæc est fidelis confeßio, quæ clamat* DEVM *in sui prouidentia inuincibilem, unde inquit ecclesia.* DEVS, *cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur. Hæc est fidelis confeßio, quæ clamat* DEVM *sapientem, quæ sua sapientia dat unicuique rei formam intrinsecam, per quam naturaliter mouetur sine uiolentia in suum finem, unde inquit. Tu es sapientia attingens à fine usque ad finem, disponens omnia suauiter.*

Octaua cōfessio.

Octauo latro leuat oculos in faciem CHRISTI *dicens. O' redemptor Israel, tu es uerè* DEVS *absconditus, qui electos tuos prædestinasti, &*

Ad Rom. 8, f

quos prædestinasti, hos & uocasti, & quos uocasti, hos tu iustificasti, & quos iustificasti, illos magnificasti. Cum enim prædestinatio sit actiuè, & æternaliter in

DEO prædestinante, sic suos eligit: & cum prædestinatio paßiuè sit in prædestinato, quos eligit & seggregat à reprobis, illos prædestinat, idest dat gratiam prædestinationis. Quos autem hac gratia prædestinat, hos ad se uocat, scilicet effectualiter. Quos uero effectualiter uocat, hos iustificat à peccatis finaliter. Quos autem iustificat finaliter, illos magnificat in charitate, qua in tantum DEVM diligunt, quòd ab ipso finaliter non seperantur. Vnde semper redemptor est in illis DEVS uerè absconditus. Nono latro leuat oculos ad faciem CHRISTI, dicens. Redemptor Israel, tu es uerè DEVS absconditus, qui diligis omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti dißimulans peccata hominum propter pœnitentiam. Qui dedisti Petro apostolo claues cœlestis regni ligandi, atque soluendi, cum lege dimittendi non solum septies, sed usque septuagies septies. Sicut DEVS conseruat omnia in suo esse, sic diligit omnia, quæ sunt. Sic autem diligit, quòd non odit, scilicet dum res ab eo factas non adnichilat, redigens in non esse: & sicut hoc facit in esse naturale, sic etiam facit in esse spirituale. Cum enim quis peccat, cadit ab esse spirituali, scilicet gratiæ, ad quod esse spirituale potest reddire per gratiam ex parte DEI, & per pœnitentiam ex parte peccantis. Quod quidem facit DEVS, dum dißimulat peccata hominum propter pœnitentiam, scilicet quàm à peccatore expectat. Vt autem appareat, quòd sic diligat homines peccatores ad esse gratiæ per pœnitentiam dimisit Petro claues ligandi, & absoluendi. Et ne alicui præcludatur

Nona confessio.

uia ad hoc esse gratiæ perueniendi per pœnitentiam non solum uult, Petrum parcere pœnitenti septies, sed & usque septuagies septies, idest toties, quoties peccauerit, & pœnituerit. Decimo *latro leuat oculos ad faciem* CHRISTI, *dicens.* R*edemptor* I*srael, tu es uerè* DEVS *absconditus, ueritas infallibilis, charitas inextinguibilis, bonitas incontaminabilis, potestas insuperabilis. Si quis cum latrone uidisset* CHRISTVM *in cruce mortuum, quomodo putasset, quomodo credidisset eum esse potestatem insuperabilem, cum superetur à morte, & à ministris mortis? Quomodo credidisset eum esse bonitatem incontaminabilem, cum accusaretur, & tanquàm reus iudicaretur? Quis credidisset* CHRISTVM *habere charitatem inextinguibilem in tot iniurijs contra eum illatis? Quis eum credidisset ueridicum, & ueritatem infallibilem, dum annunciaret resurrectionem suam, suorumq; electorum, & in cruce mortuum pendere? Hæc enim sunt adeò adinuicem contraria, quòd quicquid diuinitatis creditur, id totum latens dicitur, nec nisi cum latrone credens* CHRISTVM DEVM *absconditum confitetur.* Vnde*cimo latro respicit in faciem* CHRISTI *dicens.* R*edemptor* I*srael. Tu es uerè* DEVS *absconditus, qui pepercisti decies populo tuo in deserto propter Moysi charitatem, qui pepercisti principibus populi tui tuo præcepto suspendendis in ligno propter finem zelantem, qui præseruasti ciuitatem* H*yerusalem à peste propter* D*auid humilitatem, qui non delesti populum tuum pro suis peccatis delendum propter Abraham,*

Decima cõfessio.

Vndecima confessio.

Isac, & Iacob promißionis ueritatem. Cum enim populus peccaret contra DEVM in deserto, Moyses, qui diligebat populum propter DEVM, intrabat tabernaculum, & orando placabat DEVM, & hoc fecit decies, in tantum autem ardebat charitate, quòd cum DEVS temptando mandaret, quòd pro populo non oraret, dicebat ipse Moyses DEO. Aut parce populo isti, aut dele me de libro tuo, in quo me scripsisti. Cum autem Moyses figuraret CHRISTVM placaturum DEVM sua oratione, & acceptando deleri de libro uitæ quantum ad famam per infamiam, & quantum ad mortem corporalem, quã acceptauit ad DEVM placandum. Sicut in Moyse fuit figuratus, sic in eo fuit absconditus. Cum uero propter peccatum commißum per principes populi cum Madianitis DEVS mandasset, quòd ipsi principes suspenderentur in ligno contra solem, Finees filius Eleazari filij Aaron uidens unũ principem coeuntem cum una illarum zelo DEI commotus utrunque interfecit. Ob quem zelum DEVS fuit placatus, & pepercit cæteris. Et hic Finees DEI zelator figurabat CHRISTVM, quem iuxta psa. Zelus domus tuæ comedit, sed neminem occidit, quinimmo ab alijs fuit occisus. Vnde in ipso Finee tanquàm in uelamine figuræ fuit redemptor DEVS absconditus. Cumque DEVS misisset pestem supra regnum Israel, & magna multitudine per angelum interfecta, Dauid uidens angelum uenientem contra Hyerusalem clamauit humiliter dicens. Ego sum, qui peccaui, isti oues sunt, quid fecerunt? Vnde propter hanc humilitatem

Exo, 32.g

Psal. 68.b

DEVS pepercit ciuitati. Dauid figurabat CHRISTVM, qui cum Dauid humiliter in se suscepit iniquitates hominum, & pro omnibus uoluit mori, ut natura, quæ peccauerat, in ipso puniretur. Ergo CHRISTVS redemptor Israel fuit DEVS uerè absconditus in Dauid uelamine palliatus: Cum denique uellent prophetæ placare DEVM minantem delere populum, præponebant promissionem factam Abrahæ, Isaac, & Iacob de multiplicatione populi, & de incarnatione filij DEI; qui filius DEI incarnatus, idest CHRISTVS dum esset in semine Abrahæ, & secundo in semine Isaac, & tertio in semine Iacob, & ultimo in utero uirginis gloriosæ, iam apparente ueritate promissionis possumus cum latrone dicere. Redemptor Israel; tu es uerè DEVS absconditus. Duodecimo latro leuat oculos in faciem CHRISTI dicens. Redemptor Israel tu es uerè DEVS absconditus, DEVS suauis & mitis; DEVS multæ miserationis omnibus inuocantibus te. DEVS cuius miserationes super omnia opera tua, DEVS iustus & rectus absque ulla iniquitate; DEVS cuius omnes uiæ sunt ueritas, & misericordia. Sic DEVS est in uia misericordiæ iustus, sicut in uia ueritatis, idest iustitiæ est misericors. Vnde non immerito est iustus, & rectus; & per consequens est DEVS absque ulla iniquitate: nihilominus miserationes eius dicuntur super omnia opera eius, quia ex nostro defectu plus manifestantur miserationes, quàm iustitiæ. Vnde quia in nobis sunt multæ miseriæ, & in eo sunt perfectiones bonita-

Duodecima confessio.

tis infinitæ, quæ nostras remouent miserias, ideo dicitur multæ miserationis, quia est mitis, nec ira, nec furore superatur. Tertiodecimo latro leuat oculos ad faciem CHRISTI, dicens. Redemptor Israel, tu es uerè DEVS absconditus, qui aures tuæ clementiæ nulli unquã clausisti, qui oculos tuæ prouidentiæ continuò apertos tenuisti, qui faciẽ tuæ misericordiæ omnibus ostendisti, qui uultum tuæ iustitiæ nulli unquã clausisti. Est actus clementiæ à reo, & condemnato remouere partẽ pœnarũ. Vnde in ueteri lege flagellandis de iure, & uigore iustitiæ dabantur. 40. percußiones, et una per clementiã subtrahebatur, sicut factum fuit Paulo, qui unam minus quadraginta pro CHRISTO accepit. Sed quia DEVS semper punit citra condignum etiam in inferno, sic aures suæ clementiæ nulli unquàm clausit, & ita etiam oculos suæ prouidentiæ sine aliqua uicißitudine apertos continuo tenuit, unde oculis nostris clausis dormire poßimus, quia tenet suos continuè apertos: & sicut faciem misericordiæ omnibus peccatoribus ostendit, ita uultum iustitiæ nulli iniustitiam pacienti abscõdit. Quartodecimo latro leuat oculos ad faciem CHRISTI dicens, Redemptor Israel, tu es uerus DEVS absconditus, qui ad Abel, & ad munera eius respexisti, qui Noe & familiam suam in diluuio non demersisti, qui Abraham, Isaac, & Iacob peregrinantes non dereliquisti, qui populũ tuum commitante angelo, & facie tuæ diuinitatis præcesisti. Fuit CHRISTVS absconditus in Abel, quem frater occidit, dum populus Iudæorum CHRISTVM ad crucem condemna-

Tertiadecima confessio.

Decima quarta cõfessio.

uit, cuius sacrificium acceptum DEO *fuit pro totius humani generis redemptione.* Fuit CHRISTVS *absconditus in* Noe, *quoniam sicut ille fabricauit arcam in qua tempore diluuij saluauit genus humanum cunctis introeuntibus per fenestram : sic* CHRISTVS *formauit ecclesiam, in quam omnes intrant per fenestram, idest per* CHRISTI *uulnus, & intrantes à diluuio peccatorum saluantur.* Fuit CRHISTVS *absconditus in tribus patribus scilicet* Abraham, Isaac, & Iacob, *quoniam sicut illi fuerunt peregrini, & in periculis à* DEO *custoditi, sic* CHRISTVS, *in quo tria fuerunt, scilicet diuinitas, anima, & corpus, in hac uita fuit peregrinus, eo per psalmistam dicente.* Ne sileas, *quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei.* A *patre autem fuit bene custoditus, & non derelictus, eo dicente per* Ioannem. *Qui misit me, mecum est, & non reliquit me solum.* Fuit CHRISTVS *absconditus in populo ad terram promissionis pergente, quem* DEVS *facie suæ diuinitatis præcedebat, scilicet per miracula, quæ in ipsis, & per ipsos faciebat. Cum autem* DEVS *populum electum dirigeret ad promissam cœlestem patriam, hunc* CHRISTVS *præcedebat facie diuinitatis, idest faciendo miracula, quæ miracula operabatur pater in* CHRISTO *suo filio, cum in filio* DEVS *esset absconditus.* Quinto-*decimo latro leuat oculos ad faciem* CHRISTI *dicens.* Redemptor Israel, *tu es uere* DEVS *absconditus, qui populo tuo famulum tuum* Moysem *princi-*

Psal. 38. b.

Ioan. 8. d.

Decima quinta cõfessio.

pem præfecisti, eique legem dedisti, sibiq; facie ad faciem locutus fuisti, eumque in cunctis uijs custodisti. Moyses eximius prophetarū uidit CHRISTVM DEVM absconditum incarnandum, & hoc dum scripsit illud Adæ ad Euam. Caro de carne mea, & os de oßibus meis, propter hoc relinquet homo patrē, et matrem, & adhærebit uxori suæ, in quo uerbo sic Adam præuidit filium DEI incarnandum, sic & ipsum uidit incarnandum Moyses, & per consequens absconditum in figura Adæ, & Euæ uidit CHRISTVM passurum, quando uidit rubrum incombustum flamma ignea ardentem. In quo rubro DEVS locutus fuit illi, & sic fuit DEVS absconditus. Vidit CHRISTVM DEVM absconditum & ecclesiam de suo latere, quando soporatus cum esset, DEVS de costa eius extraxit Euam. Vidit CHRISTVM DEVM absconditum in cruce eleuandum, quando serpentem æneum in altum eleuauit. Vidit CHRISTVM DEVM absconditum, & in humana carne glorificandum, quando facie ad faciem cum DEO loquens resplenduit facies eius. Merito igitur DEVS ipsum populo præfecit, & legem dedit, ipsumq; in cunctis uijs custodiuit, quia CHRISTVM in ipso absconditum figurauit. Sextodecimo latro leuat oculos ad faciem CHRISTI dicēs. Redemptor Israel: tu es uere DEVS absconditus, dum uoluisti omnibus sodomitis propter decem innocentiam parcere, dum ab incendio ignis præseruasti quintam ciuitatem Sodomorum. Segor propter Loth iusti

Num. 21. b.

Decima sexta cō fessio.

Gen. 18. d.
Gen. 19. d

præſentiam, dum ciuitatem magnam Niniuæ ſubuertere noluiſti propter puſillorum ignorantiam, dum nec omnes in diluuio ſubmerſos damnari noluiſti propter carnis concupiſcentiam. Cum in præfactionibus eſſentialibus DEI *non detur prius, & poſterius, nec maius, nec minus. Et cum* DEVS *ſit ita iuſtus, ſicut pius, & tam miſericors, quàm iuſtus. Quomodo igitur poteſt iuſtus abſcondi ſub pietate, & quomodo miſericors ſub miſericordia? Certe in omni opere* DEI *ſimul concurrunt iuſtitia & miſericordia. Sed unum opus dicitur pium, quia magis relucet in eo pietas reſpectu noſtri, quàm iuſtitia, & in alio relucet magis iuſtitia, quàm miſericordia. Sicut enim fuit in figura* DEVS *abſcõditus in Moyſe, quo nullus fuit mitior, dum ſtaret coràm* DEO *ipſum placando: nullus autem ſeuerior ipſo, dum puniuit idolatras adorãtes idolum, & dum puniuit Datam & Abyron ſeditioſos. Sic ergo abſconditus erat* DEVS *pius ſub rigore iuſtitiæ, dum pluebat ignem, & ſulphur ſuper Sodomã, eratq; abſconditus iuſtus ſub pietate, dum uellet propter decem iuſtos omnibus parcere. Erat etiam ut iuſtus*

Gen. 19. c *abſconditus ſub pietate, dum propter Loth præſentiam Segor ab incendio ignis præſeruauit. Similiter fuit* DEVS *iuſtus abſconditus ſub pietate, quando noluit ſubuertere ciuitatem Niniuæ propter puſillorũ ignorantiam. Vnde dixit, quòd in ipſa erant centum millia animæ, quæ non cognoſcebant dexteram à ſyniſtra.*

Genc. 7. & totum. *Conſimiliter abſconditus fuit iuſtus ſub pietate, dum omnes in diluuio ſubmerſos noluit damnari propter*

carnis concupiscentiam. Nam diluuium, quod in una die facere poterat, uoluit piè facere in quadraginta diebus, ut homines haberent tempus, & causam conuersionis, & sic ostendit se pium absconditum, cum ante te dixerit. Non permanebit spiritus meus, idest furor, & uigor iustitiæ, in æternum, idest ad æternam damnationem; quia caro est, idest fragilis propter carnis cõcupiscentiam. Decimo septimo leuat latro oculos ad faciem CHRISTI *dicens. Redemptor Israel. Tu es uerè* DEVS *absconditus, qui præseruasti domos Hæbreorum in Aegypto à peste, & morte repentina per sanguinis agni unctionem. Qui filios Israel à morte per signi thau consignationem. Sanguis agni figurabat sanguinem* CHRISTI *redemptoris Israel, qui uerus* DEVS *erat, dum à morte defendebat, sed erat absconditus, quia in figura. Sed quia signũ thau habet similitudinẽ crucis, figurabat* CHRISTVM *in crucis signo redemptorem, qui uerè erat* DEVS, *sed absconditus, quia sub figura latebat humanitas, & sub humanitate latebat diuinitas. Vnde est uita uiuorum, & resurrectio mortuorum. Ipse uiuificat, & mortificat, deducit ad inferos, & reducit, ipse pauperem facit & ditat, ipse humiliat & sulleuat, ipse suscitat de puluere ægenum, et de stercore eleuat pauperem.*

Decima septima cõfessio.

Eze.9.b.

Decimooctauo latro leuat oculos ad faciem CHRISTI *dicens. Redemptor Israel, tu es uerè* DEVS *absconditus, qui solus laborẽ et dolorẽ cõsideras; qui solus afflictionẽ populi tui uidisti, et solus gemitũ eorũ exaudisti; qui solus paruulos Hæbreorum à morte suscita-*

Decima octaua cõfessio.

sti, & solus populum tuum in afflictione multiplicasti, qui solus diuitijs Aegyptiorum *Hæbreos ditasti, & solus populum à seruitute liberasti; qui solus per diem in columnam nubis protexisti, & solus per noctem in columna ignis direxisti; qui solus per mare rubrum sicco pede transuexisti, & solus inimicos eius demersisti; qui solus populum tuum quadraginta annis cibasti, et solus ab inimicis eripuisti; qui solus trans* Iordanem *traduxisti, & solum in terram promissionis introduxisti.* *Quis enim scit laborem animi, & dolorem mentis, nisi* DEVS? *& hic est absconditus in animo.* Quis, *nisi* DEVS *potuit scire afflictionē omniū de populo, potuit uidere magnitudinem afflictionis, idest anxietatis intrinsecæ omnium de populo, & scire, atque exaudire, nisi* DEVS? *& hic est absconditus ab oculis* Aegyptiorum, *idest idolatrarū.* Et *quis potest paruulos* Hæbreorum *à morte præseruare, ne ab obstetricibus uel suffocarentur, uel in flumine non necarentur? certe solus* DEVS, *& hic est absconditus, quoniam uirtute diuina paruuli multiplicabantur geminantes, &* Aegyptij *ignorabant causam.* Sed *quis diuitijs* Aegyptiorum *ditauit* Hæbreos, *nisi* DEVS, *qui* Aegyptios *inspirauit intrinsecus, ut iocalia mutuarent; & hic solus* Hæbreos *à seruitute liberauit.* Nonne *erat* DEVS *absconditus in columna nubis, dum populum protegebat, & in columna nubis ignis, dum populum dirigebat?* Vtrobique *enim erat* DEVS *latens sub figura.* Sed *quis, nisi* DEVS *diuisit in duas partes mare, unde filij* Israel *ambulauerunt sicco pede, &* Aegyptij

fuerunt submersi. Hic autem DEVS erat absconditus, quia uidebatur effectus, & ignorabatur causa. Sic etiam fuit DEVS absconditus in manna, figura corporis CHRISTI, quando quadraginta annis in deserto pauit populum, eumque eripuit ab inimicis. O quàm absconditus DEVS fuit, quando populum ultra flumen Iordanis conduxit, & in terram promißionis introduxit. Decimonono latro leuat oculos ad faciem CHRISTI dicens Redẽptor Israel, tu es uerè DEVS absconditus, in quo melius est cõfidere, quàm in homine; in quo melius est sperare, quàm sperare in principibus. Tu aquas amaras populo tuo dulcorasti, & populum tuũ de arida petra potasti. In petra erat DEVS absconditus, quia eius diuinitas aquam de petra producebat, & quia petra significabat CHRISTVM DEVM, & hominem, sic in figura DEVS & homo erat absconditus: qui cum aquas amaras dulciorat, ostendebat, quòd secundum suam uirtutem in aquis amaris abscõditus erat. Ergo in homine, qui patens est, non est confidendum, nec in principibus manifestis est sperandum, sed in DEO abscondito. Vigesimo latro leuat oculos ad faciem CHRISTI dicens. Redemptor Israel, tu es uerè DEVS absconditus, dum miraculosè omne, quod est de nihilo, creasti; dum miraculosè naturam humanam & diuinã iu uentre gloriosæ uirginis MARIAE simul copulasti; dum miraculosè substantiam panis, & uini in substantiam tui corporis, & sanguinis transustantiasti dum miraculosè impios iustificasti. Vigesimo primo

Decima nona confeßio.

Vigesima cõfeßio.

Vigesima prima cõfeßio.

leuat latro oculos ad faciem CHRISTI *dicens*. Redemptor *Israel, tu es uerè* DEVS *absconditus, qui miraculosè mortuos suscitasti, qui miraculrsè indoctos doctorasti, qui miraculosè sensus & membra restaurasti, qui miraculosè à quacunque infirmitate*

Vigesima secūda cōfessio.

Psal.21.a.

ægrotos curasti. Vigesimo *secundo latro leuat oculos ad faciem* CHRISTI *dicens*. Redemptor *Israel, tu es uerè* DEVS *absconditus, in quem sperauerūt patres nostri, sperauerunt, & liberasti eos: ad te clamauerunt, & salui facti sunt, in te sperauerunt, & nō*

Vigesima tertia confessio.

sunt confusi. Vigesimo *tertio latro leuat oculos ad faciem* CHRISTI *dicens*. Redemptor *Israel, tu es uerè* DEVS *absconditus, qui me orare uoluisti, qui me orare consuluisti, qui me orare docuisti, qui nihil*

Vigesima quarta cōfessio.

inane unquàm fecisti. Vigesimo *quarto latro leuat oculos ad faciem* CHRISTI *dicens*. Redemptor *Israel, tu es uerè* DEVS *absconditus*. Exaudi *domine, qui exaudiuisti* CHRISTVM *in cruce pro nobis orantem: placare domine, qui placatus fuisti nobis per* CHRISTVM *in cruce pro nobis pacientem*. Attende *domine ad nos, qui attendisti ad* CHRISTVM *in cruce pro nobis clamantem*. Et *fac, quæ petimus domine* DEVS *meus per eundem dominum nostrum* IESVM CHRISTVM *filium tuum pro nobis miseris peccatoribus in cruce expirantem, & super omnes cœlos ascendendo, ad dexteram tuā continuè pro nobis interpellantem*.

Vigesima quinta cōfessio.

Vigesimo *quinto & ultimo latro leuat oculos ad faciem* CHRISTI *dicens*, Redemptor *Israel, tu es uerè* DEVS *absconditus*

qui Cananeam, & publicanum ad pœnitentiam reuocasti; qui Petrum, & Magdalenam lachrymantes acceptasti, qui depræhensam in adulterio à culpa, & pœna absoluisti, qui mihi latroni in cruce tecum pendenti spem dedisti; qui me tecum in paradisum introduxisti. Amen. Cum autem tria sint uexilla ascendentium ad paradisum, scilicet uexillum prælatorum, & hoc portat Petrus ecclesiæ clauiger. Vexillum martyrum, & hoc portat Stephanus. Vexillum peccatorum pœnitentium, & hoc portat latro nudus. Vt autem omnes peccatores firmentur in fide, placuit CHRISTO redemptori, & DEO abscondito, quòd primus uexillifer, scilicet latro esset primus, qui cum suo uexillo intraret paradisum, quem latronem peccatores pœnitentes sequentes hanc orationem dicant.

ORATIO LATRONIS DEVOTA.

DEVS, qui uoluisti à Iudæis reprobari, à Iuda proditoriè tradi, uinculis alligari, & sicut agnus innocens ad uictimam duci, atque conspectibus Annæ, & Herodis indecenter offerri, à falsis testibus accusari, flagellis & obrobrijs uexari, sputis conspui, spinis coronari, colaphis cœdi, clauorum aculeis perforari, in cruce leuari, inter latrones deputari, felle & aceto potari, lancia perforari: tu domine per has sanctißimas pœnas, quas ego indignus recolo, per sanctam crucē libera me à pœnis inferni, et producere digneris me miserum, quo perduxisti latronem tecum crucifixū. Amen. Oratio latronis deuota.

Respōsio cōtra maliuolos obijciētes.

Quidam nescio quomodo dixerit hunc sermonem plenum fictionibus, quoniam inseruntur in eo uerba, quæ non scribunt euangelistæ, nec aliquis doctor ecclesiæ. Cui respondens dico primo, quòd discurrat homiliam Origenis de Cananæa, et inueniet multa, quæ non reperiuntur in euangelio. Discurrat etiam Maximum in sermone de Epiphania, nec negligat legem Augustini de descensu CHRISTI ad limbum, & inueniet unum introducentem stellam loquentem, aliumq; introducentem animas limbi, quæ omnia minime in euangelio reperiuntur. Secundò dico ei, quòd cogitet, quot modis fit locutio, scilicet uoce uocali, ut CHRISTVS ad latronem, & latro ad CHRISTVM prout euangelistæ scribunt. Item insinuatione ut Maria & Martha ad CHRISTVM dicendo domine, quem amas, infirmatur. Et isto modo fuit locutus CHRISTVS, quando inquit scitio. Item signo interpretatiuo, ut mutus, mendicans manum tenens extensam, & apertam. Vnde dicitur mendicans, idest manu dicens. Et hoc modo loquitur CHRISTVS ore uulnerum, & sanguinis effusione. Item ratione, scilicet cum quis introducit aliquem loquentem, & dicentem factum id, quod potest rationabiliter fieri, uel etiam debet fieri. Et hoc modo locutus est CHRISTVS ad latronem, & latro ad CHRISTVM. Si enim latro fuisset à CHRISTO interrogatus de illis uigintiquinque confessionibus, potuisset, & debuisset sic respondendo confiteri. Ille enim qui infundit fidem implicitè, potuit etiam infundere explicitè. 2.2.q.5.ar.4. & q.2.ar.9.

Ioan.2.

Sed cum DEVS infunderit ei fidem formatam charitate, & cum charitas societur omnibus uirtutibus. 1.2. q.65.ar.3. sic poterat operari secundum omnem uirtutem. Cum autem credere, & fidem confiteri implicite, et explicite sit actus uirtutum fidei. 2.2.q.3.ar.1.arg. 3. sic in fide formata charitate potuit, & debuit confiteri fidem ne dum implicite, sed etiam explicite prout DEVS *infundebat, & sic sermo est plenus uirtutibus, & non fictionibus.*

DE CHRISTO FI-
LIO DEI ABSCONDITO PRO
SOLEMNITATE CORPO-
RIS CHRISTI.



LIBER SEXTVS.

Christus Dei filius vere absconditus in triumphis fœliciter.



HIC *uenit tractandum, quomodo* CHRISTVS DEI *filius, & gloriosißimæ uirginis* MARIAE *fuit uere* DEVS *absconditus in triumphis fœliciter, & in paßionibus humiliter. Qualiter* CHRISTVS *in paßionibus fuerit uere* DEVS *absconditus, declaratum fuit supra in præcedenti libro. Qualiter autem fuerit absconditus in triumphis fœliciter, superest dicendum. Vnde dico, quòd sicut paßio ignominiosa occultat fœlicem, sic triumphus occultat pacientem. In paßione latebat diuinitas, in triumpho resurrectionis latet humanitas: quoniam in paßionibus alienis manibus cruentatur, in triumpho resurrectionis à seipso suscitatur. Sicut autem in paßione non per ea, quæ patitur in cruce, cognoscitur* DEVS*, sic in resurre-*

ctione gloriosa, quam habet à seipso, cognoscitur homo. Et sicut ista duo in paßione concurrunt, scilicet deitas, et humanitas, ita in triumpho uictoria mortis, & gloria resurrectionis. Ideo triumphi honor ei debet fieri. Circa quem honorem triumphi nouem sunt declaranda scilicet quis, qualis, qualiter, quantum, quoties, quando, quomodo, quibus. Circa primum uidelicet, quis, scilicet ille est, qui honore triumphali honorari debet: & dico, quòd est CHRISTVS DEI, & gloriosißimæ uirginis MARIAE filius, lignum uitæ uitam fructificans, in quo omnes debent uiuificari: fons uitæ uitam emanans, in quo omnes debent suscitari; speculum uitæ uitam manifestans, in quo omnes debent glorificari. In triumpho resurrectionis Christi nouem declarantur. Quis honorandus est, scilicet Christus.

Primo dixi CHRISTVM DEI, & gloriosißimæ uirginis MARIAE filium esse lignum uitæ uitam fructificantem, in quo omnes debent uiuificari. Circa hoc dico quædam notanda, ex quibus apparet eum esse lignum uitæ. Nusquàm legistis in sacro eloquio quenquàm cibo uitam dedisse, sed neque inchoasse. Nullum enim animal cibo nascitur, sed tantum cibo nutritur, & nutrimento uita augetur, & conseruatur. Non enim uos astantes cibo fuistis regenerati, sed semine paterno, & sanguine materno nutriti in utero, et lacte aliti, alijs quoque cibis pro loco, & tempore. Sed neque ille sacer cibus, scilicet sacramentum corporis, & sanguinis CHRISTI generat aliquem in spirituali natiuitate, quinimmo est cibus grandium, qui natos nutrit, et sicut pœnitentia est cibus infirmorum, qui ægros sanat, et sicut baptismum est sacramentum regeneratio- Christus est lignum uitæ uitam fructificans.

nis, qui nascituros regenerat, sic eucharistiæ sacramentum est cibus nutriens natos in baptismate, & sanatos in pœnitentia. Arbor autem uitæ est CHRISTVS uerbum patris æterni, qui folijs doctrinæ, & suis fructibus uitam spiritus inchoat, generat, nutrit, & auget, atque perficit. Vnde non immerito est, & dicitur arbor uitæ. Sic enim docuit suos discipulos, & eorum sequaces generare ad uitam. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Ecce quomodo CHRISTVS arbor uitæ dicitur uitam spiritualem inchoare. Nemo igitur proprior CHRISTO potest uocari arbor uitæ. Sic igitur habetis in CHRISTO hoc mirabile, quòd solus cibo uitam inchoat. Sed priusquàm ad aliam descendam, intendo dicere unum aliud, quod erit ad gaudium iuuenum, & ad lætitiam senium. Nusquàm enim legistis cibum de sene faciente iuuenem. O quàm mirabilis arbor est ista uitæ, quoniam non solum iuuat iuuentutem non senescere, sed etiam senectutem iuuenescere. O florida iuuentus, quàm fœlicem te putares, si te doceret hanc ætatem conseruare. Sed tu ò senecta miserijs plena, quàm te gaudijs implebo, si hoc cibo uitæ docebo te ad iuuentutem reddire. Nemo hic dormiat, neque dormitet, sed cum gaudio audiatis attentè. In paradiso nanque, ubi DEVS posuit nostros primos parentes iuxta sententiam Augustini: Cibus aderat, ne esuriret; potus, ne sitiret; lignum uitæ, ne senecta illos dissolueret. Sed hoc documentum est bonum pro iuuenibus, qui cupiunt non senescere. Sed ad nihilum ualet

Mar. vlti.

pro senibus, qui cupiunt iuuenescere. Cum autem hodie uelim iuuenibus complacere, uolo etiam cum senibus lætari, quia ego senex, & inueteratus miserijs senectutis cupio carere. Senes igitur audite. Verum est, quòd lignum uitæ in paradiso terrestri de sene non poterat facere iuuenem: sed iste noster CHRISTVS arbor uitæ figuratus in illo ligno uitæ habet utranque uirtutem, scilicet præseruandi à senectute, & recuperandi iuuentutem. Nam sicut pro peccatoribus uiuificandis mortuus fuit iuuenis; ita etiam surrexit iuuenis: & ita exemplo sui omnes senes resurgent in ætate iuuenili, ut cum apostolo Paulo, CHRISTO iuueni uenienti in forma humana gloriosa ad iuditium occurramus suscitati in uirum perfectum in plenitudine ætatis plenitudinis CHRISTI. Ecce quomodo CHRISTVS est lignum, siue arbor uitæ uitam fructificans, in quo omnes debent uiuificari. Sicut autem placabiliter locutus sum iuuenibus, & senibus, ita uolo complacere speculatiuis, & intelligentibus. Et pro ipsis quæro unde habuit lignum uitæ hanc uirtutem præseruandi à senectute? Certe hanc uirtutem habuit à DEO, à quo habuit esse, sicut omnes lapides, omnes herbæ, omnes pisces, omnia animalia, omnes aues, omnes angeli ab ipso habent esse, uiuere, & cunctas uirtutes, ita hoc lignum uitæ habet ab ipso DEO uirtutem præseruandi à senectute. Sed est, qui inter intelligentes dicat, est ne in hoc aliquod mysterium? Respondens dico, quòd sic, quoniam lignum uitæ in paradiso figura fuit CHRISTI in uirgine: et sicut hanc uirtutem habuit à DEO,

Quæstio de ligno uitæ.

An in ligno uitæ sit aliquod mysteriũ?

ſic CHRISTVS habuit à DEO uirtutem recuperandi iuuentutem in reſurrectione. Vnde inquit per Ioannem. Sicut pater ſuſcitat mortuos, ſic filius ſuſcitat, quos uult. Et alibi. Sicut pater habet uitam in ſe metipſo, ſic dedit & filio uitam habere in ſemetipſo. Ecce habetis, quomodo CHRISTVS eſt lignum uitæ habens in ſe uirtutem uiuificandi. Modo supereſt declarare, quomodo in ipſo omnes debēt uiuificari. Audite. CHRISTVS de ſe dicit. Ego ſum uia, ueritas, & uita: ſic enim eſt reſurrectio, & uita, ſicut eſt uenturus iudex uiuorum, & mortuorum. Sed quia reſurrectio præcedit iuditium, ideo oportet, ut omnes reſurgant. Sed nota, quòd illi dicuntur mortui, quorum mors præceſſit initium iuditij, ſcilicet ſigna, ut incendium, ignis. Illi autem dicuntur uiui, qui uiuent incipientibus ſignis, et ab illo igne interficientur, à quo purgabuntur. pa. 3. 4. adic. q. 75. art. 1. argu. 1. & q. 72. ar. 8. in prin. R. Sic igitur habemus, quomodo CHRISTVS eſt arbor uitæ uitam fructificans, in quo omnes debent uiuificari. Circa ſecundum, in quo dixi CHRISTVM eſſe fontem uitæ uitam emanantem, in quo omnes debent ſuſcitari. Fons patefacit aquam, quæ in uena uenit per uias ſubterraneas occultas. Cum autem CHRISTVS dicatur fons uitæ per Dauid in pſal. non eſt intelligendum ſecundum naturam humanam, ſed ſecundum naturam diuinam. par. 3. q. 50. arti. 1. argu. 1. Secundum igitur naturam diuinam eſt fons uitæ, & uitam emanat, Et ideo omnes per eum debent ſuſcitari, & hoc duplici reſurrectione, ſcilicet corpora-

Ioan. 5. d

Christus ē fons uitæ uitā emanans.

li, & spirituali. Sicut enim aqua latet in uena occulta subterranea, & inde emanat in funte, sic CHRISTVS stetit absconditus, & occultus in monumento, & tertia die resurrexit quasi aqua saliens. Modo facta resurrectione nouam uitam habuit, scilicet corpore glorificato: sic exemplo CHRISTI nos in terra, & sub terra debemus latitare usque ad diem iuditij. Et sicut CHRISTO debemus conformari, resurgendo clari in fonte, sic etiam eidem debemus confirmari per mortem in cauernis terræ latitando. par. 3.q.69.articu.3. Sed sicut aqua reducitur ad fontem, & in fonte est recens, & clara, sic CHRISTVS resurrexit quantum ad corpus totus recens, totus clarus, ut.s. exemplo suæ resurrectionis doceret nos reformari per nouam uitam. s. spiritualem, quæ est resurrectio animæ ut par. 3.q.56.ar.2. Quam resurrectionem spiritualem, scilicet animæ uolens declarare per similitudinem ad CHRISTVM noto, quòd anima uolens cõformari CHRISTO suscitato primò debet confirmari CHRISTO sepulto. Si autem uult cõfirmari CHRISTO sepulto, debet secundo confirmari prius CHRISTO mortuo. Si uero uult confirmari CHRISTO mortuo, debet tertio confirmari CHRISTO uulnerato. Si confirmatur CHRISTO uulnerato, debet confirmari quarto CHRISTO cruentato. Si confirmatur CHRISTO cruentato, debet confirmari CHRISTO conficato. Sed si confirmatur CHRISTO conficato, debet confirmari CHRISTO denudato. Cum autem fuerit

Anima in resurrectione spirituali cõfirmatur Christo in multis.

confirmatus CHRISTO denudato, debet prius cõfirmari CHRISTO sententiato. Confirmatus uero cũ CHRISTO sentẽtiato, debet prius confirmari CHRISTO accusato, reprobato, & damnato. Sed sicut antequàm CHRISTVS accusaretur, reprobaretur, & condamnaretur, fuit prius captus & ligatus, sic anima debet CHRISTO confirmari capta, & ligata. Antequàm igitur capiatur, et ligetur, debet cũ CHRISTO à proditore uendi, ut sic proditorie uendita CHRISTO confirmetur. Et sic à primo ad ultimum procedens, & ordine retrogrado declarans incipiam ab ultimo, & reddibo ad primum. Vnde dico, q, anima, quæ uult suũ corpus cũ CHRISTO resuscitare gloriosum, sic se cõfirmãdo CHRISTO fonti uiuo, primò debet cõfirmari CHRISTO proditoriè uẽdito. Quis.n. potest animam uẽdere, certè nemo, nisi proditor, sed quis est isto proditor? certè qui mãducat cũ anima, bibit cũ anima, dormit cũ anima, uadit ad ecclesiam cum anima: & breuiter concludendo est corpus tuum, quod tu anima procuras suscitari cum CHRISTO, & te decipit. Nam ipsum corpus est ille proditor, qui proditorie te uendidit. Non ne duo fuerunt pontifices, quibus CHRISTVS uenditus fuit, et præsentatus? Quis enim te posuit in potestate Dyaboli, quis te fecit seruam mundi? non ne fuit peccatum? non ne per corpus nimis amatum commisisti peccatum? Corpus est proditor, qui decepit, & uendidit te Dyabolo, et mundo. Et quod deterius est, nullum habetur prætium, nisi rubor, iuxta illud Apost. Quem ergo fructũ

Primo animę confirmaẽ Christo vendito.

Ad Rom. 6.d.

habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis, scilicet confirmando mundo, & Dyabolo. Tales sic decepti resurgent, non ad uitam æternam, sed ad supplicium æternum. par. 3. adic. q. 73. artic. 2. arg. 1. Non enim datur alicui resurrectio corporalis, nisi prius fuerit suscitatus spiritualiter. Secundo anima capitur, & ligatur. Cum enim anima fuerit uendita per consensum delectationum sensualium, sic firmiter, & culpabiliter adhæret, quòd non ueretur frangere præcepta DEI, *ut sensualem appetitum faciet: propter quam transgreßionem peccat mortaliter, & sic capitur. Sed quia teste domino, qui facit peccatum, seruus est peccati, sic mortaliter peccando ut captiua ligatur. Cũ autem propter unum peccatum committendum committit aliud eiusdem speciei, uel alterius, tunc ligata ducitur: quoniam sæpe propter inanem gloriam, & mundi pompã committit fraudem, furtum, usuram, & symoniam, & propter auaritiam cõmittit meretriciũ, adulterium, stuprum, incestum, & sacrilegium, immo & sodomiam: & propter contemptionem committit criminationem, detractionem, improperium, conuitium, & infamiam, & propter iracundam committit rixam, homicidium, fratricidium, & uxoricidium. Vnde huius animæ corpus non resurget gloriosum, nisi anima prius suscitetur spiritualiter. Tertio anima accusatur, reprobatur, & condemnatur. Fuit enim* CHRISTVS *Pylato, et* Herodi *accusatus, à* Iud*æis reprobatus, scilicet dũ post posito* CHRISTO *petierunt* Barrabam: *fuit & condemnatus, quando de* CHRISTO *dixerunt.*

Secundo aĩa confirmatur. Chrõ capto, & ligato.

Ioan. 8. c.

Tertio anima con Christo accusato, reprobato. & dãnato firmatur.

Crucifige, crucifige eum: Sic anima perpetracto peccato ab ipso opere culpabili accusatur à propria conscientia, reprobatur à dæmonio, ab angelo, & à DEO condemnatur. Vnde cum suo corpore glorioso non resurget, nisi prius resurgat spiritualiter. Quarto anima quasi per Pylatum sententiatur, scilicet ad mortem, non dico temporalem, sed æternam, non dico in hoc sæculo, sed in futuro, idest in inferno, & hoc non in Limbo patrum, neque in limbo paruulorum, neque in purgatorio, sed in tartareo. Si igitur cupit anima suscitari cum suo corpore glorioso, oportet, quòd primo suscitetur spiritualiter. Vnde inquit Petrus. CHRISTO igitur passo in carne, & uos eadem cogitatione armamini, quia qui passus est carne, desijt à peccatis, ut iam non hominum desiderijs, sed uoluntati DEI, quod reliquũ est in carne uiuat temporis. Quinto anima cum CHRISTO denudatur, scilicet meritis, et præmijs, omnibusq; bonis, quæ fecit cum illo, qui incidit in latrones, qui expoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt, semiuiuo eo relicto. Omni enim uirtute, & præmio priuatur, & denudatur anima per unum mortale peccatum. par. 3. q. 89. artic. 4. Vnde sic anima denudata operum suorum, alij gaudebũt in patria, & sic suam coronam alius accipiet, & de operibus suis gaudebit. Ergo benè inquit Ioannes Apoc. c. 3. ut exponitur par. 1. q. 23. arti. 6. arg. 1. Si ergo anima uult coronari, & cum suo corpore glorioso suscitari, debet suscitari spiritualiter. Sexto anima cũ CHRISTO debet in cruce confi[c]ari. Anima peccatrix non crucifi-

Marginalia: Quarto anima con firmetur Christo sententiato. — 2. Pet. 2. post prin. — [illegible] — 1. Pet. 4. a. — Quinto anima con firmatur Christo denudato. — Luc. 10. e. — Sexto aīa cõfirmat Christo cõficato.

gitur cũ CHRISTO ad dexteram, quia illa crux est pœnitentium cum latrone electo, sed crucifigitur cũ latrone ad synistram. Quæ & si sentit dolores in manibus, & pedibus, idest in omnibus mẽbris, quibus ipsa peccauit, non conuertit illos dolores ad sui correctionẽ; sed tota relaxatur in impacientiam prorumpens in blasphemiam, in murmurationem iuxta illud Ioannis apostoli. Aestuauerunt homines idest æstu magno, & blasphemauerunt nomen DEI habentis potestatem super has plagas: & sequitur. Commanducauerunt linguas suas præ dolore, & blasphemauerunt DEVM cœli pro doloribus & uulneribus suis, & non egerunt pœnitentiam de operibus suis. Non igitur anima resurget cum suo corpore glorioso, nisi suscitetur in se spiritualiter. Septimo anima debet cum CHRISTO cruentari: Quantus fuerit sanguis, quem effudit CHRISTVS confictus in cruce, tantus fuit, quod sufficit abundanter ad mortem causandam. Huic confirmauit se latro ad dexteram, quoniam patienter tollerauit mortem propter sua peccata commissa: sed ille qui incorrecte sanguinem fundebat ad synistram, effundebat cum magno mysterio. Nam sanguis, in quo consistit uita corporalis, effundebatur cum dolore de suis peccatis, sine spe tamen remißionis. Vnde cũ Caym, & cum Iuda proditore damnatur. Si igitur anima uult suum corpus resurgere gloriosum, resurgat ipsa spiritualiter. Octauo anima confirmatur CRRISTO uulnerato. Nota uulnera in corpore CHRISTI fuerunt medicinæ, imo pißides, in quibus præstantur

Apo.16.b
Apo.16.a
Septimo aia confirmatur Christo cruẽtato.
Gen.9.
Octauo aia confirmatur Christo vulnerato.

nobis unguenta ad medicamentum nostrorum uulnerum: sed reprobi impœnitentes uulnerantur cũ latrone ad synistram, & eorum animæ non unientur suis corporibus gloriosis, sed potius paßibilibus, & in flammis igneis. Hoc *uulnus uisum fuit per* Ioannem *ita dicentem.* Apo.16.a *Abijt primus angelus, et effudit phialam suã scilicet plenam ira* DEI, *& effudit in terram, & factum est uulnus sæuum, & peßimum glo. sæuum respectu* DEI *punientis, & peßimum respectu peccatoris pœnam æternam patientis.* Vulnerantur *etiam electi corporaliter, & spiritualiter cum latrone ad dexteram, sed eorum uulnera sanantur à* CHRISTO *uulnerato.* Sed *quomodo? audite inquit enim peccata mea domine sicut sagitte infixa sunt in me, sed antequàm uulnera generent in me, sana me domine.* Audiuistis *orationem latronis, audite eandem cũ expositione, ait enim peccata mea domine, & non aliena infixa sunt in me scilicet dyabolica carnis, mũdi, & uoluntaria temptatione, cogitatione, delectatione, electione, sollicitatione, operatione, & recidiuatione, continuatione, & habituatione.* Sed *antequàm uulnera generent in me putredinem indurationis, & obstinationis tumorem superbiæ, præsumptionis ruborem, inuidentiæ, & spiritualium abbominationis dolorem, desperationem de paradisi fruitione, uirtutum perfectione, culparũ remißione, pœnarum relaxatione, fetorem infamiæ pernitiosæ, contagiosæ, ignominiosæ, uermem miserrimæ, nequißimæ, & infelicißimæ conscientiæ, sana me domine medicamento pœnitentiæ, contritionis,*

confeßionis, & satisfactionis: Anima igitur sic confirmata CHRISTO uulnerato resurget cum suo corpore glorioso, quia resuscitata spiritualiter. Nono anima conformatur CHRISTO mortuo, hoc est unum essentiale necessarium ad resurrectionem. Vnde sic non habetur uera resurrectio corporalis, nisi præcedat uera mors: sic non habetur resurrectio spiritualis, nisi prius habeatur spiritualis mors. Mors spiritualis ad hoc ut sit perfecta, tria requiruntur. Primo, quòd anima moriatur omnibus peccatis nullo reseruato, Secũdo quòd anima moriatur omnibus causis peccatorum, ut carni, & mundo. Tertio quòd moriatur concupiscentiæ carnis, mũdi, odiorum, superbiæ uitæ, & sic conformatur CHRISTO mortuo. Poterit ergo suscitari cum corpore glorioso; quia poterit etiam sũscitari spiritualiter. Decimo anima cõformatur CHRISTO sepulto. Quòd anima mortua peccatis carni, & mundo, sitq; sepulta cum CHRISTO, per totam præcedentem quadragesimam satis est dictum, & declaratum: Studium enim omnium christianorum fuit mori peccatis: sed finita quadragesima studium cuiuslibet debet esse sepelliri cũ CHRISTO super quinque. Primo cum CHRISTO in DEO per cœlestium cõuersationem iuxta illud Apost. Mortui estis, & uita uestra abscondita est cum CHRISTO in DEO. Secundo cum CHRISTO in limbo per spiritualem cõgratulationem, scilicet congaudendo omnibus bene operantibus, & illis se confirmando. Tertio cum CHRISTO in Limbo paruulorum DEO

Nono aĩa confirmatur Christo mortuo.

Mors spiritualis ad hoc vt sit perfecta, tria requiruntur.

Quinque loca, in q. bus aĩa debet cũ Christo sepeliri. Ad Coll. 3.a.

gratias agendo, qui ipsam conduxit ad ætatem; in qua datum fuit sanctum baptismum. Quarto cũ CHRISTO in purgatorio per compaßionem, compatiendo illis animabus. Quinto cum CHRISTO in tartaro damnatorum per formidationem timẽdo illas pœnas: & maximè, quia CHRISTVS ibi prædicauit, non tamen eos ab inferis liberando, sed confutando, ut habetur par. 3. q. 52. arti. 2. arg. 3. O' quanta erat illa multitudo dæmonum CHRISTVM blasphemantium. Erant nauque primo ultra mille milia in societate fratricidæ Caym, qui per idolatriam recesserant à DEO, uocati non filij DEI, sed filij hominum.

Gen. 6.

Gen. 3. Secundo ultra mille milia idolatrarum & carnalium, qui turpißimè fornicati fuerant per sodomiam uiri & mulieres totius mundi actiuè, & paßiuè nemine diluuio aquarum euadente, excepto Noe cũ. vij. animabus.

Gen. 19. Tertio ultra mille milia sodomitarum. v. ciuitatum Sodomæ, qui cum suis quinque regibus in ictu oculi fuerunt incinerati igne & sulphure de cœlo. Quarto ultra mille milia Aegyptiorum idolatrarum populo DEI in seruitute affligentiũ per quadringentos triginta annos.

Exo. 14. Sed etiam ultra mille milia eorum Aegyptiorum, qui sic submersi sunt in inferno quãtum ad animas, sicut submersi fuerũt in mari Rubro quantum ad corpora.

Exod. 32. Quinto magna erat illa multitudo filiorum Israel, qui adorauerunt in deserto uitulum, quos Moyses iußit interfici manibus Leuitarũ numero. 23. milia.

Num. 16. Sexto magna fuit multitudo seditiosorum, quam suscitauit Chort, Datan & Abiron qui uiui cum uxo-

ribus, et filijs descenderunt in infernum Chore cum ducentis quinquaginta portantibus thuribula igne crematis: eodem igne succensis quatuordecim milia, & septigenti. Septimo magna fuit pugna contra Medianitas, in qua fuit occisus Balaam, & omnes uiri, & infantes, tantummodo reseruatis puellis, & uirginibus numero trigintaduo milia. Octauo magna fuit multitudo mortuorum idolatrarum ad infernum descendentium, quando Iosue transiuit Iordanem, & debellauit trigintaunum. Nono magna fuit multitudo damnatorum idolatrarum regni Israel Aroboam, qui peccare fecit Israel per idolatriam cum alijs regibus numero quindecim. Decimo magna fuit turba regis Aßyriorum in suo exercitu. Vna enim nocte sicut fuerunt occisi ab angelo, ita etiam tanquàm idolatræ fuerunt conducti ad infernum numero centum octagintaquinque milia. Sicut autem Ioannes enumeratis signatis cuiuslibet tribus tandem ostendens preter Iudæos saluandos multitudinem saluandorum magnam sic inquit. Post hæc uidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus & tribubus, & linguis stantes ante tronum: ita dico quòd præter duodecim exempla illa data anima cum CHRISTO in tartaro sepulta cognoscit alias damnatorum magnas multitudines Iudæorum, paganorum, turcarum, sarracenorum, sismaticorum, excommunicatorum, hæreticorum, & apostatarum. Quæ multitudo pœnam non minuit, sed aggrauat. Est autem qui dicat, per quæ signa possumus cognoscere animam suscitandam spiritualiter esse

Num. 31.
Iosue. 12.
3. Reg. 12. vsque ad 17.
4. Re. 19.
Apoc. 7.
Octo signis cognoscitur

animam esse sepultam cum Christo. Primũ signum.

cum CHRISTO mortuam, & sepultam? Respondens dico, quòd quilibet nostrum in futurum poterit cognoscere animam suam cum CHRISTO esse sepultam per octo signa. Primum signum, si reuertetur ad animam lucifer, dæmon ille, qui temptat de superbia, & inani gloria procurans animam per superbiam non perficere suam pœnitentiam: procurans animam per superbiam frangere suam obedientiam: procurans animam per superbiam non habere sacramenta sacra, & maiores in reuerentiam; procurans animam frangere omnia per impacientiam; procurans animam perdere suam gratiæ magnificentiam per arrogãtiam. Sed huic lucifero non præbebit aures, sed ut mortua, & sepulta amplexatum tenebit CHRISTVM sepultum per humilitatem uere cum CHRISTO sepulta erit. Secundum signum est, si ad animam reuertetur Mammona, Dæmon ille, qui temptat de cupiditate, & auaritia procurans animam male ablata non restituere, procurans uota, & iuramenta non adimplere, procurans sanctos dies contemnere, procurans elemosynas negligere, procurans proximum fraudolenter decipere, & procurãs aliena rapere. Si huic Mammonæ non præbebit aures, sed potius nuda nudum CHRISTVM tenebit amplexatum, uere cum CHRISTO sepulta erit. Tertium signum est, si ad animam reuertetur Belzebuch, ille Dæmon qui tentat de gulositate, procurans, quòd ieiunia frangantur, abstinentiæ non proficiantur, deliciosa appetantur, lauta splendidè deglutiantur, appetitus sacientur, uentres repleantur. Si CHRISTVM

Secundũ signum.

Tertium signum.

sepultum, & non cibatum tenebit amplexatum, sic cum CHRISTO sepulta est. Quartum signum est, si reuertetur ad ipsam Asmodeus ille Dæmon, qui temptat de luxuria procurans præteritorum peccatorum recordationem, procurans cogitationis delectationem, procurans somniorum impræßionem, procurans sensuum uagationem, procurans fantasmatum imaginationem procurans uoluntatis consensum, procurans cõsensus sollicitudinem. Si huic Dæmoni præbebit se mortuam, & CHRISTVM mortuum & sepultum in sepulcro associabit, stabit ueluti mortua. Quintum signum est, si reuertetur ad ipsam Satanas Dæmon ille, qui de ira & odio temptat, procurans inimicum recunciliatum decipere, procurans amicos, & parentes despicere, procurans in præsentia inimici sanguinem ad cor uenire, procurans se tutum non esse, procurans iniuriam placere. Si huic Dæmoni, & suis satellitibus non præbebit aures, sed IESVM CHRISTVM imitando firmabitur in amore, & signa ostendet amoris, sic cum CHRISTO erit sepulta. Sextum signum est, si spiritus tristis ille, scilicet Dæmon, qui de inuidia temptat, reuertetur procurans lætitiam in proximi aduersis, procurans tristitiam in proximi prosperis, si aures non præbebit, sed potius stabit ut mortua, amore CHRISTI, sic erit sepulta cum CHRISTO. Septimum signum est, si spiritus immundus Dæmon ille, qui temptat de accidia ad animam reuertetur, procurans contrictionis mundificantis tarditatem, procurans immundæ maculæ durabilitatem, procurans in diuinis

Quartum signum. Quintum signum. Sextum signum. Septimũ signum.

fastidium, procurans in promißis tædium, procurans in uanis solatium. Si huic aures non præbuit, sed amore CHRSTVM amplexatum tenuerit, ueré cum CHRISTO sepulta erit. Octauum signum est, si spiritus procellarum, aut legio, dæmoniorum conuentus, qui animam de multis peccatis simul temptat, ad animam reuertetur, sic in angelum lucis transfigurando, temptãs animam de spirituali uita, ut ad carnalem inducat, temptans spirituales uisiones, ut animam decipiat, temptans de uita austera, ut contemplatiuam impediat, persuadens uitam solitariam, ut auxilium spirituale remoueat. Incitat ad conscientiam erroneam, ut perplexam faciat. Sed si sepulta stabit con CHRISTO, immo si sepulta stabit in CHRISTO, quinimmo si tenebit in se CHRISTVM sepultum, corám dæmonijs, ut mortua apparebit, & cum mortuis cum CHRISTO poterit dicere simul. Consepulti sumus cum CHRISTO, & sic confirmatur CHRISTO sepulto. Volens autem ostendere, quomodo resurrectio corporis gloriosi habetur per animam resuscitatam gloriosé, sic de his duobus intendens tractare, dico, quód ille CHRISTVS, qui est lignum uitæ, fructus uitæ fructificans est ille CHRISTVS fons uitæ, uitam emanans: et ipse idem est speculum uitæ, uitam insinuans; unde insinuat uitam spiritualem per resurrectionem animæ spiritualem, & gloriosam: et uitam corporalem per resurrectionem corporalem, & gloriosam. Circa tertium, in quo dixi, quód CHRISTVS est speculum uitæ, uitam manifestans, nota quód usq; ad præsens ha-

Octauum signum.

Christus é speculum vitæ, vitã manifestans.

buistis de CHRISTO *abscondito, nunc intendo sermonem habere de* CHRISTO DEI, *& uirginis gloriosissimæ patefato, in quo omnes electi, & reprobi sunt absconditi. Quoniam sicut omnes arbores, & omnes plantæ latent in suis seminibus, sic omnes fructus, folia, & flores latitant in suis plantis, & arboribus, sic omnes effectus latitant in suis causis, sic omnes homines & mulieres, qui fuerunt, qui sunt, et qui erunt, latitauerunt in* Adam *&* Eua, *sic omnes electi, & reprobi latitant in* CHRISTO DEI, *& gloriosissimæ uirginis* MARIAE *filio. Quoniam ipse* CHRISTVS, *qui latitauit in patre æternaliter, & in matre temporaliter, qui latitauit in sanctis patribus, figuris animatis generantibus, & in figuris inanimatis prophetizãtibus, qui latitauit in cunctis electis spiritualiter, & in accidentibus panis & uini sacramentaliter, qui latitauit in passionibus humiliter, modo debet manifestari in triumphis fœliciter.* Sicut *enim in speculo repræsentantur imagines omnium uisibilium, ita in* CHRISTO *repræsentantur omnes suscitandi.* Vn*de declarato quis est* CHRISTVS *triumphator, scilicet arbor uitæ uitam fructificans. & declarato, quis scilicet est iste triumphator, scilicet fons uitæ, uitam emanans, restat tertium declarandum uidere, scilicet quis est iste triumphator, scilicet speculum uitæ uitam manifestans.* Et *uere est speculum uitæ.* Omnia *enim per ipsum facta sunt, uita facta est, ergo uita per ipsum facta est. Quod itaque factum est, in ipso uita erat.* Nulli *ergo uideatur incredibile, si dicitur speculum uitæ, quo-* Ioan. 1.

niam est uia ad uitam, est ueritas uitam promittens, & uitam se omnibus communicans. Ecce quomodo est *speculum uitæ sine macula mortis, inquit enim* Marthæ: *Ego sum resurrectio mortuorum. Vt autem in* CHRISTO *tanquàm in speculo uideamus nostram uitam, & mortuorũ resurrectionem uideamus, quomodo à mortuis resurgere potuit, quoniam resurrectio non est naturalis, sicut mors ante peccatum, & sicut mors ineuitabilis post peccatum.* Eramus enim *mortales ante peccatum naturaliter, sed beneficio creatoris immortales. par. 1. q. 97. ar. 1. Cum autem post peccatum simus mortales, & sine spe euasionis, sic mors naturalis facta est ineuitabilis. 2. 2. q. 16. ar. 1.* Resurrectio *autem non potest fieri per naturam. par. 3. adict. q. 73. ar. 3. ergo fit supra naturam, scilicet à* DEO *præter solitum cursum naturæ creatæ. Ille autem* DEVS*, qui creauit animam, & infundit eam corpori, potest animam seperatam à corpore iterum eam unire corpori, & corpori uitam largiri. Qui ergo suscitauit mortuum per* Eliam. *Qui etiam suscitauit per* Heliseum. Et *(quod maius est) qui per contrictum corporis* Helisei *mortui suscitauit mortuum, potuit filium suum suscitare. Quot autem* CHRISTVS *suscitauerit in nouo testamento, habetur auctentice per sacros euangelistas.* Nam *teste* Matthæo. *De longinquo cum principe uno usque ad domum accessit, & eius filiam appræhensam manu suscitauit.* Et *teste* Ioanne *stans à longe filium reguli suscitauit in domo.* Teste *uero* Luca: *Cum iret in ciuitatem Naim propè portam ciuitatis suscitauit adolescen-*

Quomodo Christus a morte potuit resurgere.

3. Reg. 17. 4. Reg. 4. 4. Reg. 13.

Matth. 9.

Ioan. 4. Luc. 7.

tulum filium matris uiduæ. Cum autem CHRISTVS Ioan. 7.
cum supradictis suscitauerit lazarum iam fœtentem,
quia iam quatriduanus. Quis dubitat, quòd potuerit
etiam se ipsum suscitare? Quis dubitat, quòd pater, qui Ioan. 5.
suscitat mortuos, potuerit CHRISTVM filium
suum unigenitum suscitare? Vt autem hæc poßibilitas
appareat clarius, facio hoc insolubile argumentum. Inquit CHRISTVS. Potestatem habeo ponendi Ioan. 10.
animam, & iterum sumendi eam. Tunc sic. Animam
in morte posuit, ergo animam sumere potest. Robora
autem hoc argumentum sic. Mandatum diuinum à
DEO non fit frustra, quia DEVS & natura nihil
agunt frustra primo cœli. Sed DEVS pater mandauit CHRISTO filio suo, quòd poneret animam
in morte, quod factum est, & eidem mandauit, quòd animam iterum assumeret, quod fiendum erat. Ideo sicut
in cruce obediens spiritum emisit, sic tertia die resurgens ipsum assumpsit, quia non solum facere potuit, sed
etiam sic facere oportuit. Virtute enim unionis naturæ
diuinæ cum illo corpore spiritum corpus emisit: eiusdem
autem unionis uirtute idem corpus spiritum assumens
surrexit. par. 3. q. 49. ar. 3. arg. 1. & q. 47. ar. 3. arg.
1. Sicut ergo mortuus est, quia uoluit, quando uoluit, &
quomodo uoluit, ut inquit Augus. lib. 4. de trini. ead. q.
ar. 1. arg. 2. ita surrexit, quando uoluit, quia uoluit, &
quomodo uoluit. Primo uoluit resurgere, & non solus,
sed cum multis testibus. Monumenta nanque aperta
sunt ipso moriente, & multa corpora sanctorum surrexerunt resurrectione imperfecta, id est surrexerunt tan-

Christus noluit resurgere solus.

tum ab actuali morte, sed non à potentiali, quia iterum mortui sunt: sed CHRISTVS surrexit ab actuali morte, & à potentiali, nunquàm amplius moriturus; Resurgens enim à mortuis amplius iam non moritur. ea.q.ar.3 in R. Secundo uoluit resurgere resurrectione perfecta, quoniam cæteri, qui ante eum sunt suscitati, surrexerunt resurrectione imperfecta, idest surrexerũt tantum ab actuali morte sed non à potentiali, quia iterum mortui: sed CHRISTVS resurrexit ab actuali morte, & à potentiali nunquàm amplius moriturus: & sic resurgens à mortuis, iam non moritur. Tertio uoluit surgere cito, scilicet tertia die, & non tardare usque ad generalem resurrectionem, nec etiam uoluit diẽ tertiam anticipare. Vt in ipso tanquàm in speculo possimus intueri imaginem nostræ resurrectionis, noluit expectare diem nouissimum. Vt autem probaretur ueritas mortis, per quam patefieret ueritas resurrectionis, uoluit citius resurgere ea.q.ar..2.in princ. R. Item ut possimus inspicere in eo tanquàm in speculo non solum nostram resurrectionem, sed etiam resurrectionem gloriosam, noluit citius resurgere. Quarto uoluit resurgere in corpore glorioso, scilicet cum facie rutulante, sicut sol, prout significatum fuit in transfiguratione. Et prout figuratum fuit per Moysem, quando facies eius ita splendida facta est, quod Iudæi in faciem eius sine uelamine non poterãt in faciem eius inspicere, quando loquebatur populo ex eo, quòd fuerat locutus cũ DEO facie ad faciem. Vt autem posset post resurrectionem uideri ab his, scilicet discipulis, per quos resurrectio de-

Rom. 6.

Christus resurrexit resurrectione perfecta.

Christus voluit resurgerẽ tertia die.

Quarto voluit resurgere in corpore glorioso.

Matth. 7. c

Exod. 34

bebat testificari, & uideri; sic uisibilem se ostendebat ut uideri posset. Est enim in potestate animæ ostendere suum corpus gloriosum, quando uult scilicet oculis non gloriosis. Vnde cum ad corpus eluceat ab anima propria splendor gloriæ demostrante gloriam, quam habet ipsa anima ab aspectu DEI, & cum CHRISTVS à principio conceptionis suæ fuerit non solũ uiator, sed & comprehensor, si anima dispensatione diuina lumen gloriæ non retraxisset, corpus nunquàm passus fuisset; sed ut paßio perficeretur, splẽdor gloriæ occultabatur par. 3. q. 54. arti. 2. et clarius. q. 34. arti. 4. Sed incidenter loquens quæro, quod est maius in CHRISTO an occultare tantum splendorem, an ipsum manifestare? Respondens dico, quòd sicut est maius occultare colorem uini in phiala uitrea, & lumen in lanterna de osso claro, sic maius est animæ occultare splendorem animæ rutilantem in ea, quàm ipsum splendorem per corpus manifestare. Quinto uoluit CHRISTVS splendorem sui corporis occultare, ut ipsi, qui futuri erant testes, ipsum uidere possent, et cognoscere per lineamenta, & effigiem, quòd ipse idem erat, qui cum eis uixerat, & in cruce fuerat conficatus. par. 3. q. 55. ar. 6. arg. 4. Cum autem in potestate CHRISTI esset suum corpus gloriosum ostendere, uel occultare in forma gloriosa, uel nõ gloriosa, mixta, uel qualitercunq; se habens, talem se præbuit discipulis, qualis erat apud eos. par. 3. q. 55. arti. 4. in R. Quomodo autem & qua hora surrexerit, & quibus & quando apparuerit, audite. Cum corpus do-

Quæstio.

Quĩto voluit Christus, splendorẽ corporis occultare.

Quomodo, & qua hora surrexit Christus, & q. bus apparuit.

mini nostri IESV CHRISTI fuisset sepultũ die Veneris de sero per Nicodemum & Ioseph, mulieres sanctae ardore charitatis accensae non patiebantur sepulchrum cum sepulto stare solum: & dubitantes, ne corpus transferretur, saepe, & diuersis horis uisitabant sepulcrum, scilicet de hora in horam. Sed die sabbati de sero inter se deliberauerũt ungere corpus illud. Vnde eodem sero emerunt aromata, ut uenientes ungerent IESVM. Et ualde mane, scilicet die dominica,

Ioan.20. cum adhuc tenebrae essent super terram, recesserunt de domo, euntes uersus sepulcrum. Et orto iam sole, scilicet in partibus orientalibus ibant per uiam loquentes

Matt.vlt. Mar.16. inter se, & dicentes. Quis reuoluet nobis lapidem ab hostio monumenti? erat quippe magnus ualdè. Diluculo autem peruenerunt ad monumentum orto iam sole. Cum autem sic peruenissent ad locum, terraemotus factus est magnus, unde prae timore custodes facti sunt ueluti mortui. Et ipsa Maria Magdalena, & Maria Iacobi, & Maria Salome respicientes sepulchrum uiderunt reuolutum lapidem, & uiderunt angelum domini desuper sedentem. Qui dixit illis, nolite timere uos. Scio enim quòd IESVM quaeritis Nazarenum, surrexit, nõest hic. Venite & uidete locum, ubi posuerunt eum. Quae se inclinãtes, & intro prospicientes uiderunt duos angelos in albis. Cum autem aliae duae recessissent à monumento, ut nunciarent discipulis, Mariae Magdalene stans ante sepulcrum plorabat. Cui IESVS apparuit in tali forma, & effigie, quòd putauit eum ortulanum esse. Qui IESVS ait illi. Mulier

quid ploras? At illa. Quia tulerunt dominum meum, et nescio ubi posuerunt eum. Si tu sustulisti eum. s. tu qu. (ut percipio) ortulanus es; dicito mihi, ubi posuisti eũ, et ego eũ tollam. Ecce quomodo in tali effigie illi apparuit, sicut in ea latebat, eumq; non cognoscebat, quia eum resurrexisse credebat. Tunc per uocem consuetam se illi manifestans ait. MARIA Illa uero cognito CHRISTO ad uocem, respondit. Raboni. i. magister: cum uero uellet eius pedes amplexari, IESVS non permittens ait. Noli me tangere et cæt. Iam satis dictum est ad declarationem huius primi, scilicet quis. s. quis est iste speculum uitæ uitam emanans. Sed qualiter sit triumphator dignus honore triumphi, declaremus. Et enim triumphatores fuerunt honorati honore triumphi, quia fuerunt uictores occidendo. CHRISTVS autẽ fuit uictor moriendo. cæteri fundendo sanguinem alienũ, CHRISTVS fundendo proprium. Cæteri fortes aggrediẽdo, CHRISTVS pacienter tollerando. Cæteri pro una communitate certantes, CHRISTVS pro toto genere humano. Quoniam ergo singulari certamine pugnauit, singulari honore triumphi honorabitur. Cuius triumphum Ioannes describens sic ait. Ecce sedes posita erat in cœlo, et super sedem sedens, et qui sedebat, similis erat aspectui lampadis iaspidis, et sardinis: et iris erat in circuitu sedis similis uisioni smaradinæ, et in circuitu sedis sedilia uiginti quatuor: et super tronos. xxiiij. seniores circum amicti uestibus albis, et in capitibus eorum coronas aureas. Ecce quomodo habemus paratum

Christus quomodo est triumphator dignus honore triũphi.

Apoc. 4.

singulare triumphum : uideamus modo huius triumphi expositionem, & applicemus ad propositum. Sedes ista significat uniuersalem principatum CHRISTI, *cui pater cœlestis inquit ore Dauid in Psal. Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellũ pedum tuorum. Sed quis sit sedens declaratur per Isaiã ubi ait. Vidi dominũ sedentem super solium excelsum, & eleuatum, idest* CHRISTVM. *Similis est* CHRISTVS *sedens duabus gemmis prætiosis, quoniam est una persona in duabus naturis, humana. s. & diuina. Iaspis enim secundum Rapanum, & Ysiclorum est uiridis coloris, & significat deitatem propter immarcesibilem æternitatem. Sardis autem est coloris rubei, & significat humanitatem in sanguine proprio in paßione rubricatam. Quid autem significet iris circundans sedem (quoniam est multi coloris archus cœlestis in aquosis nubibus solis imminentibus radijs, unde in eo uarietas colorum apparet) significat multitudinem donorum, gratiarum, & uirtutum in sedente, idest in* CHRISTO. *Similis uisioni smaradinæ. Smaradus est gemma uiridi coloris excedens cuiuscunque lapidis, & arborum uiriditatem : unde significat indefectibilem* DEI *prouidentiam. Viginti autem quatuor seniores significant. xij. patriarchas, & . xij. apostolos tam ueteris, quàm noui testamenti, in quibus intelligũtur omnes, qui saluantur in fide noui & ueteris testamenti, & hi sunt in albis, quia omnes sunt loti in sanguine* CHRISTI, *qui dilexit nos, & lauit nos in sanguine suo, habentq; coronas aureas in signum*

Pal. 109. Isai. 7. Apoc. 1.

præmij. Ecce igitur, quomodo CHRISTVS *honore triumphi honoratur: quoniam est ille, qui est speculum uitæ uitam insinuans, dudum absconditus in triūphis feliciter tanquàm figuratum in figura.* Secundo *declarandum est, quomodo* CHRISTVS DEI *& uirginis* MARIAE *filius fuit uerè absconditus tanquàm figuratum in figura, ut speculū uitæ in triumphis fœliciter, ut qualis. Certè fuit talis, qualis debet esse speculum, in quo repræsentetur imago felicißimæ resurrectionis. Sicut exemplar præcedit exemplum, sicut arbor præcedit fructum, sic speculum præcedit imaginem, sic* CHRISTVS *omnium præcedit resurrectionem iuxta illud Apost.* CHRISTVS *resurgens à mortuis, primitiæ dormientium. Et hoc quantum ad felicem uitam immortalem iuxta Pauli dictum.* CHRISTVS *resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Cum autem secundum suam diuinitatē sit causa efficiens nostræ resurrectionis, & secundum naturam humanam sit exemplar, cuius exemplo debemus omnes resurgere, sic formabimus speculum uitæ, ut omnes poßint suam imaginem uidere. par. 3. q. 56. artic. 1.* Primo *mulier cum uiro, quoniam fuit error antiquitus quorūdam dicentium, quòd mulier non debebat resurgere, nec pertinebat ad resurrectionem: ideo ex intentione pono mulierem in hoc primo loco uolens ostendere, quòd ipsa pertineat ad generalem resurrectionem, & quòd imago sua resultat in* CHRISTO *speculo, licet* CHRISTVS *fuerit homo uir, & non homo mu-*

1. ad Cor. 15.

Rom. 6.

Mulieres v. rationibus debēt resurgere in die nouißimo.

lier. Quod sic declaro. Sicut CHRISTVS totam speciem humanam instituit, sic totam in resurrectione reparabit: cum autem mulier pertineat ad speciem humanam, quæ attenditur potius penes animam, quàm penes corpus, ergo mulier, quãuis sit in sexu fœminino

Gene.1. pertinet ad resurrectionem. Secundo arguitur sic. Sicut homo uir fuit factus ad imaginem DEI, ita et homo mulier. Cũ autẽ facti sint ambo ad imaginẽ DEI ꝑ naturam, quæ imago in neutro ipsorũ est secũdum corpus, sed tantum secundum mentem, quæ cum meminit, scit, & amat, ergo ad utrunque resurrectio pertinet. Vnde sicut est facta mulier ad imaginem DEI per naturam, ita est etiam facta per gratiam, & cõsequenter per gloriam. Eliciuntur. par. 1. q. 93. art. 6. arg.

Tertia rõ 2. in fi. Tertio sicut filius DEI non contempsit in incarnatione sexum fœmineum, ita non debet despicere in resurrectione. Sed in incarnatione utrunque sexum nobilitauit, quoniam & si ex uiro assumpsit humanam naturam, in fœmina tamen solemne commertium celebrauit, ut par. 3. q. 31. art. 4. Ergo non debet sexum fœmininum contemnere, sed per gloriam resurrectio-

Quarta ratio. nis honorare. Quarto arguo sic. Quanuis propter defectũ uirtutis formatiuæ in semine mulier non possit producere materiam cõceptus ad formam uirilem, propter quod mulier dicatur mas occasionatus teste philosopho lib. 16. de animal. dico tamen, quòd & si generatio fœminæ non est de intentione agentis particularis, est tamen uniuersalis, quæ intentio ad perfectionem humanæ speciei utrunque sexum requirit, ergo uterque sexus

erit in resurrectione.par.3.adici.q.79.arti.3.in fi.R. cum ar.1. Quinto sicut mulier non est potentioris cõditionis in merito, sic non debet esse peioris conditionis in præmio iuxta illud Ioannis. Cum autem multa merita præcedant mulieres, quæ non præcedunt uiros, ideo debent præmia sequi, scilicet gloria animæ, & per consequens gloria corporis, quæ ab anima redundat. Quinta ratio. Apoc.14.

Sexto arguitur sic. Si mulieres non resurgerent, sed uiri tantum, melior esset conditio usurariorum, homicidarum, & aliorum peccantium, quàm conditio sanctarum uirginum, & martyrum, quæ propter fidem, & amorem CHRISTI suum sacrum sanguinem funderunt. Vnde sanctæ mulieres hodie respicientes CHRISTVM resurgentem in ipso tanquam in speculo uident imaginem suæ fœlicißimæ resurrectionis, & gloriosæ, quam non uident uiri peßimi sæpe peccantes, & raro pœnitentes. Patet igitur per has sex rationes, quòd mulier cũ uiro uidet hodie in CHRISTO speculo uitæ imaginem suæ glorificationis. Et quanuis non uideant in CHRISTO resurgente sexum fœmininũ, intuentur tamen CHRISTVM uerbum patris formantis mulierem; uident CHRISTVM DEI uerbum factum caro ex uirgine; uident CHRISTVM non solum suscitasse filium principis de longinquo, sed etiam uident CHRISTVM suscitantem filium Archisinagogi. Sic igitur CHRISTVS est uerum speculum uitæ, uitam manifestans, dum sancti uiri, & sancte mulieres uident in CHRISTO suam gloriosam imaginem. Se- Sexta rõ.

cundo imaginem suæ gloriosæ uitæ uident in CHRISTO speculo uitæ, uitam insinuante. Mortuus & uiuens sicut est constitutus à DEO iudex uiuorum & mortuorũ, & sicut est uenturus iudicare uiuos & mortuos, sic suam imaginem uitæ uident, & uidebunt omnes mortui, scilicet ante iuditium præparatum, & omnes mortui, qui uiuent usque ad iuditium præparandũ; quo incipiente præparari, idest incipientibus signis omnes uiuentes morientur. Vnde & mortuus & uiuens erit mortuus par. 3. adic. q. 76. arti. 1. arg. 1. Vnde sicut granum frumenti non nascitur recens, & uirens, nisi prius moriatur, sic nec quisquã suscitatur, nisi moriatur. Vnde Apostolus. Quod seminas, scilicet corpus mortale, non nascitur, scilicet immortale, nisi prius moriatur. Vnde sicut CHRISTVS surrexit immortalis, sed primo mortuus, sic quicunque uult resurgere, oportet primo mori. Hoc igitur modo quicunque intuetur imaginẽ suæ resurrectionis in CHRISTO speculo uitæ nouæ, respicit uitam nouam, mediante ueteri mortua. Sicut autẽ uerè uixit, et sicut uerè mortuus fuit, sic uerè surrexit: quoniam si CHRISTVS non resurrexisset, nec nos resurgemus. Si autem prædicatur, quòd surrexit, & nos cum ipso resurgemus.

1. ad Cor. 15.

1. Cor. 15.

Octo fundamentis declaratur uera Christi resurrectio. Primum fundamẽtum.

Vt igitur cum fiducia in ipsum tanquàm in speculum uideamus sine deceptione imaginẽ nostræ resurrectionis, ueritatem suæ nobis manifestat per octo fundamẽta. Primo probat corporis ueritatem, quod quidem ostendit nõ esse cœleste, non fantasticum, non aereũ, non rarum, sed carneum, solidum, habens carnem, & ossa, & humanam

humanam effigiem. Vnde dixit suis discipulis. Palpate, & uidete, quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Secundo probat ipsius corporis humanitatem, & effigiem cum humani corporis statura: sic enim talem cognouerunt eum sanctæ mulieres, quando cognita fuit eius uox dicens. Auete, accesserunt more solito, & tenuerunt pedes eius; sic & uiderunt eum in humana statura duo discipuli, quando in Emaus cognouerunt eum in fractione panis. Tertio probat eiusdem corporis idemptitatem ostendendo discipulis uulnerum cicatrices, signa indelibilia in manibus, pedibus, & latere. Vnde inquit discipulis. Videte manus meas, & pedes meos, & uidete, quia ego ipse sum. Quarto probat habere in illo corpore ueram animam uegetatiuam quantum ad uirtutem nutritiuam, scilicet manducando, & bibendo, non semel, sed pluries, scilicet cum duobus discipulis in Emaus, cum discipulis porrigentibus partem piscis assi, & fauum mellis, cum discipulis piscantibus, & tandem cum undecim recumbentibus. Quinto probat habere ueram animam sensitiuam, scilicet audiendo, loquendo, respondendo, & salutando, per quæ significabat habere aures, linguam, oculos, & alia necessaria ad hominem. Sexto probat habere in illo corpore animam intellectiuam, dum memorat, quæ aliàs dicta sunt, & hoc cum comedisset coram discipulis, & proijtiens eis reliquias ait. Hæc sunt uerba, quæ locutus sum uobis, cum essem uobiscum. Septimo probat habere cum humanitate unitam diuinitatem, & in miraculosa captione piscium, & in mirabili

Luc. vlt.

Secundũ fundamentum.

Luc. vlti.

Tertium fundamentum.

Quartum fundamentum.

Mar. vlt.

Quintum fundamentum.

Sextum fundamentum.

Septimũ fundamentum.

Mar. viii. Octauum fundamentum. *ascensione in cœlum. Octauo probat habere animæ, & corporis gloriosam fœlicitatem, dum ianuis clausis introiuit pluries ad discipulos suos, & cum sæpe euanuit ab oculis eorum. Ecce habemus ista octo, quæ sufficienter probant uerè* CHRISTVM *resurrexisse, dum in* CHRISTO *tanquàm in speculo uitæ uidemus imaginem nostræ gloriosæ, & fœlicissimæ resurrectionis, in qua exemplo sui resurgemus cum corporis ueritate, cum corporis integritate, cum corporis identitate, cum uirtute uegetabili, cum uirtute sensibili, cum uirtute memorabili, cum uirtute intellectiua, cum corpore glorioso. Et sic patet, qualis est iste* CHRISTVS, *qui merito paßionis hodie triumphat resurgens gloriosus tanquàm speculum uitæ, uitam manifestans. Cuius triumphum describens* Ioannes *sic ait. Et uidi alium* Apoc. 10. *angelum fortem, descendentem de cœlo ammictum nube, & iris in capite eius: & facies eius erat, ut sol, & pedes eius tanquàm columna ignis. Hic angelus est* Esai. 9. CHRISTVS, *angelus quippe magni consilij.* Fuit *enim ut angelus nuntius ad reuelandum mysterium sanctißimæ trinitatis, mysterium incarnationis, mysterium paßionis, mysterium resurrectionis, mysterium ascensionis, mysterium prædicationis, mysterium generalis iuditij. Est autem angelus fortis, fortiter* Dyabolum *uincens, & mundum amictus, idest uestitus nube, scilicet candida in ascensione, eritq; candidißima, cum uenerit ad iudicandum uiuos & mortuos. In capite eius* Gen. 9. *iris, idest signum fœderis, & paternæ reconciliationis.* Vnde Moyses. *Arcum meum ponam in nubibus cœli,*

& erit signum fœderis inter me & te. Iris continet in se tres colores. s. cœruleum, qui est quasi aqueus, rubeum, et uiridē. Sic CHRISTVS *fuit aqueus in incarnatione, et baptismate, rubeus in passione, uiridis in resurrectione propter gloriā immarcessibilē. Facies eius sicut sol. s. in trasfiguratione, et resurrectione, et in æterna corporis glorificatione. Et pedes eius tanquā columna ignis. s. propter charitatē patris, et generis humani, qua charitate, ueluti duobus pedibus perficit suū iter de cœlo in uterum uirginis, de utero uirginis in mundū, de mundo in Aegyptū, de Aegypto in* Nazaret, *in totā* Iudæam, *in crucem, in monumentum, in limbum, & ad patris dexterā, & sic patet, qualis sit* CHRISTVS *speculum uitæ, uitam manifestans in triumphis fœliciter. Circa tertium, ubi dixt, quòd* CHRISTVS DEI, *& gloriosissimæ uirginis* MARIAE *fuit in triumphis fœliciter & uerè absconditus tanquàm figuratum in figura. Et quare? V tique quia ipse est ille, de quo inquit apostolus. Saluatorem expectamus dominum* IESVM CHRISTVM, *qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Est igitur speculum uitæ, uitam manifestans. Quoniam uerò uitam nostram gloriosam intuemur in* CHRISTO, *tanquàm imaginem in speculo, ideo notandum est, quòd in hoc uitæ speculo ad gloriam perfectam corporis septem concurrunt. Primo membrorum quantitas. Secundo membrorum equalitas. Tertio membrorum integeritas. Quarto colorum uenustas. Quintò corporis quantitas. Sexto temporis ætas. Septimo humorum proportio-*

Ad Phi. 3.

Ad gloris corporis Christi in resurrectione septem concurrunt.

nabilitas. Primo.n. CHRISTVS *tanquam speculum uitæ gloriosæ habuit membrorum corporis debitam quantitatem*. Non.n.*fuit claudus, cuius una tibia fuerit altera longior, uel breuior, nec fuit gibus, cuius dorsum non fuerit rectum, sed incuruatum quasi arcus, sed fuit rectæ staturæ tam in uita mortali, quam in uita immortali, & gloriosa, in qua nullus debet apparere defectus*. *Secundo in* CHRISTO *tanquam in speculo uitæ gloriosæ fuit membrorum æqualitas.s. numero duas habens manus, duo brachia, duas tibias, duos pedes, duas aures, duos oculos, unum caput, unum corpus; non.n. fuit monstrum in natura conceptus de spiritusancto ex* MARIA *uirgine*. *Tertio in* CHRISTO *tanquam in speculo uitæ gloriosæ fuit membrorum integritas*. Fuit.n.*figuratus in agno, cuius nullum os debuit comminui, neq; etiam milites* Pylati *ei sicut latronibus fregerunt crura, unde nullo membro uiuens caruit, & in nullo membro moriens fuit mutilatus, nec sui corporis membrum aliquid fuit confractum*. *Quarto in* CHRISTO *tanquam in speculo uitæ fuit colorum uenustas*. Non.n. *fuit coloris nigri, nec omnino pallidi, non coloris rubei, nec omnino albi: sed fuit uenustus, colorum diuersitate ornatus, & maximè resurgens à mortuis*. *Quinto in* CHRISTO *tanquam in speculo gloriosæ uitæ fuit debita magnitudinis quantitas*. Non.n.*fuit quasi de genere giganteo ultra communem modum magnus, nec fuit ut* Naninus *ultra communẽ mensuram paruulus, nec fuit grossus, ut idropicus, sed fuit debite proportionatus*. *Sexto in* CHRI-

Christus habuit mẽbrorũ debitã quantitatem.

In Christo fuit membrorum æqualitas.

In Christo fuit membrorum integritas.

Ioan.

In Christo fuit colorum venustas.

In Christo fuit debita magnitudinis quãtitas.

In Christo fuit tẽporis ætas.

STO tanquam in speculo gloriosæ uitæ fuit temporis ætas. Non.n.fuit mortuus in ætate fantili, ut temptauit Herodes, nec in ætate puerili, ut dubitarũt MARIA, & Ioseph, quando duodenum perdiderunt CHRISTVM, non in senectute, nec in ætate decrepita, quia una est plena defectibus, altera est occupata miserijs, sed moriens ætatis annorum triginta trium, mensium sex surrexit in prosperitate iuuenili annorum triginta. Septimo in CHRISTO tanquam in speculo uitæ gloriosæ fuit humorum proportionabilitas. Nam quamuis simplicia sint in mixto mixta, ut colora, humores, attamen quidam sunt sanguinei à sanguine prædominante, quidam sunt flematici præ dominio flematis, quidam sunt colerici propter dominium coloræ, quidam sunt malenconici humoris propter dominium in malenconia prædominans. In CHRISTO uero fuerunt humores adequati, et maximè in resurrectione. Et consimiliter dico, quòd in ipso fuerunt qualitates elementorum. s. caliditas & frigiditas, humiditas & siccitas in debita proportione, ita ut non esset nimis pinguis, nec nimis macilentus tanquam speculum sine macula, in quo omnes possent intueri imaginẽ suæ resurrectionis. Sed est, qui dicat, quare ista in corpore CHRISTI fuerunt posita? Respondetur, ut unusquisque imaginem sui corporis glorificandi poßit inspicere. Cum.n.corpus nostrum debeat confirmari corpori CHRISTI, & eidem configurari, ideo antequam ponam perfectiones in nobis fiendas posui prius perfectiones in CHRISTO factas. Primo igitur corpus nostrum configu-

In Christo fuit humorum proportionabilitas.

Quæstio.

Septē perfectiones corporis glorificati ad similitudinem corporis Christi.

ratur corpori claritatis suæ quantum ad membrorum debitam quantitatem. Si quis natus fuisset claudus, uel propter aliquod accidens claudicaret, si quis natus fuisset gibus, si quis natus fuisset monstruosus, uel sine manibus, uel sine brachijs, uel sine pedibus, si quis natus fuisset cœcus, uel fuisset excæcatus, si quis fuisset natus cum duobus capitibus, si quis natus fuisset cum uno oculo tantũ, si quis natus fuisset hemafroditus cum membro utriusq; sexus, quicquid erit superflui, uel quicquid deerit, totum diuina prouidentia supplebit, diminuet, & restaurabit. Hæc eliciuntur par. 3. q. 74. articu. 1. in R.

Corpus hominis configurabitur corpori claritatis Christi quantũ ad mẽbrorum qualitatem.

Secundo corpus nostrum configurabitur corpori claritatis CHRISTI *quãtum ad membrorum qualitatem. Si quis uiuens habuit caput infirmum, uel oculos, uel aures, uel dentes, uel stomacum, uel epar, aut pulmonem, splem, genua, uel pedes, aut ilia, omnia ista diuina prouidentia sanabit. Quæ & si omnem deformitatem auferet à corporibus damnatorum, omnemque defectum naturæ contrarium, multo magis à corporibus beatorum ea. par. q. 84. ar. 1. in* R.

Corpus hominis configurabitur corpori Christi quo ad mẽbrorum itegritetẽ.

Tertio corpus nostrum configurabitur corpori CHRISTI *quantum ad membrorum integritatem, ut qui fuerit natus cum uno pede, uel cum una manu, uel cum una aure, uel cum medio naso, uel uno oculo, uel duobus digitis in manu; uel pedibus: totum, quod deficiet, per dominicam prudentiam reparabitur, & totum, quod deest de perfectione, reparabit, etiam in damnatis, reprobis, & multo perfectius in sanctis electis. eo. ar. arg. 2. Quarto corpus nostrum configurabitur corpori* CHRISTI

Corpus hominis cõ-

quantum ad coloris uenustatem. Et sicut gratia non tollit naturam, sed perficit: sic gloria non tollit naturam, sed perficit. Cum autem corpus humanum sit coloratum gloria corporis, idest claritatis, non auffert ab ipso corpore glorificato coloris uenustatem, sed augebit, & eo magis, quo anima erit gloriosior. ea. par. q. 83. ar. 1. arg. 3. & q. 80. ar. 4. argu. 5. Quinto corpus nostrum configuratur corpori CHRISTI *quantum ad debitam magnitudinis quantitatem, quoniam ex abundantia caloris naturalis, & humidi radicalis plus, uel minus unum indiuiduum plus, uel minus crescit in longitudine, latitudine, uel profunditate. Vnde fit, quòd unus erit longior natura errante, & alter erit latior, alius uerò profundior. Vnde quidam sunt breues, & grossi, quidam sunt longi, & subtiles, quidam ut gigantes, quidam sunt, ut nani, plusquàm essent natura non errante. Qui omnes ad debitam quantitatem reducerentur, & æqualem magnitudinem, scilicet proportionabiliter, non quòd omnes inuicem sint æquales, sed omnes reducentur ad quantitatem debitam, scilicet illam, quam habuissent, natura non errante. par. 3. q. 79. arti. 2. Sexto corpus nostrum configurabitur corpori* CHRISTI *quãtum ad corporis ætatem. Multos legimus in sacro eloquio ueteris testamenti diu uixisse, ut ante diluuium per nonigentos annos, & ultra, & etiam post diluuium per ducentos, per centum & uiginti. Et quosdam legimus passos fuisse defectus senectutis, ut Isaac, & Hely, quorum calligauerunt oculi, & quosdam sine defectibus senectutis, ut Moyses, et Ie-*

figurabĩtur corpori Christi quantũ ad coloris uenustatem.

Corpus hominis configurabitur corpori Christi quantũ ad debitã magnitudinẽ.

Corpus nostrum configurabitur corpori Christi quantũ ad ætatem.

ſue. Quoſdam legimus mortuos fuiſſe in infantia, quoſdam in pueritia, quoſdam in adoleſcentia, quoſdam in iuuentute, quoſdam in ſenectute, & multos in decrepita ætate. Qui omnes per diuinam prouidentiam, et uirtutem reducentur ad ætatem iuuenilem, ſcilicet triginta annorum, ideſt ad ſtatum, & proſperitatem, quem habuiſſent in anno trenteſimo. In qua proſperitate fuit Adam creatus, & CHRISTVS ſuſcitatus. par. 3. q. 79. articul. 2. in R. Septimo corpus noſtrum configurabitur, ideſt corpori CHRISTI quantum ad humorum proportionabilitatem. Humores enim in corpore humano, qui ſunt de ueritate naturæ humanæ, ſic reſurgent in corpore humano, ſicut in CHRISTO ſurrexit ſanguis, quem in paßione effudit, nec erit inter humores prædominatio, ſed æquatio. ea. q. ar. 3. Sic igitur patet per has ſeptem rationes, quomodo corpus noſtrum configurabitur corpori CHRISTI, qui eſt ſpeculum uitæ uitam manifeſtans. Vnde non immerito patet, quare, ſcilicet eſt abſconditus in triumphis fœliciter. Fœliciter triumphat CHRISTVS reſurgens à mortuis, ſed fœlicius aſcendens ſuper omnes cœlos, fœliciſsime autem triumphabit, cum uenerit ad iuditium, de quo triumpho loquens Ioan. ſic ait. Et ecce uidi nubem candidam, & ſuper nubem ſedentem ſimilem filio hominis habentem in capite eius coronam auream, & in manu eius falcem acutam. Nubes candida eſt natura humana à filio DEI aſſumpta, & uerè candida, quia de ſacratiſsima uirgine nata, uerè candida, quia ſpiritu ſancto concepta, uerè candida, quia nulla

Corpus hominis configurabitur Christo quantum ad humores.

Apoc. 14.

macula cuiuscunque peccati maculata; uerè candida in resurrectione, uerè candida in assumptione. Et uidi *supra nubem sedentem, idest uerbum caro factum, scilicet* DEI *filium sedentem, & non stantem, quia non stabat, scilicet in pede, sed sedebat, scilicet nõ recessurus, sed mansurus, quia quod semel assumpsit, nunquàm dimisit.* Anima *enim dimisit corpus, sed diuinitas non dimisit humanitatem, coronam auream habentem in capite suo, scilicet in signum uictoriæ, & triumphi.* Et *in manu sua habentem falcem acutam: s. iudiciariã potestatem, quoniam constitutus est iudex uiuorum & mortuorum.* Ecce *quomodo* CHRISTVS *est absconditus in triumphis fœliciter, quia est speculum uitæ uitam manifestans, in quo omnes uident imaginem suæ resurrectionis gloriosæ. Circa quartum ubi dixi, quòd* CHRISTVS DEI *& gloriosissimæ uirginis* MARIAE *filius est uerè* DEVS *absconditus in triumphis fœliciter, ut speculum uitæ uitam manifestans, sed qualiter? certe quatuor modis scilicet in uita spirituali & non animali, in delectatione spirituali, & non corporali. Circa primum, ubi dico, quòd* CHRISTVS *est speculum uitæ uitam manifestans, est notandum, quòd* CHRISTVS *speculum uitæ manifestans uitam in resurrectione non illam manifestat per operationes naturales, ut est comedere, & bibere, & ut est generare, quinimmo in resurrectione istæ tales operationes cessabunt iuxta illud* Euangelistæ *in* Matt. 22. *resurrectione nec nubent, nec nubentur, & ratio est; quia in uita præponitur homini duplex pfectio, una in*

conseruatione naturali, scilicet indiuidui, quæ fit per comestionem, & altera in conseruatione spei, quæ fit per generationem. Sed post hanc uitam præponitur homini alia perfectio, quæ consistit in peruentione ad ultimum finem. Modo finito numero electorum non indigemus multiplicatione indiuiduorum ad conseruationē speciei. Ideo cessat generatio, & comestio, quæ sunt de prima perfectione. Restat igitur peruentio ad ultimum finem, et hoc fit per resurrectionem. par. 3. q. 79. ar. 4. in R. Hanc autem uitam manifestat CHRISTVS resurgens ex mortuis, in qua non indigemus cibis ad conseruationem indiuidui, nec indigemus generatione ad conseruationem speciei. Sed est qui dicat, Cur igitur comedunt angeli, qui sunt spiritus, si in resurrectione non comedent homines, qui sunt pro parte corporei, cur etiam comedit CHRISTVS, qui est speculum resurrectionis? Respondens dico, quòd angelus nō comedit, sed simulat comedere, ut homo quousque perficiat misterium, propter quod apparet in effigie hominis, CHRISTVS autem comedit, non propter se tanquàm indigens cibo, sed propter nos, quibus pro comestione uoluit ostendere uitam resurgētis. Fuit ergo uera comestio per cibi masticationem, per attractionem uirtutis ad stomacum, et per deglutionem, per cannam à gutture ad orificium stomachi. Sed non interuenit digestio, quæ non est de essentia comestionis, Marc. 12. cum etiam infirmi non retinentes cibum ueré comedant, & euomant. Cibus autem comestus à CHRISTO non euomebatur more infirmi, nec in occulto loco depo-

nebatur, ut faciunt angeli, sed miraculosè uirtute diuina resoluebatur ut gutta aquæ super ferro ignito par. 3.q. 79.ar.4.arg.2.et par.3.q.54.art.2.arg.3. Ostendit igitur dominus uitam spiritualem.i. uitã corporis glorificati spiritui usquequaque subiecti per unionem animæ gloriosæ corpus glorificantis. Circa secundum, ubi dico, quòd CHRISTVS est speculum uitæ uitam manifestans delectatione spirituali, & non corporali. Fuerunt Iudæi & Saraceni cum quibusdam hæreticis uocatis Ciliarcæ, qui tenuerunt, quòd ad perfectionem beatitudinis, quæ est perfecta iocunditas, sint necessariæ delectationes corporales, contra quos est Philosophus 7. & 10. Ethy. qui ostendit ipsas delectationes corporales non esse propter se appetendas, sed tantum porpter fastidium tollendum, tanquam medicinæ. par. 3.q.74.ar.4.arg.4. Ad huius autem rei maiorem declarationẽ est, qui dicat, quòd non solũ delectatio corporalis non exigitur ad beatam uitam, sed etiam omne corpus est fugiendum. Est & alius dicens in contrarium, quòd ad beatitudinem animæ est necessarium corpus ex eo, quòd anima est perfectior unita corpori, quàm à corpore separata par. 3.q.73.articu.1.argu.4. Ad concordantiam huius controuersiæ noto, quòd anima potest uniri corpori in duplici statu, primo in statu poßibili, in quo caro concupiscit aduersus spiritum, in quo statu corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam, & in hoc statu anima impeditur ad beatitudinem consequendam & poßidendam antecedẽter & consequenter. Cum enim iam non sit animale, sed spirituale, angelis adequabi-

tur, & erit illi ad gloriam, quod fuit sarcinæ, & consequenter ex beatitudine animæ fiet redundantia ad corpus, ut ipsum sua perfectione potiatur 1. 2. q. 4. ar. 6. in fine. R. Qualiter igitur CHRISTVS *speculum uitæ uitam manifestans illam hodie manifestet, dico, quòd manifestat delectatione spirituali & non corporali. Circa tertium, ubi dico, quòd* CHRISTVS *est speculum uitæ uitam manifestans in uita spirituali & nõ animali.* Vita *animalis & uita carnalis est uiuere se*
Psal. 48. a *cundum impetũ appetitus sensitiui iuxta illud psal.* Ho*mo cum in honore esset, non intellexit & sequitur, comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est il-*
Psal. 31. b *lis.* Contra *hanc uerò uitam loquens* Dauid *sic in alio psalmo inquit.* Nolite *fieri, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. ergo in chamo resurrectionis, & fræno spiritualis inspirationis maxillas eorum constringe.* Vita *uerò rationalis est uiuere secundum rationem iux-*
1. Cor. 9. d *ta illud* Apostoli. Sic *pugno, non quasi aerem uerberãs, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. s. rationis.* Vita *autem spiritualis est uiuere secundum instinctum spiritus sancti iuxta illud* Apostoli. Si *spiritu ui-*
Gal. 5. c. *uimus, spiritu & ambulemus.* Et *alio loco inquit.* Spiri*tu ambulate, & desideria carnis non perficietis.* Tres *sunt isti modi uiuendi in hac uita mortali.* Est *alius modus uiuẽdi extra hanc uitã. s. quando anima induet suum corpus in generali resurrectione, in qua corpus erit totaliter obediens animæ ita, & taliter, quòd non erit amplius corpus corporale, sed erit corpus spirituale.* Vn
1. cor. 15. f *de inquit apostolus.* Seminatur *corpus animale; surget*

corpus spirituale.i.spiritui simile. Hæc igitur est uita, quam CHRISTVS *speculum uitæ manifestat taliter, qualiter ipse resurrexit scilicet uita spiritualis, et non corporalis. Circa quartũ ubi dixi, quòd* CHRISTVS *est speculum uitæ uitam manifestans, cum idemptitate corporali, & idemptitate rationali. Circa hanc particulam noto, quòd ad ueram resurrectionem tria requiruntur. s. idemptitas animæ, idemptitas corporis, idemptitas partium. Primo requiritur idemptitas animæ. Si enim corpus tuum assummeretur ab uno angelo malo, uel bono & moueretur corpus per spiritum de loco ad locum, hæc talis assumptio non faceret idemptitatem mortui & suscitati propter defectum eiusdem essendi; quoniam & si spiritus ille, qui assumpsit corpus, moueat illud de loco ad locum, de parte ad partem, non propter hoc dat esse, sicut facit anima, quæ corporatur ad corpus non solum ut motor, sed etiam ut forma, quæ dat esse rei. Si ergo debet esse resurrectio, oportet quòd sit idemptitas formæ substantialis, idest animæ, Secundo requiritur idemptitas corporis eiusdem iuxta illud Iob: In carne mea uidebo saluatorẽ meum, ideo inquit Damascenus lib. 4. Resurrectio est eiusdem, quod cecidit, secunda resurrectio. & Aug. 8. de Trin. Resurgere nihil aliud est, quàm reuiuiscere, et quoniam resurrectio magis respicit corpus, quod post mortem cadit, quàm animam, quæ uiuit post mortem corporis: ideo si non erit idemptitas corporis, non erit idemptitas hominis, & per consequens nõ erit uera resurrectio par. 3. q. 77. articul. 1. in fine R. Resurre-*

Ad resurrectiones verã tria requiruntur.

Iob. 19. d.

tatem statuæ, unde prima non est eadem cum secunda. Quando autem dictum est, quòd tantum necessariũ ad idemptitatem resurgentis est idemptitas materiæ, si capitur materia pro parte totius homogenei in resurrectione angeli præparabunt pulueres, siue cineres sui, & mei corporis, & cuiuslibet nostrum, & ut puto angelus cuiuslibet deputatus ad custodiam à primo die natiuitatis usque ad mortem, & à die mortis usque ad diem resurrectionis addendo partes homogeneas; & partes theorogeneas partibus homogeneis & Theorogeneis, sic quòd in instanti, idest in ictu oculi diuina uirtute simul omnes partes & cinerum recollectorum per angelos transformabuntur in suis membris, oßibus & carne, atque pelle, & quilibet per unionem animæ eiusdem cum eodem corpore pro idemptitate materiæ resurget idem homo, qui uixit ante mortem. Eliciuntur par.3.q.77.per totum & q.76.per totum & q.25. ar.4.& q.74.ar.3.& par.3.q.54. per totum. Huius autem resurrectionis imago uidetur in CHRISTO speculo uitæ uitam manifestante, dũ nulla pars sui corporis, nec in sepulcro, neque in resurrectione mutauerit situm, nec ordinem. Vnde eadem anima in eodem corpore ex eisdem partibus simul coniunctis tam essentialibus, quàm accidentalibus; tam homogeneis, quàm theorigeneis resurrexit gloriosus gloriose tanquàm speculum gloriosæ uitæ. Vnde non immerito ipse est uere DEVS absconditus in trinmphis fœliciter. Triumphum CHRISTI uidit Ioannes dicens. Habebat angelus, quem ego uidi, libellum apertum in Apo. 10.

manu sua, & posuit pedem dextrum super mare, & sinistrum super terram, & audiui uocem de cœlo dicentem mihi, Vade, & accipe librum de manu angeli, et dixit mihi accipe, & deuora illum, & faciet amaricare uentrem tuum, & more tuo erit dulce tanquam mel.

Malac. 3. *Angelus iste* CHRISTVS *est, est enim angelus testamenti, quem Ioannes ut nuncius præconizauit, & uiam baptismi ante ipsum præparauit. Et bene fuit angelus testamenti: quoniam sicut ille angelus præcedebat populum, sic* CHRISTVS *præcedit populū in figura ueteris testamenti confirmati in sanguine uitulæ. Sed in nouo præcedit populum in splendore ueritatis gratiæ, scilicet noui testamenti confirmati in sanguine suo. Hic angelus est* CHRISTVS *abscondens popuū Aegyptijs in nube tenebrosa. Aegyptijs .i. infidelibus, & luminosa Iudæis, idest electis. Hic* CHRISTVS *non solum est angelus testamenti, sed etiam est angelus magni concilij & habebat libellum apertum in manu sua. Libellus, idest lex Moysi diminutiue dicta libellus in comparatione legis gratiæ, quoniam illa induxit populū ad sui obseruantiam promissione temporalium tanquàm pueros paruulos: lex autem noua inducit ad sui obseruantiam tanquàm uiros per tollerantiam malorum temporalium & promissionem cœlestium. Vnde ista dicitur liber, illa uerò libellus. Erat autem apertus, & aliàs fuit clausus; quoniam illa prædicabat* CHRISTVM *in figuris clausum, nūc autem est in ueritate manifestus, & ut manifestus prædicatur. Est autem liber dulcis, ut mel in ore dum prædicat*

Exod. 33. Exod. 24. Matt. 26. Exod. 14. Isai. 9.

dicat CHRISTVM incarnandum, nasciturum, remittentem peccata, attrahentē peccatores ad misericordiam, dicentem electis. Venite benedicti patris mei, percipite regnum &c. Cum autem minatur infernum dicens. Ite maledicti in ignem æternum: et sic libellus est uentri amarus. Tenet autem pedem dextrum super mare, sinistrum uero super terram dominatione utriusque populi, scilicet iudaici & gentilis. Terra enim est parua, mare magnum. Sic synagoga parua est, gentilitas magna. Terra stabilis est & firma, acqua maris est fluxibilis & mobilis; quia synagoga duræ ceruicis est & obstinata; gentilitas autem mutabilis in sui conuersione. Tunc autem CHRISTVS utroque pede utrunque calcat, dum utrique dominatur de die in diem quousque sit plenus numerus electorum. Tunc enim utroque pede utranque calcabit, quia perfectè omne genu flectetur cœlestium, terrestrium, & infernorum. 3. sententiarum distin. 18. c. 3. Sic igitur patet, quomodo CHRISTVS DEI & gloriosissimæ uirginis MARIAE filius fuerit uerè DEVS absconditus in triumphis fœliciter, quoniam est speculum uitæ, uitam scilicet gloriæ manifestans. Circa quintum ubi dixi, quòd CHRISTVS DEI & gloriosissimæ uirginis MARIAE filius fuit uerè DEVS absconditus tanquàm figuratum in figura in triumphis fœliciter, ut speculum uitæ uitam manifestans. Sed quoties? Centedecies secundum quod decem sunt partes hominis, quæ debent in resurgentibus suscitari. Quoniam sicut in Adam omnes peccauerunt, & sicut in

Matt. 25. c

Matt. 25. c

DDD

Adam omnes moriuntur, & propter mortem omnes particulæ resoluentur, ita in CHRISTO *omnes saluantur, omnes resurgent, & ita omnes portiunculæ restaurabuntur.* Harum autem *portiuncularum prima portiuncula est embrion. Sæpe etenim contingit mulierem prægnantem ante partum mori, & partum cum matre; & sæpe accidit, quòd matre superuiuente partus præmoritur, in resurrectionem alter ista resuscitabit.* Modo *quæritur, cum filius in utero matris nondum natus sit, & aliquid matris, non tamen per continuationem & unionem materialis partis ad totum, sicut membrum interius, sed sicut aliquid matris per collectionem quandam corporum distinctorum ut par. 3. q. 68. art. 11. argu. 2. & quod sit aliquid matris nondum natus ei à diuina prouidentia non est prouisum de angelo, qui eum custodiat, sed tanquàm aliquid matris ab eodem angelo custoditur, quo custoditur mater ut par. 1. q. 113. ar. 5. argu. 3. modo quæro si in resurrectione iste embrio resurget, & si resurget, quæro si resurget in se, uel in parentibus, & si in parentibus, an in patre suo semine generante, an in matre, quæ præparauit sibi sanguinem purificatum ad corpulentiam. Respondens dico, quòd si embrio non est animatum anima rationali, ut est masculus ante quadragesimum diem, & fœmina ante octuagesimum, nullo modo pertinet ad resurrectionem, nec suscitabitur in se, neque in parentibus: si autem fuerit animatum & moritur antequàm nascatur, suscitabitur quia propter animam rationabilem habet ordinem ad resurrectionem. Sed si non est animatum, quid*

1. Cor. 15.

Nota decem particulas, quæ in corpore hominis resurgent.

erit de illo semine, quo est generatum? Non enim semen illud resurget in genito, quia ante animam rationalem mortuus est, nec resurget in generante, quia de superfluo alimenti est. ergo uidetur, quòd cum embrione corrumpatur hic de semine & alimento, quod transit. In natiuitate naturæ humanæ sunt tres opiniones, quas dimitto sicut etiam alibi nolui scribere opiniones; sed illas scripsi, in quibus reperi doctores concordes, ita exhortor te lector quod ubi doctores uariantur, per opinionem dimitte illa pertractanda in scholis, populo autem porrige comuniter determinata, ne scandalizentur pusilli. Secunda portiuncula est semen, quod quidem ut cõmuniter tenetur, deciditur à sanguine & iuxta comunem scholam non resurget in generãte, sed resurget in genito. par. 3. q. 78. artic. 4. in fine R. Tertia portiuncula est sanguis maternus deprauatus, ex quo datur à matre corpulentia fœtus. Vnde sicut sacer sanguis uirginis gloriosæ, ex quo formatũ fuit corpus CHRISTI, non resurget in MARIA, sed in CHRISTO: sic sanguis cuiuslibet mulieris matris resurget in nato, & non in matre. Non enim terra, ex qua formatum fuit corpus Adæ, debet in resurrectione redire ad terram: sed potius terra aliàs in carnem uirtute diuina in carnem transformata resurget in corpore Adæ, & carnes Bouinæ & pisces et oua, cæteraq; commestibilia manducata, & potata, digesta, & in natiuitate naturæ humanæ conuersa nõ resurgent in materia, unde sumptæ sunt, sed resurgent in his corporibus, in quibus conuersæ sunt. eo. art. in R. cum argum. 1. Quarta par-

tiuncula est costa Adæ, ex qua formatum fuit corpus Euæ, ex qua Eua omnes nati sumus, si debet suscitari in Adam, uel in Eua? Respondetur quod sicut semen non resurget in generante, sed in genito, sic costa illa non resurget in Adam, sed resurget in Eua. par. 3. q. 78. arti. 4. argu. 2. Quinta portio est carnis uiri generati, semen hominis nutriti de carne humana respondens dico, quod cum cibus nutriti carne humana non totius, nec totaliter conuertatur in semen, semen resurget in genito, residuum autem carnis totaliter nutriti in natiuitate humanæ naturæ conuersi resurget in eo, cuius caro comesta est, semper tamen diuina uirtute supplente supplendum, & resecante superfluum. par. 3. q. 78. arti. 4. argu. 4. & 5. Sexta portio est membrorum genitalium, quoniam i resurrectione cessabit generatio, quia nec nubent, nec nubentur, sed erunt sicut angeli DEI in cœlo, nunquid ista talia membra genitalia in uiro, & in muliere resurgent? uidetur enim quod in muliere nõ resurgent matrix, nec ubera, respondens dico, quòd cum membra corporis comparentur ad animam, propter quam facta sunt, sic inter membra corporis & animam est duplex habitatio, scilicet materiæ ad formam, quia anima est forma corporis dans esse & instrumenti, ad artem, quoniam sicut agẽs utitur instrumentis suæ artis, sic auima utitur membris sui corporis. Si igitur membra genitalia considerentur secundum habitudinem formæ ad materiam, sic finis corporis & membri non est operatio, sed est perfectio speciei, idest perfectum esse in humana specie, & hoc est, quod in resurrectione requi-

ritur; si uerò consideretur membrum respectu finalis operationis, sic non oportet membra genitalia resurgere: resurgent autem ad perfectionem specificam, ut homo in suo sexu sit perfectus. par. 3. q. 78. arti. 1. argu. 1. Septima portio sunt intestina, ubi notandum, quòd sicut uenæ erunt in corpore glorificato, per quas mouetur sanguis à corde, & epate ad caput & ad cæteras partes corporis splendentes in corpore splendido sicut gemma granata coloris sanguinei, sic in corpore ad intra erunt intestina munda, & nitida non uacua, sed plena humiditatibus nobilissimi coloris cristallini. par. 3. q. 78. ar. 1. arg. 2. Octaua portio capillorum iuxta sententiam domini nostri. Capilli capitis uestri omnes numerati sunt, & sequitur capillus de capite uestro non peribit, neque igitur resurgemus sine capillis, neque sine unguulis, non sine barba, nec sine pilatura. Sicut.n. in capite CHRISTI decapillato in passione non perijt capillus in resurrectione, & sicut in maxillis fuit barba depilatus, & in resurrectione non defecit pilus, sic ad sui exemplum cum sit speculum resurrectionis, in quo nostram imaginem intuemur, resurgemus cum ungulis, pilis, & capillis. ea. q. ar. 2. in fine R. cum arg. 1. & 2. Nona portio sicut humiditates, & humores, sicut elementa sunt in uia generationis respectu corporum mixtorum, quia sicut eorum materia, ita etiam se habent humores ad membra: sicut autem elementa in partibus uniuersis habent formas, ratione quarum sunt de perfectione uniuersi ita et humores sunt de perfectione corporis humani. Sicut aũt omnes partes uniuersi à deo perfe-

ctionem consecuntur, non equaliter, sed secundū suū modum unumquodq;, ita ēt humores aliquo modo perficiūtur ab anima rationali non tamen eodē modo. e. q. ar. 3. arg. 3. cum aūt natura abijciat superfluitates, notū est, q̃ illæ nō resurgēt, sed quia aliquæ sunt humiditates necessariæ ad generandū capillos, pilos, et ungues ad confortationem etiam membrorum, et istæ resurgent nobilißimæ. e. q. art. 2. arg. 1. Decima particula est sanguis in sanctis CHRISTI ueteris ac noui testamenti non est humor in humano corpore, ita abunde diffusus, sicut est sanguis. Effuderunt enim sanguinem prophetarum tanquàm aqua in circuitu Hyerusalem & non erat, qui seppeliret. In nouo autem testamento effusus est ueluti pluuia. Modo uidendum est si iste sanguis sic effusus est iterum recoligendus: & certe sic, quoniam respicientes sancti in CHRISTVM speculum uitæ uident suam imaginem cruoris dealbari per sanguinis effusi reassumptionem; & hoc exemplo CHRISTI, qui totum sanguinem, quem effudit in paßione, illum reassumpsit in resurrectione. par. 3. q. 54. ar. 3. arg. 3. Sed duo habuit iste sanguis, quæ non habuit sanguis cuiuscunque sanctorum: primum est, quia sanguis sanctorum exiuit mixtè alijs humoribus mixtis: sanguis autem CHRISTI exiuit purus. eo. art. argu. 2. Secundum est, quia exiuit cum aqua non mixte, sed distincte, & separatim. ea. par. q. 74. articu. 7. Et ratio huius est, quia sanguis martyrum testificatur tantum, scilicet ueritatem fidei, & charitatem, quam habebant ad DEVM, & hoc quia erant puri homines, secundum quod sanguis

Nota prærogatiuas sanguinis Christi ad alios martyres.

est in mixto, sic sanguinē mixtum fuderunt: sed CHRISTVS non fuit purus homo, sed homo & DEVS, cuius sanguis & aqua habuerunt singularem significationem, ideo oportuit quod sic effunderetur, sicut significabat. Primo significauit unionem CHRISTI capitis & corporis CHRISTI, idest ecclesiæ unionem & sanguis significat CHRISTVM, aqua uero significat populum, dum autem utrunque effunditur utriusque, scilicet CHRISTI, & ecclesiæ significat unionem. par. 3. q. 74. ar. 6. in R. Secundo significat unionem ecclesiæ triumphantis & militantis, sanguine significante ecclesiam triumphantem, et aqua significante ecclesiam militantem. eo. R. in fine cum ar. 7. prope finem R. Tertio significat prætium redemptionis & lauacrum ablutionis, dum sanguis est prætium, aqua uero lauacrum. Quarto significat ueritatem unionis naturæ diuinæ, & humanæ. Nam sanguis significat CHRISTI corpus compositum ex quatuor humoribus, & aqua significat idem corpus compositum ex quatuor elementis. Ecce speculum uitæ uitam manifestans. Sed quoties? certe toties, quot sunt portiunculæ, in quibus debemus suscitari, quas portiunculas intuentes in CHRISTVM uident tāquam in speculo. Quoniam cū his ipse triumphat, cuius triumphū Ioan. uidit dicens. Vidi alterum angelum descendentē de cœlo habentē potestatē magnā, et terra illuminata est gloria eius. Angelus de cœlo descendens CHRISTVS est, descendit de cœlo in uterum uirginis, descendit humiliter, natus humiliter, in mundo uiuens humiliter, cum

Nota quatuor rationes, quare Christus effudit sāguinem, et aquam.

Apoc. 17.

publicanis & peccatoribus conuersatus humiliter, à Iudæis codemnatus humiliter, à paganis in cruce confi-catur, Hic CHRISTVS *habuit potestatem magnam faciendi miracula, dimittendi peccata, liberandi sanctos patres de limbo, resurgendi à mortuis, ascendendi super omnes cœlos, & terra, idest habitantes in terra sua gloria reserrectionis illuminata est. Vnde toties homines illuminātur, quoties in ipsum tanquam in speculum suam imaginem contemplantur. Est enim speculum uitæ uitam manifestans, dum fuit absconditus in triumphis fœliciter. Sextum est, dum* CHRISTVS DEI *& gloriosissimæ uirginis* MARIAE *filius fuit sicut figuratum in figura absconditus, tanquàm speculum uitæ uitam manifestans in triumphis fœliciter. Sed quando, certe donec occurramus* CHRISTO *obuiam in aere in uirum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis* CHRISTI.

Ephe.4 CHRISTVS *resurgens à mortuis talem se præbuit cunctis uitam amantibus, quòd omnibus est speculum uitæ uitam manifestans in triumphis absconditus fœliciter, sicut se habet decor ad iuuentutem, sic delectatio ad fœlicitatem. Fœlicitas enim delectationē includit iuxta sententiam Philophi. 10. Ethycorum & habetur. 4. sententiarum distinct. 49. q. 3. arti. 4. dub. 3. in fine. R. Vnde delectatio non est optimum, sed est aliquid optimi. i. fœlictatis. Quæ fœlicitas tunc habet delectationē, quando remouentur impedimēta tunc autē impedimēta remouētur in resurrectione. Quæ uero impedimenta sint illa, & quot, & quomodo in resurre-*

Octo impedimenta, quæ in

ctione totaliter remouentur, dicā. Sunt.n. octo .s. macilētia; ægritudo, cōualescentia, senecta, coactio, asiduitas resistentia. Primum impedimentum delectationis est malinconia, quoniam ad delectationem requiritur, quòd spiritus sit clarus, & non nubilosus. Sed quia in malenconico abundant ad cerebrum spiritus tristes nubilosi & obscuri, iude est quod malenconicus non est aptus ad gaudium, nec ad lætitiam, neque ad delectationem. Secundum impedimentum est senectus, Quoniam ad delectationem requiritur, quòd spiritus sit in substantia mediocris inter spissitudinem & tenuitatem. Vnde si spiritus animalis est minis grossus & spissus, ut est in antiquis, sic antiquitas non est apta ad delectationē. Tertium impedimentum est macilentia, quoniam macilentus habet spiritum animalem nimis tenuem, ideo macilenti non sunt apti ad delectationem. Quartum impedimentum est conualescentia, quoniam ad delectationem requiritur magna quantitas spirituum ex eo quòd ubi est magna quantitas, ibi est magna uirtus, & quia natura constringit spiritus in uirtute, ne deficiant, ideo requiritur magna quantitas satisfaciens delectationi & principio uirtutis. Sed quia conualescentes & infirmi habent paucos spiritus; unde est quod non sunt apti ad delectationem. Quintum impedimentum est ægritudo, quoniam ad delectationem requiritur temperata complexio, cuius oppositum est in ægro, qui non habet complexionem temperatam, ideo ægri non sunt apti ad delectationem. 4. Sentent. distinct. 49. q. 3. art. 2. in R. Sextum impedimentum est coactio & fa-

resurrectione remouētur.

tigatio, quoniam coactio fit cum fatigatione & contrà propriam inclinationẽ naturalem, uel habitualem; ideo qui coguntur ad delectationem, propter laborem non sunt apti ad delectationem. eod. arti. arg. 2. Septimum impedimentum est aßiduitas, quoniam nimia aßiduitas uertit delectationem in fastidium, ideo in fastidio non datur delectatio. Octauum impedimentum est resistentia, quoniam motus cum fatigatione parit pœnam, quæ est contraria delectationi eod. ar. & arg. 3. & 4. Cum autem uinum generet magnam quantitatem spirituum, & cum generet spiritus claros & temperatos, & sine magna fatigatione, atq; labore, & sine fastidio, inde dicitur, quòd uinum lætificat cor hominis. Audiuistis octo impedimenta delectationis, quæ delectatio includitur in fœlicitate, cuius fœlicitatis & uitæ corporalis gloriosæ cum CHRISTVS sit speculum uitam manifestans: omnia ista impedimenta debent esse ab eo aliena, & remota, ut speculum resurrectionis. Surrexit iuuenis non macer, non æger, non conualescens, non malenconicus, non coactus, non fatigatus, non fastidiosus, ut & nos in eo tanquam in speculo poßimus nostram gloriosam resurrectionem intuendo præstolari. Vnde quilibet dicat cum Dauid. Introibo ad altare Dei, ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam. Remouentur etiam à nobis exemplo CHRISTI, dum resurgemus iuuenes in prosperitate annorum triginta, dum non erimus nimis macilenti, nimis pingues, dum non erimus malanconici quatuor humoribus in nobis benignè adequatis, dum non erimus ægrotantes, dum non cogemur, nec fatigabimur, dum

Nota quo modo a Christo in resurectione remota fuerũt impedimenta delectationis.

Psal. 42. b

non contristabimur, dum in nobis non erit tædium, neque fastidium, dum in nobis nullum erit uiolentum. Erimus.n. in tanta tranquillitate positi, nihil erit pænale, à cunctis paßionibus contristantibus mundi. Sed est, qui dicat. Quomodo delectabũtur cum CHRISTO uulnerati, flagellati, mutillati, intercisi, crucifixi, iugulati, decapitati, excoriati, exariscerati, sagittati, lanceati, gladiati, nunquid poterunt delectari gaudiose sic corporaliter deformati? Certè sic erit de eorum uulneribus, sicut de uulneribus in corpore CHRISTI, de quo dicamus quomodo & qualiter conseruat in eius corpore uulnerum cicatrices. Conseruat autem CHRISTVS uulnera in eius corpore propter decem causas. s. ad laboris pudorem, ad ueritatis uigorem, ad pulcritudinis decorem, ad memoratum amorem, ad acquisitum honorem, ad estimandum ualorem, ad discutiẽdum torporem, ad inflammandum feruorem, ad concutiẽdum terrorem, ad placandum factorem. Circa primum ubi dico, quòd CHRISTVS conseruat uulnera in eius corpore ad ruboris pudorem, est notandum, quòd homo timens uerecundiam efficitur in facie rubeus, pudor autem ille dicitur ruboris. Cum autem Christianus uidet eius patrem, uel matrem in derisu, in despectu, in contumelijs, in uulneribus & ridet & cantat, lætatur, trepudiat, certe debet multum uerecundari., sed quanto magis, quando uidet eius creatorem, eius gubernatorem, eius redemptorem uulneratum debet erubescere, si lætatur, uel ridet? Vnde Chrisostomus. Pudeat sub spinoso capite membrum deliciosum nutrire, ut igitur sic imprimatur in

Nota decem causas, quare Chrũs cõseruat cicatrices i suo corpore.

mentibus fidelium rubor, sicut in corpore CHRISTI *impressa fuerunt uulnera,* CHRISTVS *eadem uulnera conseruat continue ad ruboris pudorem.* Circa *secundum, in quo dixi, quòd* CHRISTVS *conseruat uulnerum cicatrices in eius corpore ad ueritatis uigorem, est sciendum, quod sicut arbor conseruat eius uigorem, donec dederit fructum, sic Christianus debet in corde, in ore, & in opere conseruare ueritatis uigorem, donec sanctissimæ fidei fructus* DEO *præsentauerit. Sed quia fides est de inuisibilibus, cito homines in hac fide arefiunt, & tempore recolligendi fructus non reperiuntur in arboribus, nec fructus fidei in operatione, nec folia in locutione, nec flores in cogitatione.* Ideo CHRISTVS *tanquam paradisi arbor ad conseruationem uigoris in suis ramusculis fidelibus uulnerum cicatrices in eius corpore conseruat.* Cum *enim Thomas fidelis unus ex duodecim fuerit arboris* CHRISTI *ramus uigoris ante passionem dicens.* Eamus. *s. cum* CHRISTO,
Ioan. 11. c. *& moriamur cum eo, post passionem fuit arefactus di-*
Ioan. 20. f. *cens cæteris apostolis resurrectionem annunciantibus. Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum, & ponam manum meam in latus eius, non credam.* Ecce *quomodo arefactus remanebat infructuosus, si cicatrices uulnerum in* CHRISTI *corpore non uidisset: sed quam primum uidit eum, & tetigit, suum primum uigo-*
Ioã. 20. g. *rem recuperauit, sic* Domino *dicens.* Dominus *meus. s. hic qui surrexit, et* DEVS *meus.* Sic *igitur patet, quomodo* CHRISTVS *uulnerũ cicatrices in eius corpore conseruauit pro electis saluandis ad ueritatis uigo-*

rem. Circa tertium, in quo dico, quòd CHRISTVS conseruat in eius corpore cicatrices uulnerum est ad acquisitum honorem. Cum populus it ad prælium, et bello completo reuertitur cum uictoria, in populo sunt quidam uultu candido, capillis compostis, facie cærulea, membris integris, gladijs acinti. s. Quid est dicendum de his, certe de his habemus dicere. Hi sunt uiri effœminati ueluti sponsæ ad spōsum, ornati, politi pectine decorati, qui ad tubæ sonum timentes corde tremulo, facie pallida fugiunt, & antequam alij arripiant arma, in latibulis abscunduntur. Sed cum ueniunt probi, & strenui milites, apparent homines nigri, ad solem adusti cum uestibus rubiginosis, quorum quidam habent tibias uulneratas, brachia ad collum ligata, quidam habent aures incisas, quidam caput uulneratum habent, quidam sunt exuiscerati. Omnes hi sunt uiri armigeri, & per uulnera cruenta suum honorem acquesierunt, quia uulnera & cicatrices eorum probitatem testificātur. Sūmus autem Dux & Capitaneus CHRISTVS in resurrectione uictoriosus cicatrices ad sui gloriam in corpore reseruauit par. 3. q. 54. ar. 4. in princ. R. Circa quartum ubi dixi, quòd CHRISTVS cicatrices seruauit in corpore ad ostendendum gloriosum decorem. Est consuetudo magnatum & diuitum ostendere suæ potentiæ gloriam in uestibus suarum uxorum, sed quia non ita gloriose per uestem possunt tātam gloriam ostēdere, quantam ostendere cupiunt, tunc ponunt aliquod monile deliciosum ex gemmis & lapidibus præciosis in fronte uel in pectore, quod quidem monile plus ualet, quàm uestis,

Tertia causa quare Chr̄us cō seruat cicatrices ī suo corpore.

sic fecit CHRISTVS *nam cum sponsæ suæ .s. naturæ humanæ fecisset uestem splendidam, corpus suum suscitãdo gloriosum uolens ostendere gloriam suam per amplius et perfectius seruauit cicatrices in suo corpore, quarum quælibet refulget supra modum, plusquàm cæteræ partes corporis nõ uulneratæ par. 3. q. 54. ar. 4.* Et *ita etiam erit in martyribus sanctis.* Circa *quintum ubi dico, quòd* CHRISTVS *seruauit cicatrices uulnerum in eius corpore ad estimandum ualorem. Cum hominum genus sit magnum numero, fueritque obligatum ad magnum præcium soluendum .s. quantum ad culpam remittendam, & quantum ad pœnam diluendã, & quantum ad* DEVM *reconciliandum, nec non quantum ad paradisum aperiendum, sine dubio præcium oportuit esse magnum, & inestimabile.* Hoc *præcium fuit sanguis preciosus* CHRISTI, *in quo erat uita.* Hoc *autem præcium soluit, sicut faciunt capsores, qui cum una manu numerant & proiciunt, & cum altera plena pecunijs refundunt; sic* CHRISTVS *soluens præcium nostræ redemptionis soluit abundè: sed quia præcium solutum est infinitum, non minus apud ipsum remansit, quàm id, quod soluit, unde fuit præcium sufficiens pro omnibus, qui fuerunt, & erunt, & pro omnibus, qui possunt esse, & nũquam erunt, & hoc præcium sanguinis fuit solutum per uulnera.* Vt *autem hoc præciũ ualoris infiniti semper contemplemur; semper estimemus, uoluit cicatrices uulnerum in suo corpore conseruare.* Circa *sextum ubi dixi, quòd* CHRISTVS *seruauit cicatrices uulnerum in suo corpore*

ad excutiendum torporem. Homo in hac uita est ueluti equus homini inter cætera animalia multum familiaris, sed est animal pigrum. Vnde expedit, quòd sæpe cum calcaribus pungatur, & sic eius pigritia in sollicitudinem transmutetur, sed etiam efficitur sollicitus societate. Vnde uno equo uelociter præcedente, alius etiam uelociter sequitur. Similiter homo est DEO præ cæteris animabus familiaris, sed in adimplendis præceptis DEI est piger. Vt autem fiat sollicitus, præponitur sibi CHRISTVS, qui factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis sustinuit uulnera sollicitè, & ualociteer. Vt autem quilibet nostrum eum sollicitè sequatur quasi pro calcaribus seruat cicatrices uulnerum ad torporem excutiendum. Circa septimum, in quo dixi, quòd CHRISTVS seruauit cicatrices uulnerum in suo corpore, est ad inflammandum nostrum feruorem. Sicut differentia est inter prunas & flammam, sic est differentia inter amorem & feruorem. Nanque prunæ sunt carbones accensi, flamma autem est uapor accensus, utrunque ignis est. Sed unus flamma est cum continuo motu, alter autem est sine motu: sic est de amore & feruore, quoniam amans in charitate operatur, sed expectat, quòd præcipiatur illi, & benè præceptum adimplet. Sed quia feruor est promptitudo uoluntatis, feruens non præstolatur præceptum, sed tanquam flamma mobilis instinctu spiritus sancti mouetur ad operandum non solum, quæ sunt sub præcepto, sed etiam quæ sunt de consilio. Modo sicut CHRISTVS crucifixus nos inuitat ad amorem,

Eph. 2.

ita suis uulneribus nos inuitat ad feruorem. Sic igitur seruat cicatrices in corpore ad inflammandum feruorem. Circa octauum ubi dixi, quòd CHRISTVS *seruauit cicatrices in suo corpore ad incutiendum timorem.* Notandum *est, quòd qui non operatur, expedit quòd timore concitetur, concitatur autem homo ad operandum quandoque per timorem pœnarum inflictarum contra malos, quandoque per pœnas inflictas bonis & electis iuxta illud* August. *Cum considero* Iob *in sterquilino,* Ioannem *esurientem in heremo,* Petrum *in crucis patibulo, concludo quantum* DEVS *cruciabit nos, quos odit, quia tantum affligit quos amat.* Vt *igitur semper timeamus illum, qui peccatum non fecit, se præbet exemplum præsentando se crucifixum & cicatrices uulnerum ostendens, ac conseruans ad incutiendum timorem. Circa nonum in quo dixi, quòd* CHRISTVS *seruauit cicatrices uulnerum in suo corpore ad memorandum amorem.* Est *notandum, quòd sicut pœnitentia amici accusat amorem, sic etiam causat amorem memoria amici, quia amicus est præsens amanti. Cum autem* CHRISTVS *amauerit, & uelit amari, non solum præbet suam pœnitentiam, sed reducit nobis ad memoriam quantum nos amauit: hoc autem facit seruando cicatrices uulnerum ad amorem memorandum. Circa decimum, in quo dixi, quòd* CHRISTVS *seruauit cicatrices uulnerum in suo corpore ad placandum omnium factorem. Est notandum uerbum* Bernardi *dicentis.* O' *homo quàm securum ad* DEVM *habes accessum, tibi mater ante filium, & filius ante patrem mater*

ter filio ostendit pectus & ubera, filius patri ostendit latus & uulnera. Nulla igitur poterit esse repulsa, ubi tot concurrunt charitatis insignia, & sic habemus decem rationes, quare seruauit cicatrices in corpore. Sicut igitur miles plenus uulneribus, uel cicatricibus tot habet testes ad celebrandum suum triumphum, sic CHRISTVS habet in se signa uulnerum, quæ pro ipso testificantur, quòd meretur triumphum. Audiuistis, quomodo propter decem causas, siue rationes CHRISTVS uoluit uulnerum cicatrices post resurrectionem in eius corpore seruare. Nunc autem restat declarare rationes, quibus mouentur ad confitendum, quod dominus noster IESVS CHRISTVS seruauerit uulnerum cicatrices in corpore suo post resurrectionem. Et hoc declarabo tribus modis. Primo per ueri corporis ueritatem, quoniam nec uulnera, nec plagæ, nec uulnerum cicatrices possunt apparere realiter in corpore cœlesti, ut stella, nec in corpore fantastico, ut in somnio, sed da uulnera, da cicatrices uulnerum, da plagas, & aperturam pelis, & carnis, hæc per quandam facti euidentiam probabunt corporis CHRISTI ueritatem. Et propterea ad probandam sui corporis ueritatem seruauit in suo corpore cicatrices. Secundo per ueram corporis humanitatem. Non enim debemus credere solum in CHRISTO corporeitatis humanitatem, quam solus homo habet inter animantia, & quam CHRISTVS ostendit per cicatrices, quas in suo corpore seruauit. Tertio per corporeitatis, & humanitatis idemptitatem. Maximè fuit neces-

Christus post resurrectionem tribus rationibus reseruauit cicatrices in corpore suo.

sarium, quòd ostenderet ueritatem resurrectionis: sed quia ad ueram resurrectionem exigitur idemptitas uiuentis & morientis, ac iterum uiuentis, quæ uita resurgentis est, & eiusdem corporis unio: ideo ad hanc idemptitatem probandam fuit necessarium seruare cicatrices. par. 3. adic. 1. 54. ar. 6. in R. *Audistis, quæ sunt illa tria, quæ mouent ad credendum, & affirmandum, quòd dominus noster* IESVS CHRISTVS *seruauerit in corpore suo cicatrices uulnerum. Modo superest declarare totam materiam. Ad huius declarationem noto uerbum* CHRISTI *sic dicentis. Signum filij hominis apparebit in cœlo. Quod quidem signum secundum Christophorum est crux. Vnde uerò crux illa erit, uel ex qua materia fiet, uel quis hoc signum crucis fabricabit, ut clarè loquar, & breuiter, dicam septem notabilia, quibus ostendam crucis signum æternum. Primo enim loquar de corporis* CHRISTI *extensione sub Adæ dormitatione. Secundo de lateris* CHRISTI *apparitione sub hostij archæ Noe situatione. Tertio de* CHRISTI *sanguine distillatione sub Moysi aspersione. Quarto de crucis figuratione sub signo thau consignatione. Quinto de instrumenti inanimati compositione sub ligni scientiæ boni & mali plantatione. Sexto de instrumenti animati electione sub ligni aridi & uiridis discrettione. Septimo de instrumenti æterni impreßione sub plagarum fixione. Circa primum est notandum, quòd intendens procedere de gradu ad gradum, donec perueniamus ad instrumentum æternum, primo debet ostendere, quomo-*

Mat. c. 24.

Crucis signum est æternum.

Primum signum.

do CHRISTVS, priusquam esset uulneratus, primo fuit in terram extensus. Quæ extensio figurata fuit in Adam, quem cum DEVS creasset extra paradisum, postmodum posuit in paradiso, in quo ipsum extendit, quo extensio ipsum soporauit, in quo somno eum docuit naturam omnium rerum, ut scilicet sciret imponere nomina rebus. In quo etiam somno uidit DEVM quadam singulari cognitione, omniumq; cognitionem habuit. Vnde in hoc somno uidit dominum abstrahentem unam costam, ex qua fecit Euam. Et quòd sic uiderit, patet per effectum, quoniam excitatus à somno illi imposuit nomen uirago, quia de uiro sumpta est. Et quãuis somnus ille significet mortuum CHRISTVM in cruce, & quanuis illa extensio significaret CHRISTVM in cruce extensum, & quanuis creatio Euæ de costa significaret productionem ecclesiæ ex latere CHRISTI. par. 3. q. 62. ar. 5. argu. ad oppositum: nihilominus nec ipse Adam, nec ipsa Eua, nec ipsa terra, nec ipse paradisus fuerunt simul, aut seorsum signum illud æternum, de quo inquit dominus. Et apparebit signum filij hominis in cœlo. Circa secundum instrumentum, seu signum, quod est lateris CHRISTI apertio sub hostij archæ Noe situatione. Cum enim DEVS iustus fuisset æquè iratus contra generis humani malitiam, propter quam puniendam proposuit mittere diluuium aquarum, ordinauit, quòd Noe ad specierum præseruationem fabricaret arcam, & inter cætera, quòd hostium archæ poneret ex latere deorsum: per quod hostium introierunt Noe, filij, & uxores, ani-

Gen. c. 2.

Matt. 24. Secundũ signum.

Gen. c. 6.

malia munda, & immunda, & inde finito diluuio emissa fuerunt: coruus non reuersurus, & columba reuersura. Iuxta *sententiam Augustini de ciui. Dei archa significat corpus* CHRISTI *non solum illud, quod est natum de* MARIA *uirgine, & conceptum non ex uirili semine, sed mistico spiramine, sed etiam significat corpus* CHRISTI *misticum, scilicet ecclesiam, quoniam sicut in illo diluuio omnes extra arcam mortui sunt, ita omnes extra ecclesiam damnati sunt.* Et *quoniam sicut intrarunt arcam animalia munda, & immunda, ita ecclesiam* CHRISTI *electi, & reprobi; & quoniam sicut emissa fuit columba, et coruus, ita de corpore* CHRISTI *exeunt iusti, & iniusti, electi, & reprobi, ut quidam per apostasiam, ut quidam per haeresim, ut quidam per scisma, ut quidam per peccatum mortale.* Et *quoniam sicut coruus emissus non reddit, sic reprobi semel exeuntes nunquàm reuertuntur.* Et *quoniam sicut columba emissa reddit, sic electi recedentes à* CHRISTO *finaliter ad* CHRISTVM *reuertuntur, nunquàm recessuri.* Et *quoniam sicut in arca fuit unum hostium à latere deorsum, sic in ecclesia datur unum hostium, scilicet* CHRISTVS *incommunicabiliter. par. 3. q. 8. ar. 2. arg. 3.* Nulli nanque est *communicatum, quòd sit hostium, nisi* CHRISTO, Ioan. c. 10. *quia ipse solus* DEVS, *& homo, qui ait.* Per me *si quis introierit, pascua inueniet.* Et *quanuis arca haberet hostium in latere deorsum, & licet haberet fenestram, non tamen ipsa fenestra erat sufficiens signum,* Tertium signum. *nec sufficiens instrumentum aeternum.* Circa *tertium*

signum, quod est de CHRISTI sanguinis distillatione sub Moysi aspersione, est notandum, quòd cum populus duce Moyse exisset Aegyptum, & pertransisset mare rubrum sicco pede, Moyses ascendit montem, qui reddiens ad populum tulit secum librum sermonum DEI, quem legit coram populo. Qui populus promisit omnia facere, quæ erant scripta in libro, qua promißione facta, Moyses accepto aspersorio in sanguine uituli intincto aspersit librum, & populum. Aspersorium istud in manu Moysi significabat figuratiuè CHRISTVM, cuius caro plena sanguine fuit, de quo sanguine aspergitur liber non ueteris, sed noui testamenti. Aspergitur igitur populus, scilicet credens in CHRISTVM, qui dilexit nos, & lauit nos in sanguine suo. Qui sanguis quanuis nos mundet à peccatis, non est tamen illud instrumentum, uel signũ æternum, quod nos inquirimus. Circa quartum signum, quod est de crucis figuratione per signi thau consignationem, est notandum, quòd cum populus Hyerosolimitanus grauiter peccasset contra DEVM per idolatriam, præcepit DEVS, quòd omnis populus, qui non haberet signum thau in frontibus suis, interficeretur. Thau est litera Hæbraica habens figuram crucis, unde figurabat crucem, quæ est signum populi adorantis CHRISTVM crucifixum. Quo signo fuerunt signati in frontibus suis serui DEI duodecim milia. Et licet thau fuerit quoddam signum figuratiuum, modo tamen ipsum signum non ueneramur, quia iam mysterium suum complectum est per crucem. Vnde nunc est

Exo.c.24

Apoc. c.1.

Quartum signum.

Eccl.c.9.

Apoc.c.7.

mortificatum, sicut & cætera antiquæ legis cerimonialia ut. 1.2.q.103.ar.3.&.4. Vnde crux sub similitudine thau non est signum filij hominis æternum. Circa quintum signum, quod fit de instrumenti inanimati compositione sub ligni uitæ, & sub ligni scientiæ boni & mali plantatione, sciendum est, quòd quanuis DEVS in terrestri paradiso multas arbores plantasset, duas tamen præcipuè plantauit; scilicet lignum uitæ, et lignum scientiæ boni & mali. Sic igitur ponimus scientiam bonorum ad dexteram, & scientiam malorum ad synistram: longitudinem autem utrorumque significabit æternitatem, quoniam mali mittentur in supplicium æternum, iusti uero in uitam æternam. Et quanquàm hæc duo ligna sic in figura crucis sint composita, hoc tamen non est signum, neque instrumentum æternum, quod nos perscrutamur. Circa sextum signum, scilicet de instrumenti animati electione sub ligni aridi, & uiridis comparatione, siue discretione, sciendum est, quòd comparatio ligni uiridis, & ligni aridi facta fuit, quando mulieribus CHRISTVS dixit. Filiæ Hyerusalem nolite flere super me, sed super uos, & super filios uestros flete, quoniam si in uiridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet? ac si apertè diceret. Si in uiro iusto tot mala faciunt, in ipsis iniustis mala euenient? Quando dominus noster IESVS CHRISTVS dixit hæc uerba, simul concurrebant quatuor cruces. Prima erat crux uniuersalis, scilicet totus mundus, qui per ipsum patris uerbum factus est. Hæc autem sic fit. Expoliemus CHRISTVM, & extendamus eum in

Quintum signum.

Sextum signum.

Luc. c. 23.

in terra ponendo caput suum ad Orientem, pedes ad Occidentem, manum dexteram ad Aquilonem, sinistram ad Meridiem, & sic habemus crucem uniuersalem, scilicet totum mundum. Altera fuit crux particularis, quando Iudaei dicebant, extendamus corpus CHRISTI cum brachijs apertis. Tertia fuit crux particularis, quam CHRISTVS baiulauit, & quam Symon iuit portare. Nulla tamen istarum trium est signum, siue instrumentum aeternum, quod inquirimus. Recurramus ergo ad septimum signum, quod est aeterni instrumenti impreßio sub plagarum infixione. Haec enim est crux uera, hoc est signum, & instrumentum aeternum, hoc est illud signum, de quo inquit euangelista. Et apparebit signum filij hominis in coelo. Hoc signum dicitur quandoque uulnera, quandoque plagae, quandoque cicatrices, quandoque stigmata. Cicatrix, & stigma idem sunt, scilicet obductio quaedam consolidati uulneris. Plaga & uulnus idem significant: est tamen differentia inter ulcus & uulnus, quoniam uulnus est scissura, quae fit ab extrinseco: ulcus autem est apostema, quod fit ab intrinseco: quod minime fuit in CHRISTO, in quo concedimus cicatricem, & stigma prout capiunt pro signo uulneris, scilicet consolidati. In quo etiam CHRISTO concedimus plagam, & uulnus, prout uulnus est plaga recens, & prout distinguitur ab ulco, quod est plaga inueterata. Sic igitur his nominibus declaratis, declarabo hanc difficultatem tribus uijs. Prima uia est processus per authoritates ueteris testamenti: altera uia erit processus per authoritates noui testa-

Septimũ signum.

Mat. c. 24

Quatuor modis nominantur vulnera.

Nota triplicẽ viã declarandi, an in Christo reseruentur vulnera.

menti. Tertia uia erit processus per authoritates doctorum antiquorum cum expositione doctorum modernorum. Prima uia est processus per authoritates ueteris testamenti. Ad quam conclusionem confirmandam adduco Zachariam prophetam. Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet his plagis plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. Iudæi nanque in patriarchis figurantibus CHRISTVM, & in prophetis eundem prophetantibus diligebant CHRISTVM uenturum, quem usque in hodiernum diem pronunciant in suis synagogis uenturum, eum non credentes iam uenisse. Vnde in umbra figurarum diligebant CHRISTVM, & in splendida luce merediana ipsum oderunt, & patrem. Vnde benedicit in hoc uersiculo. Plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me, scilicet in umbra figurarum, & oderunt in luce ueritatis. Et diligentius est notandum, quòd non dicitur. Quid sunt istæ cicatrices in medio manuum tuarum: quoniam cicatrices & stigmata sunt plagarum & uulnerum consolidatorum signa, & facta consolidatione non dicuntur amplius plagæ, uel uulnera, sed dicuntur uulnerum, & plagarum signa. Et ideo Zacharias in persona CHRISTI non dicit. His cicatricibus, uel stigmatibus fui stigmaticatus, sed dicit. His plagis fui plagatus in domo eorum, qui diligebant me. Sed inquit æmulator. Zacharias non fuit loquutus de alio implagato, sed fuit de se loquutus. Respondens dico, quòd non fuit loquutus de se, neque de alio, sed de CHRISTO. Quòd autem fuerit loquutus de

Zacha. c. 13. c

Ioan. c. 5.

Zacha. c. 13. c

Prima obiectio.

CHRISTO, & non de se, declaro, quoniam & si crux fuit instrumentum, in quo puniebantur peccatores, attamen de nullo propheta legitur, quòd fuerit crucifixus, nec in medio manuũ plagatus, nisi de solo CHRISTO morte turpißima condemnato. Quòd autem nõ fuerit loquutus de se, sic declaro: quoniam inter prophetas ipse solus Zacharias filius Barachiæ non fuit lanceatus, neque crucifixus, nec in medio manuum fuit plagatus, sed inter templum & altare fuit lapidatus. Et sic introducitur à CHRISTO. Patet igitur, quòd non fuit loquutus de se, neque de alio, præterquàm de CHRISTO. Sed replicando in contrarium inquit æmulator, quòd fuit loquutus de alio, scilicet de Zacharia patre Ioannis baptistæ. Ego autem respondens dico, quòd non est uerum: quia hic Zacharias pater Ioannis fuit tantum sacerdos. Ille autem filius Barachiæ fuit filius summi sacerdotis, scilicet Ioradæ. Fuit & Zacharias pater Ioannis eo tempore, quo Iudæa erat sine regibus subiecta principibus Romanorum. Iste autem Zacharias filius Ioradæ fuit temporibus Regum. Nam ipse tenuit occultatum Iohas filium Ochoziæ sex annis, quibus finitis sua prudentia, et sagacitate restituit eum in regno. Aemulator autem his responsionibus non plenè contentus, iterum obiciens inquit. Quod erat futurum, ponit in uerbo præteriti temporis. Dicit enim bis plagatus sum in domo eorum, qui me diligebant. Nanque Zacharias iste, de quo loquimur, prophetizauit in anno septuagesimo à transmigratione Babillonis anno secundo Darij, mense octauo. Et in prologo dum

2.Paralip. c.24. Mat.c.23.

Secunda obiectio. Luc.c.1.

2.Paralip. c.22. Luc.c.1.

2.Paralip. c.22.in fi. &.23.

Tertia obiectio.

zach.c.1. Esdr.c.1.

compleerentur septuaginta captiuitatis anni iuxta prophetiam Hieremiæ. Sic enim prophetauit præteritum pro futuro idem Zacharias, quando prophetauit CHRISTVM in regia dignitate intrantem ciuitatem Hyerusalem, quando inquit. Exulta satis filia

zach.c. 9. b. Syon, iubila filia Hyerusalem, ecce Rex tuus uenit tibi iustus, & saluator, pauper, & sedens super asinam, & super pullum filium asinæ. Similiter prophetizans de præterito rem futuram prophetauit CHRI-

zach.c.11. c. STI emptionem, & uenditionem, dicens. Et appenderunt mercedem meã triginta argẽteos. Sed cur datur iste modus prophetandi? Respondit in expositione psalmorum Nicolaus de Lyra, quòd hunc modum seruant prophetæ ponentes præteritum pro futuro ad maiorem expreßionem ueritatis. Sic enim nauigantes per mare ponunt præteritum pro futuro. Dum nauis rector dicit, uertatis uelum, respondent, factum est. Vt autem clarius loquar, ponam quartam abiectionem. Inquit

Quarta obiectio. enim æmulator. Forte si iste propheta hunc ordinem seruat, alij prophetæ non seruant. Cui respondens dico, quòd in genere habito respectu ad rem prophetatam, & ad tempus, triplex est prophetia, scilicet de præsenti, de præterito, & de futuro. 2.2.q.171. arti. 3. Sed ad præsens quantum spectat, ego ostẽdam, quòd non solum Zacharias utitur hoc modo, scilicet ponendo præteritum pro futuro, sed etiam alij prophetæ. Nã non ne Dauid usus fuit præterito pro futuro, quando loquens de Iudæis præbeis, & de magnatibus futuris CHRISTO in paßione crudelibus, dixit. Cir-

cundederunt me uituli multi, tauri pingues obsederunt me. Non ne ipse Dauid posuit præteritum pro futuro, quando conquerebatur de rabida malitia principum, & seniorum, cum ait. Circundederunt me canes multi, consilium malignantium obsedit me, Et in eodem psalmo. Diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem meam miserunt sortem. Item in eodem psalmo. Foderunt manus meas, & pedes meos. Cum igitur Zacharias in persona CHRISTI loquens dicat. His plagis plagatus sum in domo eorum, & sic utitur præterito pro futuro, dicit, quòd est plagis plagandus. Sed quia non utitur isto nomine cicatricibus, nec stigmatibus, nec nomine ulceribus, sed utitur tantumodo nomine plagis, sub quo equiualenter utitur implicitè hoc nomine uulneribus. Sic igitur cõcludo, quòd CHRISTVS non solum in suo corpore glorioso seruauit cicatrices & stigmata, sed etiam plagas, uel uulnera. Et per ista patet primus processus, scilicet authoritatum ueteris testamenti. Secundus processus est per authoritates noui testamenti. Cum enim absente Thoma Dydimo apparuisset dominus undecim discipulis, & cum idem Thomas uenisset, & cum ipsi cum gaudio narrarent, quomodo dominus resuscitatus apparuisset eis, respondit incredulus. Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum, & ponam digitum meum in locum clauorum, & ponam manum meam in latus eius, non credam. Ad huius authoritatis expositionem primo debeo declarare huius discipuli nomen, & cognomen. Dicitur enim Thomas Dydimus. Dicit enim Alchius,

Psal.21.c. Psal.21.c. Psal.21.d. Psal.21.c. Secunda via. Ioanc.20.

quòd Dydimus Græcè Latinè dicitur geminus. Thomas autem dicitur abyssus. Fuit enim abyssus propter altitudinem diuinitatis, quam certa fide penetrauit, scilicet cum ait. Dominus meus secundum naturam humanam, & DEVS meus secundum naturam diuinam. Fuit etiam Dydimus geminus propter dubiosum cor in credendo. Et benè dicitur, quòd non erat cum alijs discipulis, quando uenit IESVS .s. propter infidelitatem, & incredulitatem, quibus erat alienus. Dicit enim nisi ponam digitum meum in locum, uel fixuram clauorum non credam. Inter scissuram, & fixuram hæc datur differentia. Nanque scissura dicitur à scindo, dis, quod est diuidere. Fixura uero dicitur à figo, gis, quod est conficare. Et bene hæc nomina conueniunt, quoniam per fixuram fit scissura. Cum enim clauus coficabatur, tunc per dissolutionem continuitatis caro scindebatur. Vnde per fixuram fiebat scissura. Et de his scissuris & fixuris loquitur Thomas Dydimus, cum inquit. Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum, non credam. Et quanuis huiusmodi proponimentum uideatur procedere ab obstinato, uel à casu, hoc tamen totum est à diuina prouidentia, ut discipulus dubitans, dum in magistro suo uulnera palpat carnis, in nobis uulnera sanat infidelitatis. Euangelista enim Ioannes non nominat loca clauorum, nec cicatrices, nec stigmata, sed uulnera. Dignum autem est quærere, qualiter corpus incorruptibile typos habeat clauorum? Et ne tumulteris, Augustinus ait. Sicut enim demostrauit Thomæ non credenti, nisi tangeret, & uideret, ita

In lib. de symbolo.

etiam inimicis suis demonstraturus est uulnera sua, nõ ut eis dicat, ut Thomæ (quia me uidisti, credidisti) Ioan. 20. f. *sed ut conuincens eos ueritatis dicat.* Ecce, *uidete hominis, quẽ despexistis, uulnera, quæ infixistis, agnoscite latus, quod pupugistis: quoniam per uos, & propter uos apertum est, & tamen intrare noluistis.* Et *sic patet per* Augustinum *ueritas, dum non dicit, nisi uulnera.* Et *alibi sic ait* Augusti. Præ*teriti autem temporis uerbis usus est, tanquàm ille illud, quod erat futurum, in sua nouerat prædestinatione iam factum.* Et *sic patet secunda uia, siue processus per authoritatem noui testamenti, & suorum expositorum.* Tertia *uia, siue* Tertia via. *processio est per doctores modernos.* Si *iuxta commu-* Prima cõ futatio. *nem determinationem doctorum* CHRISTVS *reseruauit cicatrices uulnerum cum singulari splendore gloriæ rutilante, cum decore, & pulchritudine inextimabilis triumphi: ita potuit reseruare ad eiusdem triumphi gloriam uulnerum plagas.* Non *enim minoris gloriæ signum refulget ab anima illa unita uerbo ad corpus per plagarum uulnera, quàm per cicatrices.* Secunda Et *si diuinitas illa æterni patris sua immensa, & inef-* cõfutatio. *fabili maiestate potuit ad tempus reseruare cicatrices, & uulnera, scilicet ad fidem discipulorum formandam, confirmandam, & dilatandam: cur non potest etiam in cœlis, quod potuit in terris?* Et *cur non potest hodie, quod potuit heri?* Et *cur non potest apud patrem, quod potuit in undecim discipulis congregatis?* Et *cur non potest tantum sedens ad patris dexteram, quantum conuescens ad discipulorum mensam.* Ergo *dic tu ò*

æmulator, dic, dic cum Augustino. Domini corpus in cœlo esse credo, ut erat, quando ascendit in cœlum.

Tertia cõfutatio.

Si uero CHRISTVS ad suorum militum exhortationem, solamen, & conuersionem apparuit in cœlo, & in terra cum rutillãtibus cicatricibus, ut Marco, ut Dyonisio, ut Chaterinæ, ut Stephano, ut Paulo, quare non etiam idem potest hodie, & cras cum fulgentibus plagarum uulneribus apparere? Sed & si ad

Quarta cõfutatio.

ignominiosam paßionem insinuandam, & ad Iudæorum exprobationẽ confutationem, subsanationem, confusionem, & obstinationem potuit, sciuit, & uoluit reseruare uulnerum cicatrices, cur (ô æmulator) non potuit, cur nesciuit, cur noluit etiam ad crucifigentium crucifige clamantium mœrorem, & clauos conficantium ruborem uulnera, & plagas in suo corpore reseruare, & eisdem Iudæis clamantibus, eisdemque militibus plagas figentibus ad sui bene placitum ostendere? Hæc eliciuntur par.3.q.54.art.4.& .q.88. arti.2.arg.2.

Quinta cõfutatio.

Si enim in corporibus martyrũm ostenduntur cicatrices non ad ipsorum corporum dedecus, non turpitudinem, non ad defectum, sed ad maiorem cumulum gloriæ, in quantum sunt quædam uirtutum insignia ut par.3.q.54.artic.4.arg.1. multo gloriosius debent esse in CHRISTO par.3.q.80.artic.1. arg.5. quoniam est fons totius pulchritudinis, à quo excluditur omnis deformitas, quæ remanet in damnatis, & in quo relucet omnis formositas per amplius, & perfectius, quæ reperitur in beatis. adic.q.84. art.1. in fine R.

Sexta cõfutatio.

Præterea si omnis culpabilis turpitudo,

omnis culpabilis deformitas, omnis culpabilis infanies, omnis culpabilis abhominatio, omnis subsanabilis, & scandalosa conuersatio in illa uita gloriosa conuertetur in reuerentiam, in honorem, in gloriam, in benedictionem, & triumphum, ut sicut omnia peccata plena rubore erubescentiæ, ut Petri, *ut* Pauli, *ut* Magdalenæ, *ut in adulterio depræhensæ, ut latronis, ut* Matthæi *recitantur in ecclesia, & cum cantu memorantur ad diuinæ miserationis gloriam, ita in sanctis cessabit omnis pudor, & diuulgabitur ad honorem*: *par.3.q.85.ar.2.in* R. *cum arg.3.* Sicut *enim ista culpabilia tale capiunt remedium, multo magis possunt adhiberi remedia pœnalibus in gloriosa resurrectione.* Vnde *sicut omnis anima beata perfectißimè subiacet* DEO: *ita omne glorificatum corpus subijcietur animæ glorificatæ. par.3.q.81.artic.1.in fine* R. Ver. Et ideo *alij.*Et *par.3.q.54.ar.1.arg.2.Sic igitur* CHRISTVS *ad libitum potuit uideri, & non uideri.* Potuit *uideri ab oculo glorioso, & non glorioso: potuit uideri gloriosè & non gloriosè.*Par.*3.q.83.arti.1.2.&.3.ita potest ostendere cicatrices uulnerum, & ipsa uulnera.* Vnde *quia potest ostendere totum corpus, potest & per consequens ostendere partem.* Et *qui potest ostendere cicatricem cum partium continuitate, ita potest ostendere scissuram cum partium continuitate.*Ipse *nanque est ille, qui seruauit loca clauorum, & lanceæ, ut discipulum conuerteret, & in iuditio canctos terreret, & aspicient ad me, quem transfixerunt: &* Zach.12.c Euangelista.Videbunt, *in quem transfixerunt.*Et *quā-* Ioã.c.19.c

nis doctores allegati quandoque utantur hoc nomine cicatrices, quandoque hoc nomine uulnera, attamen propter textum ueteris testamenti, & propter literam noui adhæreo uerbis sancti doctoris sæpius in hoc libro allegati: & maximè propter uerbnm Matthæi dicentis. Et apparebit in cœlo signum filij hominis &c. In

Mat.c.23.

Ioelis.c.3. in prin.

ualle Iosaphat erit iudicium, & habetur par.3.q.86. art.4.arg.1. Et quia omnes reprobi stabunt ad sinistram, idest in terra, & electi stabunt ad dexteram, idest in cœlo, scilicet aereo. In forma gloriosa iudicabit, apertis brachijs sic omnibus ostendens, idest reducens ad memoriam paßionem suam. Sic in cœlo apparebit signum filij hominis. par.3.q.88.arti.2.arg.1. Quod signum uidere mereamur cum sanctis per gloriam.

GRATIA DEO, CVIVS OPERA, atque Doctrina iam declarauimus, quomodo CHRISTVS uerè DEVS absconditus, fuit absconditus in cœlesti patre æternaliter, in matre temporaliter, in sanctis patribus, in figuris animatis prophetantibus, in figuris inanimatis prænunciantibus, in electis spiritualiter, in accidentibus sacramentaliter, in paßionibus humiliter, in triumphis fœliciter. Et quoniam ad hoc arduum opus compilandum fui motus in proceßione corporis CHRISTI per Venerabiles Sacræ Theologiæ Doctores, scilicet per Magistrum Ioachinum Venetum, & per Magistrum Antonium Alexandrinum ad promouendum populos deuotos ad feruentiorem deuotionē memorando triūphos CHRISTI, ideo nunc in fine operis tractabo de honore

fiendo

fiendo in processione huic CHRISTO DEI *& gloriosissimæ uirginis* MARIAE *filio latitanti in sacramento sub accidentibus panis, & uini. Sed quia de processionis ortu & suis particulis concomitantibus est aliqualiter tractatum in primo huius operis libro, ideo in præsentiarum tractabo duntaxat de honore fiendo* CHRISTO *extra processionem. Primo per quos debet honorari. Secundo quantum debet glorificari.* Tertio *quomodo honorantes debent uenerari. Circa primum ubi dico per quos* CHRISTVS DEI, *& gloriosæ uirginis* MARIAE *filius in triumphis absconditus fœliciter debet honorari, dico quòd sunt duo genera hominũ, per quos* CHRISTVS *debet honorari. Primi sunt fideles, & non infideles. Hic honor est ita necessarius, quòd sine illo nemo dignè honorat* CHRISTVM, *amando, & obediendo, & per intellectum non credendo, & quomodo potest quis honorare* CHRISTVM *eius fidei ueritatem confitendo, nec fide credendo? Et quomodo potest quis honorare* CHRISTVM *sacrificando, & in* CHRISTVM *non credendo. Quid & quantum ualent genuflexiones, prostrationes, capitis denudationes, pectoris percussiones, omnes conciones? Nonne* DEI *infidelibus, & incredulis potest dici. Popolus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me? O quàm ingratum, & quantum abhominabile est in publico esse Christianum, & in secreto esse Iudæum, uel paganum. Sicut abhominabile est cum ciuibus esse ciuem in concilio, & in secreto cum inimicis esse patriæ*

Nota duo genera hominũ, per quos Christus debet honorari.

proditorem: sic legimus fecisse Iudæos, qui in templo, & in synagoga iudaica, & in corde, uel in cubiculo idola colebant. Vnde legitur, quòd dominus uocauit

Ezech. 8. Ezechielem dicens. Fili hominis uide abhominationes, & introduxit me dominus ad hostium atrij, & uidi, & ecce foramen unum in pariete, & dixit dominus ad me. Fili hominis fode parietem, & cum fodissem parietem, aperuit hostium unum, & dixit dominus ad me. Ingredere, & uide abhominationes pessimas, quas isti faciunt hic, & ingressus uidi. Et ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abhominatio & uniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete in circuitu per totum, & septuaginta uiri de senioribus domus Israel, & unusquisque habebat thuribulum in manu sua, & uapor nebulæ de thure consurgabat. Et dixit ad me, ecce tu uidisti; quæ seniores domus Israel faciunt. Cum autem non placeant DEO sacramenta, neque sacramentalia, neque spiritualia, neque ipsum martyrium sine fide, ideo primus honor DEO fiendus, est fides. Fideles igitur rectè credentes sunt primi, qui CHRISTVM honorant in hac processione, infideles autem sunt deteriores idolo, & dæmonio, qui adoratur in idolo. Quoniam legimus idolum honorasse CHRISTVM,

1. Reg. c. 5. quem non honorat homo infidelis. Nam Philistini dato conflictu populo Israel tulerunt arcam domini, quam deposuerunt in templo Dei sui Dagon, propè Dagon, idest propè statuam, quam pro Deo adorabant, & in qua Dyabolus fallax dabat eis responsa fallacia. In sequenti uerò mane intrantes templum inuenerunt Da-

gon pronum in terra ante arcam domini. Iterum autem tulerunt Dagon, & reposuerunt Dagon apud arcam domini. Sequenti uerò die intrantes templum inuenerunt Dagon in limine hostij templi abscissis manibus, & truncato capite: ecce quomodo honorem, quem facere noluerunt Philistini infideles DEO uero coram arca fœderis, hunc Dagon eorum idolum fecit, dyabolo honorante DEVM, idolum suum deponendo, quasi uellet dicere idolum Deum falsum depono, quia non est dignum Deum falsum stare propè DEVM uiuum et uerum. Similiter peiores fuerunt Iudæi Dyabolo, quoniam propter eorum peccata perdiderunt arcam domini in prælio, nec solliciti fuerunt tanquam fideles 1. Re. c. 6. ipsam recuperare in mensibus septem, Philistini autem infideles uocatis diuinatoribus, & reuelante Dyabolo, tractauerunt restituere arcam populo Israel reducendo illam in locum suum. Vnde ipsam abstulerant, & hoc propter mala, quæ patiebantur in suis corporibus propter arcæ domini præsentiam. Nam uillis & agris ebullientibus, nati sunt mures in nimia copia, & in tota regione quinque ciuitatum Philistinorum facta est maxima confusio, post quam confusionem DEVS percussit ciues de azotto una ciuitatum quinque in secreta natum posteriora, & erat ipsorum ululatus usque ad cœlum. Habito autem in consilio circunduxerunt arcam domini, & in quacunque ciuitate, quam intrabant, moriebantur homines morte repentina. Tandem habito consilio iuxta numerum quinque prouinciarum, fecerunt quinque mures aureos, et quinque anos, quibus po-

ſitis in una capſa obtulerunt DEO propter peccatum commiſſum in detentione arcæ domini. Vnde impoſita arca domini cum capſa, in qua erant mures & ani argentei poſuerunt ſuper plauſtrum, cui adiunxerunt duas uaccas, quarū uitulos abſcondentes habebant plauſtrum iniungentes. Tandem conducta fuit arca domini ad domum Aminadab in Gabaa, ob quam cauſam timētes uiri Bethſamitæ. Vna quinque ciuitatum Philiſtinorum obtulerunt uictimam in holocauſtum domino. Quam antequàm uiri Chanatarim accepiſſent, percuſſit dominus de uiris Bethſamitis ſeptuaginta de maioribus, de plebeis autem quinque milia. Ecce quomodo infideles honorauerunt dominum in arca domini propter iudicia ſua, quibus Iudæi fuerunt deteriores arcam domini negligendo recuperare, quam honorauerunt infideles, ſcilicet Philiſtini. Sed quid dicam de chriſtianis? Quoniam iſti ſunt deteriores paganis, Iudæis & Dæmonijs. Nanque iſta arca ut ſupra habuiſtis, ſignificabat CHRISTVM, quem Dyabolus non blaſphemauit, chriſtiani autem eum blaſphemant in perſona, in matre in ſuis ſanctis. Dyabolus dixit CHRISTVM DEVM uirum ſanctum. Iudæus pro tunc credidit in figura; chriſtianus non credit in ueritate. Pagani honorauerunt arcam oblationibus argenteis, ſacrificio: Chriſtiani autem non honorant, nec oblationibus nec ſacrificijs. Secundi honorantes CHRISTVM ſunt ſpirituales, & non carnales. Cum rex
2.Reg. c. 6.b Dauid transferret arcam domini de Gabaa ex domo Aminadab, accidit quòd boues calcitrabant, unde arca

declinauit. Oza autem timens, ne arca de claustro caderet, apposuit manum, contra quem iratus est dominus, & cecidit mortuus prope arcam. Et dicunt doctores Iudæorum, quòd ideo dominus ipsum percussit morte, quia non abstinuerat illa nocte à coitu, & cognitione uxoris. Erat enim præceptum domini per Moysen, quòd cum populus deberet sanctificari, non appropinquaret uxoribus. Iustè igitur fuit mortuus, quia ministrans arcæ non fuerat primo sanctificatus. Si igitur ministrans arcæ debuit sanctificari, quanto magis ministrans CHRISTO figurato per arcam? Sed si sanctificatus debebat abstinere ab uxore, quanto magis debet Christianus abstinere ab uxore? Sed si debet ab uxore propria, quanto magis & ab aliena? Sed quanto magis ab incestu consanguineæ? & quanto magis à stupro deflorationis uirginis? & quanto magis à sacrilego sacrati & DEO sacratæ? Quanto autem magis à mollicie? quanto amplius à sodomia? Sed quam amplius à bestialitate? Et si domino apparenti in nube, uel radio debebant sanctificari obuiantes, quanto magis debemus nos sanctificari obuiando CHRISTO in humanitate nobis apparenti? Quoniam dictum est, quòd in hac processione CHRISTVM honorant spirituales, & non carnales: & quia Ozeæ imputatur carnalitas, & post carnalitatem imputatur tactus arcæ, quia uerò Bethsamitis imputatur uisus, quia uiderunt arcam domini, ideo restant tria declaranda. Primum est, si honorat, uel inhonorat CHRISTVM, qui est in peccato mortali, & tangit corpus CHRISTI,

Exod. c. 19. c.

Secundum est, si honorat CHRISTUM ministrans in peccato mortali CHRISTO. Tertium est, si honorat, uel inhonorat in peccato mortali respiciens in altari corpus CHRISTI. Quantum ad primum est notandũ, quòd CHRISTUS specie propria, et humana in mortali carne uiuens præbuit se peccatoribus tangendum, & cum beneficio sanitatis corporalis dicente muliere sanguinis fluxum patiente. Si tetigero tantum fimbriam uestimenti eius, salua ero; & etiam cum beneficio sanitatis spiritualis in Magdalena. Sed post resurrectionem præbuit etiam se tangendum in specie humana, & immortali, ut mulieribus accedentibus, & tenentibus pedes eius, & hoc ad fundandam fidem de resurrectione. In sacramento autem præbet se tangendum non in propria specie, sed sub specie panis in signum spiritualis unionis. Vnde infidelis uadens ad hoc sacramentum sine fide, fingit se unitum CHRISTO, quod non est uerum, ideo incurrit crimen falsitatis, & peccat, & CHRISTUM non honorat, sed inhonorat. Similiter fidelis in peccato mortali accedens ad hoc sacramentum, simulat se unitum CHRISTO per fidem formatam, & cum non sit uerum, sic incurrit crimen falsitatis. Vnde sicut in propria specie uiuens & resurgens honorabitur à peccatoribus eum tangentibus, ita in hoc sacramento inhonoratur à peccatoribus eum tangentibus, & sumentibus. par. 3. q. 80. ar. 4. argu. 1. Sicut igitur Oza tacta arca domini mortuus est, sic indigne tangens corpus in sacramento peccat mortaliter. Nec mirum, quoniam

Mat. c. 15.

Luc. c. 7. f

etiam quicunque tangit sacramenta, ministrando in peccato mortali, peccat mortaliter immo (quòd durius est) peccat mortaliter in peccato mortali ministrans sacramentalia, ut subdiaconus ministrans uinum in calice, hostiam in patena, ut diaconus præparans corporale, et porrigens sacerdoti calicem præparatum, ut sacerdos consecrando hostiam, consecrando uinum, ut episcopus conferendo sacros ordines. par. 3. q. 34. art. 5. argu. 4. Sed cui mirum si sumendo sacramentum peccabit mortaliter, & inhonorabit CHRISTVM intuendo eum, quando in altari eleuatur sacrificium sacramentum corporis domini nostri IESV CHRISTI, quotienscunque ostenditur populo, uel in altari, dum eleuatur, uel dum ad infirmos portatur, uel dum per episcopum in processione populo præsentatur, semper à populo debet adorando honorari, & licèt ille, qui gustat, peccat mortaliter, attamen qui uidet, qui intuetur, & cum reuerentia adorat, non peccat, immo honorat. Sed est qui dicat. Bethsamite uiderunt arcam domini, & hoc cum reuerentia; nam celebrauerunt coràm arca sacrificium de lignis plaustri, accenso igne, & de uaccis facto sacrificio & tamen mortui sunt de proceribus septuaginta, de plebeis quinquaginta milia, certe ideo mortui sunt tot, ne timore mortis detinerent arcam, quā proposuerant retinere. Vnde passi plagam mortis miserunt ad habitatores Canatharum, ut uenirent ad recipiendum arcam. Sed cum dictum fuerit, quòd Oza ideo punitus fuit morte repentina, quia illa nocte non abstinuerat à coitu. Et cum multi, & multæ uel petie- 1. Re. c. 6.

rint, uel reddiderint debitum hac nocte, & nunc sint nobiscum in processione, quæro an hi uiri, & hæ mulieres honorent CHRISTVM, uel inhonorent cum Oza morte percussio? Respondens dico quòd in hac processione honorant CHRISTVM decem species hominum. Primi sunt clerici DEO dedicati, non carnales, sed spirituales, carnalia omnino fugientes, mundi ab omni immundicia. Secundi sunt religiosi uoto castitatis astricti. Tertij sunt hæremitæ contra carnem sola charitate bellantes. Quarti sunt uiri & mulieres in uiduitate continentes. Quinti sunt domicelli & domicellæ in continentia proposito uiuentes usque ad sacrum matrimonium. Sexti sunt uiri & mulieres matrimonio copulati in diebus ieiunij & festiuitatum castitatem simul & de communi consensu seruantes. par. 3. q. 62. articu. 8. Septimi debitum reddentes petenti. ead. q. articu. 5. Octaui sunt debitum non petentes, sed carnem superantes. ead. q. arti. 6. Noni sunt concubinarij saltem in die ieiunij, orationis, & festi à peccato se præseruantes. Decimi sunt meretrices lucrum in diebus deuotis renuentes, & sic habemus, qui sunt CHRISTVM honorantes in hac processione, scilicet spirituales et nō carnales. Circa tertiū, in quo dico quantum debet glorificari, dico, quòd CHRISTVS DEI & gloriosissimæ uirginis MARIAE filius debet glorificari, ut summus sacerdos, & pontifex gloriosus, ut Rex, & Imperator prosperosus: ut bellator strenuus, & triumphator uictoriosus, ut dilectus, & amator, gratiosus, ut iudex & præmiator ul-

Decē species hominum honorant Christum.

Notandū quanqꝫ p̄ro gatiuas

gorosus. Circa primum, in quo dico, quòd CHRISTVS DEI & gloriosæ uirginis MARIAE filius debet glorificari, ut sūmus pontifex, & sacerdos gloriosus, est notandum, quòd nunquam fuit sacerdos, neque est, neque erit tantus, neque talis, quantus, & qualis fuit CHRISTVS. De nemine enim per Dauid dictum est. Tu es sacerdos in æternum. Cæteri pontifices obtulerunt uitulum cum Aaron pro peccato suo, CHRISTVS non obtulit sacrificium, nisi pro peccato alieno. Cæteri pontifices intrabant omni anno in sancta sanctorum: CHRISTVS semel pro semper. Cæteri intrabant in sanguine uaccæ, rufa, CHRISTVS intrauit per proprium sanguinem. Nemo enim optulit in sacrificio sanguinem humanum, & proprium, nisi CHRISTVS. Nemo fuit simul sacerdos & sacrificiū, nisi solus CHRISTVS. Vnde CHRISTVS est sacerdos, est magnus, de quo Zacharias ait. Ostendet mihi dominus DEVS IESVM sacerdotem magnum, & sanctum stabat à dextris eius, ut aduersaretur ei. Et dixit dominus ad Satan, increpet dominus in te, qui elegit Hyerusalē. Nunquid non iste torris, erutus de igne? idest tictio erutus de igne, & IESVS indutus erat uestibus sordidis, & dixit Dominus auferte uestimenta sordida ab eo, & ponite cidarim mūdam super caput eius, & coperuerunt eum, & posuerunt super caput eius cidarim, idest coronam, & dixit angelus. Hæc dicit dominus exercituum. Si præcepta mea seruaueris, tu iudicabis domum meam. Hanc figuram

quibus Chrus debet glorificari.

Psa.109.a Exo.c.29 & Leui. c.9.&.c. 16.

Zach.3.

exponens lactantius de falsa religione lib 4.cap.14.
sic inquit. Ostendit mihi DEVS uisione prophetica IESVM sacerdotem magnum.i.omnibus sacerdotibus maiorem, scilicet futurum. Satan stabat à dextris eius superbia elatus, ut aduersaretur ei, scilicet opus redemptionis impediendo. Tictio in igne CHRISTVS in tribulatione paßionum, scilicet erutus est, quia patienter tribulationes superauit. Nam dixit dominus, idest CHRISTVS in quantum DEVS imperet in te DEVS, scilicet trinus & increpet. Nunquid non iste.s. CHRISTVS toris erutus de igne.s. paßionum & IESVS erat indutus uestibus sordidis.s.carne humana in paßione sordida propter sanguinis effusionem, & astantibus ait.s. Dominus. Auferte ab eo uestimenta sordida.s. per resurrectionem gloriosam & ponite cidarim mundam super caput eius, idest coronam, uel mitram pontificalem ecce quanto & quali honore est honoratus.s. ut summus sacerdos & pontifex gloriosus. Circa secundum in quo dixi quòd CHRISTVS honoratus ut summus sacerdos & pontifex gloriosus est honorandus, ut Rex & Imperator prosperosus, cuius regimen & imperiũ describens Ioannes sic inquit. Vidi cœlum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, uocabatur fidelis & uerax, & cum iustitia iudicat & pugnat. Oculi autem eius sicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa, habens nomen scriptum, quod nemo nouit, nisi ipse, & uestitus erat ueste aspersa sanguine & uocabatur nomen eius uerbũ DEI & exercitus, qui

Apo.19.b

ſunt in cœlo, ſequebantur eum in equis albis, & ex ore eius procedebat gladius acutus, ut in ipſo percuteret gentes, & ipſe reget eos in uirga ferrea, cœlũ aperiri petiuit Eſaias dicẽs filio DEI. Vtinam diſrumperes cœlos, & deſcenderes, ſcilicet per incarnationẽ. Cœlum autem fuit apertum, quando filius DEI deſcendit in uterum uirginis, & ecce equus per humilitatem, ſcilicet humanitatis albus per puritatem & innocentiam, quia peccatum non fecit, quoniam conceptus eſt de ſpiritu ſancto, natus ex MARIA uirgine, ſuper quem humilem ſedebat ipſa diuinitas, ſcilicet filij DEI, & ipſe ſedens ſcilicet DEVS uocabatur fidelis & uerax, fidelis in factis, uerax in uerbis, fidelis implendo promiſſa de præterito, & uerax implendo promiſſa de futuro. Vnde cum iuſtitia, ut Rex & Imperator iudicat, & pugnat. Iudicat cum iuſtitia electos præmiando, & cum iuſtitia pugnat reprobos condẽnando. Oculi eius ſunt ſeptẽ, qui ſunt ſeptẽ dona .i. ſeptẽ ſpiritus DEI miſsi in omnẽ terram. Et bene ſunt ſicut flamma ignis, quia per ipſum miſſus eſt ſpiritus ſanctus in ſpecie ignis. Hæc igitur dona ſunt illa ſeptem candelabra aurea, quæ uidit Ioannes. Sunt & ſeptem lampades ardentes ante thronum, iſti merito ſunt oculi uelati flamma ignis. In capite eius nno eſt ſolum unum diadema, ſed multa, quia cum ſit imperator, Rex regum, & dominus dominantium omnia regna mundi ſubicientur ei. Ipſe enim eſt ille, qui poſt reſurrectionem dixit ſuis diſcipulis. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Nomen autem eius

Iſa.64.a
Apo.5.b.
Apo.1.e.
Apo.4.b.
Apo.1.f.
Mat.28.d

in diuinis, id est significatum nemo nouit, nisi ipse. Solus enim ipse seipsum comprahendit. s. in diuinitate, sed quantum ad humanitatem, quæ cælabat diuinitatem, erat uestitus ueste sanguine aspersa, scilicet in paßione. Quantum autem ad nomen diuulgatum uocabatur
Ioan.1.b. nomen eius uerbum DEI. Est enim illud uerbum, de quo inquit Ioannes. Verbum caro factum est. Omnis igitur exercitus sanctorum ipsum honorando sequitur in equis albis, & uestibus albis. Vnde ipse gladio acuto penetrans omnia occulta cordiũ cuncta reget in uirga ferrea, quoniam eius imperium est ueluti ferrum, quod omnia metalla domat, & à nullo metallo domatur: sic CHRISTVS Rex & Imperator domauit, domat, & domabit omnes Reges uniuersæ terræ. Circa tertium ubi dixi, quòd CHRISTVS honoratus ut Rex et Imperator est honorandus ut bellator strenuus, & triumphator uictoriosus. Sunt enim duæ magnæ potentiæ supra infernum, & limbum sanctorum patrum, scilicet potestas Dyaboli & potestas CHRISTI. Videamus primo potestatem datam Dyabolo, & demũ dicemus de potestate data CHRISTO. Primo datur potestas Dyabolo, dum permittitur ei homines tentare, sed maior potestas datur à tẽtatis, dum Dyabolo tentati consentiunt, & de peccatis ad maiora & plura peccata descẽdunt. Vnde fit, quòd ille, qui tentauit de peccato, tentat de finali impœnitentia, ut claudat impios impœnitentes in tartarum inferni. Nec autem ostensum fuit Ioanni apostolo dicenti.
Apo.9.a. Vidi stellam de cœlo cecidisse in terram & data est ei

clauis putei abyßi, & ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ & obscuratus est sol & aer de fumo putei. Stella, quæ de cœlo cecidit, Lucifer est, qui in suis bonis naturalibus existens erat stella; merito Lucifer dictus, qua præ cunctis angelis lucebat, tanquam creatura nobilißima. Vnde in superbiam elatus de cœlo in terram cecidit. Sed data est ei clauis putei abyßi, idest tartari loci in inferno profundißimi, non ad claudendum infernum, sed ad aperiendum intrantibus, non ad aperiendum, sed ad claudendum exeuntibus. Cum autem aperuisset puteum abyßi ascendit fumus, idest multitudo magna dæmonum, sicut fumus fornacis magnæ, quia licet dæmones inde exeant ad tentandum homines semper, tamen gerunt secum suum infernum, sicut fumus fornacis flammam ignis. Vnde propter obscuras, idest absconditas tentationes obscuratur sol fidelium, & aer infidelium; sol clericorum & aer laycorum; sol spiritualium & aer carnalium, & hoc in pugna tentationum. Ecce habemus prælium Dyaboli nos impugnantis. Videamus de prælio CHRISTI nos in pugna iuuantis tanquam sit bellator strenuus & triumphator uictoriosus. Vnde de CHRISTO loquens Ioannes ait. Et uidi angelum descendentem de cœlo habentem clauem abyßi, & catenam magnam in manu sua, & appræhendit draconem serpentem antiquum, qui est dyabolus & sathanas, & ligauit per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit, & signauit super eum. Angelus iste (ut iam sæpe dictum est) est CHRISTVS, Apo.20.a

angelus magni concilij, angelus testamenti. Hic de cœlo descendit, quando carnem humanam assumpsit, & habet clauem abyßi, idest potestatem claudendi omnes dæmones in inferno, & aperiendi patribus in limbo. Toties autem ligatur, quoties non permittitur totam eius malitiam in nobis exercere. Quam & si in nobis illam euomit, suis tamen sacramentis CHRISTVS nos adiuuat, & ipsum ligat, & sic patet triumphus CHRISTI. Circa quartum ubi dixi, quòd CHRISTVS honoratus ut miles strenuus & pugnator uictoriosus, est honorandus, ut dilectus & amator gratiosus. Est enim dilectus à patre, à patribus ueteris testamenti, à sanctis, & est amator gratiosus, & plenus gratijs. Vt enim gratiosus amator uult nobis uera bona .i. æterna & non temporaliter caduca, quem sic amantem uidens Ioannes ait, Et uidi

Apo. 14. a alterum angelum uolantem per medium cœli, habentem euangelium æternũ, ut euangelizaret sedentibus super terrã, et super omnẽ gentẽ & linguam & populũ. Angelus iste CHRISTVS est .s. magni concilij, & humanæ redemptionis, & gratiæ noui testamẽti, qui quondã dicebatur angelus testamenti, scilicet ueteris, quoniam ille cõducebat patres ad terram promissionis temporalium: iste autem conducit suos ad cœlum æternum. Vnde dicitur Angelus magni concilij, idest redemptionis æternæ. Nam habet euangelium æternũ, scilicet non promittens temporalia bona, sed æterna. Sicut autem angelus testamenti regebat tantum populum Hæbreorum cũ lege ueteri, sic CHRISTVS

ſuo euangelio regit cunctos populos. Vnde primo uenit euangelizare ſedentibus ſuper terram, ideſt mente, affectu, & effectu quieſcentibus in terrenis, ideſt ſuper terram & demum ſuper omnem gentem, & linguam, & ſuper omnem populũ. Sed quia inter cætera bona ſpiritualia in oratione ad æterna eſt neceſſaria oratio, ſic CHRISTVS ut uerus amator orat pro nobis ad patrem, nec ſolum orat, ſed nos orare docet, nos orare inſpirat, nos orare exhortatur, nos ad orandum allicit, & tandem noſtras orationes cœleſti patri porrigit & commendat. Quem talia ſigna amoris oſtendentem uidens dilectus Ioanees ſic inquit. Alius angelus uenit, ſcilicet noui teſtamenti & ſtetit ante altare, ideſt ante patrem cœleſtem habens, ſcilicet ipſe CHRISTVS ſecundum naturam diuinam thuribulum aureum, ideſt naturam humanam in manu ſua, ideſt ad ſui obedientiam, & data ſunt illi incenſa multa, ideſt orationes, ut daret de orationibus ſanctorum omnium ſuper altare aureum: & ſic ut dilectus, & uerus amator debet honorari. Circa quintum, in quo dixi, quòd CHRISTVS dilectus & uerus amator honoratus debet honorari, ut iudex & præmiator uigoroſus. Iudex idem eſt, quod ius dicens, ſcilicet proferendo ſententiam cum equitate. Videns Ioannes præparatorium ſic ait. Et uidi Thronum magnum candidum, & ſedentem ſuper eũ, à cuius conſpectu fugit terra & cœlum, & locus non eſt inuentus eis. Et uidi mortuos magnos & puſillos ſtantes in conſpectu throni, & dedit mare mortuos ſuos, qui in eo erant, &

Apo.8,a.

mors & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est liber uitæ: et iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris secundum opera eorum & infernus & mors missi sunt in stagnum ignis, & qui non est inuentus in libro uitæ scriptus, missus est in stagnum ignis. Thronus iste est potestas iudiciaria data à CHRISTO. Est enim thronus magnus propter iudicium generale, & est thronus candidus propter iustitiæ æquitatem; unde super eum sedens erat candidus propter inflexibilem iustitiam, & immaculatam sententiam, ab huius aspectu fugit cœlum, scilicet aereum igne ultimæ confragrationis purgatum, igne ascendente super omnes montes, & terra similiter purgata. Stabunt autem ante hunc terribilem iudicem mortui, scilicet magni & parui, Papa, Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, Plebani, Parrocchiani, & Sacerdotes, Diaconi, Subdiaconi, Acoliti, & Clericuli, Imperatores, Reges, Duces, Marchiones, Comites, Barones, Milites, Nobiles, populares, Doctores, Iudices, Aduocati, Procuratores, Notarij, Præcones, Publicani, Philosophi, Medici, Stipendiarii, Mercatores, Artifices, Barattarij, meretrices, isti sunt pusilli & magni stantes ante thronum & resurgent omnes, qui mortui sunt in mare, quia mare dabit mortuos suos, scilicet animas damnandas. Et infernus dabit mortuos suos, & mors, idest Dyabolus dabit mortuos suos, scilicet animas damnandas. Et infernus dabit mortuos suos, scilicet angelos sathanæ, idest Dæmones, & libri aperti sunt, idest conscientiæ

scientiæ omnium patefactæ sunt, & liber uitæ, idest notitia & præscientia DEI, *quæ nunc est nobis clausa, tunc erit omnibus nota, & iudicati sunt mortui morte æterna secundum ea, quæ scripta sunt in libris, scilicet conscientiæ hominum & præscientiæ* DEI. *Vnde infernus, idest multitudo omnium Dæmonum & mors, idest lucifer missi sunt in stagnum ignis, & quicunque non est inuentus scriptus in libro uitæ, missus est etiam in stagnum ignis, scilicet cum Dæmonijs iuxta illud* CHRISTI. *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est Dyabolo, & omnibus angelis eius, & sic patet, quantum* CHRISTVS *honore debet glorificari. Satis audiuistis, quòd* CHRISTVS *debet honorari, & quis, & qualis, quare, qualiter, quotiens, quando, quantum, quibus. Nunc restat dicendum quomodo debeat honorari. Primo* CHRISTVM *in sacramento processionaliter circunferendo. Secundo munera eidem offerendo. Tertio templum illi consecrando. Circa primum est notandum, quomodo magnifice honoratur* CHRISTVS *in processione cum in sacramento circunfertur per ciuitatem. Sed quia in primo huius fui locutus de processione, ideo ibi est recurrendum. In præsentiarum autem est dicendum de effectu. Non est dubium, quòd quacunque de causa fiat processio, facientes illam intendunt bonum habitum, uel habendum, ut patet in eodem primo, ubi pono duodecim causas faciendi processionem. Sed complures mirantur, quòd cum* DEVS *inuocetur, & honoretur* CHRISTVS, *orantes cum clamore in pro-*

Mat. 25. d

cessione non exaudiantur, immo sæpe petant aquam & DEVS dat solem; petunt temperiem & DEVS dat pluuiam, & tempestatem, petunt DEO panem, & DEVS porrigit scorpionem. Exemplum habemus.
1.Reg.5. &.6. Cum Philistini haberent bellum cum populo Israel cupientes Israelitæ habere uictoriam per DEVM, portauerunt arcam domini de Silo ad lapidem adiutorij, & hoc fecerunt, quia de populo Israel iam mortui erant circa quatuor millia. Cum autem circunduxissent arcam domini, non habuerunt uictoriam, sed habuerunt conflictum, & duo filij Heli summi sacerdotis fuerunt interfecti, & pater dum conflictum audiret, cecidit retro & mortuus est. Philistini autem habita uictoria exportauerunt arcam domini in Azoto. Ecce quomodo circumferentes filij Israel arcam petebant à DEO uictoriam, & habuerunt conflictum. Cum autem isti de Azo una quinque prouinciarum Philistinorum tenentes arcam passi sunt magnam & pestiferam abhominabilemq; infirmitatem, & uocatis suis diuinatoribus consultum est istis, quod circunferrent arcam domini, sicut modo processionaliter circuuferimus sacramentum, quod quidem per arcam figurabatur. Circunferentibus autem arcam ubicunque ibat pestis, ipsos sequebatur, & cum magno ululatu patiebantur dolores, & mortem. Et ecce etiam quomodo isti infideles petebant sanitatem & uitam, & receperunt egritudinem, et mortem. Rationem malorum utriusque populi reddam. Si enim Philistini passi sunt mala, ipsi iuste passi sunt, quoniam non erat equum, neque decens arcam do-

mini stare inter idolatras. Vnde non circunducebant arcam, uolentes illam restituere, sed retinere, filij autem Heli magna scandala committebant contra DEVM, & populum patre nō corrigente, ut patet in textu. Ideo tam fideles, quàm infideles meruerunt pro pane scorpionem. Sic inter nos contingit, quòd circunferendo corpus CHRISTI per arcam figuratum non exaudimur orantes etiam cum clamore, quia sumus peccatores, nec unus corripit alium iuxta præceptum domini de correptione fraterna. Quoniam igitur indebita processionādo circunducemus corpus CHRISTI, ideo postulantem panem nobis tanquàm filijs iniquitatis DEVS porrigit scorpionem, sed si sic circunduceremus corpus CHRISTI, sicut Dauid circunduxit arcam, sicut bene fuit illi, ita bene esset nobis. Qualiter autem circūduxit illam de domo Aminadab, audite. Cum stetisset arca domini in domo Aminadab tribus mensibus, Dauid antequàm iret ad circunducēdum eam præparauit in domo sua pulcrum tabernaculum, & conuocacuit totum populum Israel, & se induit ephot, idest uestē sacerdotalem dictam ephot de lino & capite discoperto, & pedibus nudis organum gerebat in manibus, & cum, qui portabant arcam, ambulassent per sex passus, in quolibet septimo passu deponebant arcam, & immolabant unum bouem, & unū arietem, interim autem quòd celebrabatur hoc sacrificium, Dauid pulsabat in organis & coram arca tripudiabat. Cum autem arca amoueretur quotquot instrumenta musicalia erant in Hierusalem simul omnia

pulsabantur. Vnde cum honore sic reposuit arcam in tabernaculo, quod parauerat in domo sua, & bene fuit illi. Si ergo cum tanto honore circunferebatur arca illa de ligno sethin imputrefabili deaurata intus & extra, in qua erat residuum mannæ dati de cœlo, quanto magis cum Dauid rege debeant domini insignia deponere diuinationis & deuote cum cantibus & tibijs facere festum coràm CHRISTO: & bene erit illis omnibus. Circa secundũ in quo dixi, quòd CHRISTVS debet honorari per nos eidem munera offerendo. Si enim habita consideratione ad illum, quem imago representat, facimus honorem imagini & magis debemus rei representatæ facere maiorem. Cum autem arca figuraret CHRISTVM (ut iam sæpe dictum est) et arcæ figuranti fiebat honor magnus per magnas oblationes, debet CHRISTO figurato fieri maior scilicet per maiorem oblationem siue fuerit figuratus in tabernaculo, siue in altari, siue in templo, siue in arca. Nam primo figuratus fuit in

Leui.8. Aaron sacerdote, & in sui consecratione cum sacrificio. Secundo fuit figuratus in hostijs pro peccato &

Leui.9. gloria Domini, quæ apparuit, dum ignis exiuit à Domino & deuorauit sacrificium. Tertio fuit figuratus

Leui.4. Num.7. in tabernaculo, & arca & gloria domini. Quarto fuit figuratus in altare et altaris consecratione & gloria Domini cum oblationibus. Quinto fuit figuratus

3.Reg.8. in templo & in templi consecratione cum sacrificijs. Circa tertium in quo dixi, quòd CHRISTVM debemus honorare, templum, & quæ pertinent ad

suum sacrificium consecrando. Est notandum, quòd in hoc sacramento corporis CHRISTI omnia, quæ fiunt, aut repræsentant passionē CHRISTI, cuius hoc sacramentū est memoriale, aut fiūt ad huius sacramenti reuerentiā, ut par. 3. q. 83. ar. 3. in R. Cum autē domus, idest templum, uel ecclesia significet ecclesiam militantem, et cū altare significet CHRISTVM. eo. ar. arg. 3. Quamuis sint quædam corporalia inanimata non capacia gratiæ, nec alicuius sanctificationis, sicut & alia corporea, quibus utimur in celebratione huius sacramenti, nihilominus adipiscuntur quandam spiritualem uirtutem, per quam redduntur apta diuino cultui, ut, scilicet homines inde deuotionē quādam percipiant, ut sint magis parati ad deuotionem. Primo igitur domus, idest ecclesia debet DEVM honorando consecrari, & si sit uiolata per sanguinis effusionem, aut seminis humani aspersionem, debet reconciliari. eod. ar. arg. 3. Secundo debet consecrari altare repræsentatiuum sanctitatis CHRISTI, & quòd duo fiant in consecratione ecclesiæ & altaris primum est, quòd festum cōsecrationis durat octo diebus, & hoc significans futuram resurrectionem, quæ fit in octaua generatione sine fine. Vnde etiam Moyses ordinauit festum consecrationis durare diebus octo. Secundum est, quòd in consecratione altaris fit sepulcrum in altari, in quo sepeliuntur reliquiæ sanctorum ad significandum illud Apostoli. Mortui estis, & uita nostra abscondita est cum CHRISTO. eod. arti. arg. 2. Ad tanti uerò sacramenti uenerationem uult

Num. 7. Leui. 9.

ecclesia, quòd pala celebranda, uelum, & alia uetustate non abiciantur, nec calcentur pedibus, sed comburantur, cineres autem ponantur in pissinam. eo. ar. 3. in fine. Et ita tertio debet consecrari corporale significans linteamen, in quo inuolutum fuit corpus CHRISTI. Quarto consecrari debet calix cum patena, in quo consecratur sanguis CHRISTI. Quinto cõsecrantur uestes eo. ar. in arg. Sexto consecratur sacerdos, & omnes ministri. ead. par. q. 35. artic. 2. in fine R. Et sic patet, quomodo CHRISTVS debet honorari. Deo gratias.

FINIS.

Nota lector. quòd. A. litera significat ante, & . T. litera significat à tergo: & . L. denotat lineam.

C car. 4. a. l. 8. *ægualis lege æqualis*.
A car. 11. a. l. 11. *rames lege ramos*.
A car. 11. t. l. 14. *unam lege uanam*.
A car. 11. t. l. 18. *casto lege castro*.
A car. 12. a. l. 8. *uirturem lege uirtutem*.
A car. 12. a. l. 19. *sententiam lege pœnitentiam*.
A car. 14. a. l. 17. *diuitatis lege diuinitatis*.
A car. 15. a. l. 8. *summam lege sumam*.
A car. 15. a. l. 29. *præponendas lege præponendos*.
A car. 15. t. l. 1. *fabricat lege fabricauit*.
A car. 18. a. l. 10. *mulieris lege mulieribus*.
A car. 18. a. l. 15. *incoronatus lege incarnatus*.
A car. 20. t. l. 3. *Num lege Nam*.
A car. 22. a. l. 28. *principium lege principum*.
A car. 30. a. l. 14. *modo lege nodo*.
A car. 34. a. l. 24. *irritandas lege irrigandas*.
A car. 38. t. l. 2. *stuæ lege suæ*.
A car. 44. a. l. 13. *de reliquis lege de reliquijs*.
A car. 45. t. l. 13. *salis lege satis*.
A car. 49. a. l. 21. *Seth lege Sed*.
A car. 50. t. l. 12. *per metipsum lege per temetipsum*.
A car. 55. a. l. 29. *par. 2. lege. 1. 2*.
A car. 56. t. l. 15. *portati lege parati*.
A car. 60. a. l. 23. *obitus lege dictus*.

A car.61.t.l.22.dolerent lege dolarent.
A car.66.a.l.17 pascuo lege pascua.
A car.65.t.l.23.temen lege tamen.
A car.70.a.l.27.uirgo lege uirago.
A car.72.t.l.15.nero lege uero.
A car.97.a.l.16.igitur lege inquit.
A car.102.t.l.19.faciebat lege faciebant.
A car.106.a.l.24.& domino lege & dominum.
A car.108.t.l.19.Vi autem lege Vt autem.
A car.109.t.l.25.inimicitia lege inimica.
A car.111.a.l.19.contemnatio lege contemplatio.
A car.115.t.l.10.concuceptionem lege conceptionē.
A car.113.a.l.1.prophetiæ lege prophetæ.
A c.120.a.l.29.īfidelis,sed quos lege īfideles,ad quos.
A car.129.t.l.17.patre lege fratre.
A car.132.a.l.20.tuxta lege iuxta.
A car.132.t.l.17.pastor lege pastorem.
A car.143.a.l.27.calicam lege calicem.
A car.151.t.l.15.in raptis lege in raptu.
A car.152.a.l.18.immensa lege in mensa.
A car.160.a.l.2.ligno lege ligneo.
A car.160.a.l.19.erat lege orat.
A car.166.a.l.13.Nunc lege Hunc.
A car.177.a.l.11.titi lege tibi.
A car.184.a.l.13.ablactantur lege ablactatus.
A car.195.t.l.18.glorirsæ lege gloriosæ.
A car.195.t.l.28.droper lege propter.
A car.200.t.l.14.Cam lege Cum.
A car.229.a.l.20.æquæ lege quæ.

A car.231.a.l.8.maledictio lege maledicto.
A car.263.a.l.23.cum lege eum.
A car.264.a.l.17.præcipuè lege præcipe.
A car. 273.a.l.15.uiuum lege unum.
A car.280.t.l.14.Iudæorum lege Iudæos.
A car.279.a.l.10.frequenter lege feruenter.
A car.275.a.l.18.consecuti lege conseti.
A car.285.t.l.29.statu lege flatu.
A car.288.t.l.18.rapa lege rapax.
A car.296.t.l.6.tota lege quarta.
A car.296.a.l.10.habemus lege habens.
A car.296.a.l.21.mitigantium lege mitigatiuum.
A car.302.a.l.23.extensi lege extesi.
A car.319.a.l.2.exudies lege exaudies.
A car.330.a.l.16.promiscetur lege permiscetur.
A car.340.t.l.6.corporale & spirituale lege corporalem & spiritualem.
A car.343.t.l.8.uolunt lege nolunt.
A car.344.a.l.16.talibus lege tabulis.
A car.352.a.l.25.ex in medio lege &.
A car.353.t.l.19.uelatas lege uelatus.
A car.389.a.l.15.moneat lege moueat.
A car.353.t.l.8.resurrectionem alter lege resurrectione mulier.
A car.394.t.l.22.habitatio lege habitudo.
A car.397.a.l.12.minis lege nimis.
A car.400.t.l.19.accusat lege causat.
A car.402.a.l.5.extensio lege extenso.
A car.405.t.l.18.abiectionem lege obiectionem.

A car.405.t.l.28.*præbeis lege plebeis.*
A car.408.a.l.27.*cauctos lege cunctos.*
A car.413.a.l.13.*ruffa lege ruffæ.*
A car.414.a.l.24.*nno lege non.*
A car.415.a.l.5.*qua lege quæ.*

FINIS.



REGISTRVM.

* ** *** A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

A A B B C C D D E E F F G G H H I I K K L L M M N N O O P P Q Q R R S S T T V V X X Y Y Z Z

A A A B B B C C C D D D E E E F F F G G G.

Omnes sunt quaterniones.

Venetijs per Cominum de Tridino.